ultã egerunt qvi ante nos fuerunt, sed non peregerunt
ultumq; adhuc restat operæ, multumq; restabit
qve ulli nato post mille secula prædetur occasio
qvid adhuc adjiciendi.

2 vol

Linnaea
QK91
.C58
1758
v.1

CAROLI LINNÆI

EQUITIS DE STELLA POLARI,
ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL.;
ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.
LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

# SYSTEMA NATURÆ

PER

*REGNA TRIA NATURÆ,*

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CUM

*CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS, SYNONYMIS, LOCIS.*

MISSOURI
BOTANICAL
GARDEN.

TOMUS I. Sach. Ekstrand.

negat

EDITIO DECIMA, REFORMATA. M Wallberg

*Cum Privilegio S:æ R:æ M:tis Sveciæ.*

*HOLMIÆ,*

IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII,

1758.

# O JEHOVA

*Quam ampla ſunt Tua Opera!*
*Quam ſapienter Ea feciſti!*
*Quam plena eſt Terra poſſeſſione Tua!*

S:Æ R:Æ M:TIS SUMMÆ FIDEI VIRO
*CELSISSIMO ILLUSTRISSIMOque*
*COMITI*

# D:NO CAR. G. TESSIN,

REGIS REGNIQUE SVIOGOTHICI SENATORI,
REGIÆ CANCELLARIÆ PRÆSIDI,
AD AULAM REGIARUM CELSITUDINUM SUMMO MARESCHALLO,
EDUCATIONI SERENISS. PRINCIPIS GUSTAVI PRÆFECTO,
CANCELLARIO ACADEMIÆ ABOENSIS,
ORDINIS S:Æ R:Æ MAJEST. SERAPHINORUM EQUITI AURATO ET COMMENDATORI, EQUITI AURATO DE AQUILA NIGRA,
NEC NON OMNIUM S:Æ R:Æ MAJEST. SVECICÆ ORDINUM CANCELLARIO
*SACRUM.*

Cum quivis auctor ſperet ſe apud poſteros gratiam
habere & poſſe ſecum duratura nomina educere,
AUCTORI meæ fortunæ Libellum decimò nunc offero;
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetiit;
ILLE mihi ſpartam Medici claſſici procuravit;
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliavit;
ILLE mihi Titulum, quo diſtinguor, paravit;
ILLE me ad Sereniſſ. Reges introduxit;
*ILLE meas errare boves ut cernis & ipſum*
*ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti;*
quare
*cana prius gelido deſint abſinthia ponto*
*quam immemor vivam*
*TANTI MÆCENATIS*

Upſaliæ 1757,
d. 24 Maji.

*Cultor devotiſſimus*
C. LINNÆUS.

*Magnus eſt DEUS noſter,*
*& magna eſt potentia Ejus,*
*& potentiæ Ejus non eſt numerus.*

RA

# RATIO EDITIONIS.

SYSTEMA NATURÆ iteratis vicibus prodiit.

1. Leydæ 1735 Folio imper. pag. 12. a me per J. F. GRONOVIUM. *Conſpectus tantum operis & quaſi Mappa Geogr.*
2. Holmiæ 1740 Octavo. pag. 80. a *me ipſo* reviſum. *Auctum Animalium nomenclaturis, characteribus.*
3. Halæ 1740 Quart - oblong. pag. 70. per J. J. LANGEN. Latino-germanice, *cæterum idem cum* 1.
4. Pariſiis 1740 Octavo. pag. 108. t. 1. per B. JUSSIEUM. *Adjecta nomina Gallica. idem cum* 2.
5. Halæ 1747 Octavo. pag. 88. per M. G. AGNETHLER. *Nomina Germanica, cæterum idem cum* 2.
6. Holmiæ 1748 Octavo. pag. 232. t. 8. auctum a me ipſo. *Characteres eſſent. Vegetabilium. Species Anim. & Lapid.*
7. Lipſiæ 1748 Octavo. pag. 232. t. 8. per *Typographum. Nomina Germanica, cæterum idem cum* 6.
8. Holmiæ 1753 Octav. p 136. Vegetabilia per J. J. HAARTMAN. At regnum Lapideum Scaræ 8:vo per MÖLLER.
9. Leydæ 1756 Octavo. pag. 226. per GRONOVIUM. *Pauciſſima de Avibus, Piſcibus. idem cum* 6.
10. Holmiæ hac editione, longe auctius factum a *me ipſo*:
    *Species* animalium omnium mihi cognitorum cum Differentiis, Synonymis, Locis, nominibus Trivialibus.
    Methodus *Animalium* ex novis obſervatis reformata.
    *Piſcium* imprimis nova methodus cum Auctorum obſervatis radiis pinnarum.
    *Plantarum* reformati characteres, emendatæ differentiæ variæ.
    *Lapidum* plures ſpecies, obſervationes, & omnium Nom. Trivialia.
    *Obſervationes* in Regna Naturæ novæ, cum introductione in Naturam.

COLLECTANEA, quæ obtinere potui, diſpoſui; imprimis adjuvarunt

S:i ADOLPHI FRIDERICI Regis Muſeum *tom.* 1. quem edidi, & *tom.* 2. *Mſc.* de *Animalibus* exoticis, quem compoſui.

S:æ LOVISÆ ULRICÆ Reginæ Muſeum *Mſc.* in *Conchiliis* & *Inſectis* ſtupendum, deſcriptionibus adornavi.

C. TESSIN Muſeum. Holm. 1753. Fol. in *Lapidibus* & *Conchiliis* magnificum.

C. DE GEER Muſeum. *Amphibiis*, *Inſectis* aliisque rarioribus dives.

UPSALIENSIS Muſeum Academiæ: ex *Animalibus* undiquaque conqviſitis.

STOCKHOLMENSIS Muſeum Academiæ Scientiarum. Variis pulchris naturalibus ſcatens.

ITINERA propria: *Oelandicum* 1741, *Gotlandicum* 1741, *Weſtrogothicum* 1746, *Scanicum* 1749 edita; & *Lapponicum* 1732, *Dalekarlicum* 1734 inedita.

*Diſcipulorum* quondam meorum inſtituta Itinera, mihi, ab exterorum gazophylaciis remoto, proficua:

C. TERNSTROEM in *Aſiam* (ſed periit in Poulicandor) 1745.
P. KALMII in *Penſylvaniam* & *Canadam.* 1747.
L. MONTINI in *Lapponiam Lulenſem.* 1749.
F. HASSELQUIST in *Ægyptum* & *Palæſtinam.* 1749.
O. TORENII in *Malabariam* & *Suratte.* 1750.
P. OSBECKII in *Chinam* & *Javam.* 1750.
P. LOEFLINGII in *Hiſpaniam* & *Americam.* 1751.
P. J. BERGII in *Gotlandiam* inſulam. 1752.
M. KÆHLERI in *Italiam* & *Apuliam.* 1752.
D. SOLANDRI in *Lapp. Pitenſem* & *Tornenſem.* 1753.
D. ROLANDRI in *Surinamum* & *Euſtatium.* 1755.

FINEM Operis obtinuero, ſi inde
*Peregrinatores* dignoſcant notiora antea naturalia.
Curioſi attentiores *Muſea* intrantes, viſa intelligant.
Docti nova, nec trita, *actis* ſuis inſerant.
Scientia facilius *augeatur* ſepoſitis vulgatioribus.
*Nomina* magis ſtabiliantur, imprimis *Trivialia* & Generica.

His utere L. B. donec alii plura præſtantioraque ſiſtant.

Upſaliæ 1757. Maji 24.

IN-

---

Docuiſti me DEUS a juventute mea,
& usque nunc pronunciabo Mirabilia Tua.

# INTROITUS.

HOMO mundi intraturus theatrum quæritur *Quis* ſit: *unde ortus*? e ſtemmate Creationis; *Quo tendat*? ad vitam beatam; *Quid hic*? intueri naturam; *Quo munere*? curioſum eſſe ſimilemque quidem reliquis animantibus (quæ vorant, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, commoda ſtabula quærunt, proximis ſui generis inſerviunt, vitam tuentur, ſentiunt, percipiunt,) ſed nobiliorem, utpote qui meditatur, ratiocinatur, miratur pulchrum ſapientis opus Artificis. O quam contemta res eſt homo, niſi ſupra humana ſe erexerit! Quid enim erat cur in numero viventium ſe poſitum gauderet? an ut Cibos & Potiones percolaret? ut hoc corpus caſurum periturumque ſarciret? quæ tanta neceſſitas in fundum telluris intimæ hominem merſit, ut oblitus dierum, oblitus fortunæ melioris, ab hoc ſe averteret? Puto certe multos ad ſapientiam perventuros, niſi ſuperbia magnæ fortunæ inflati, putaſſent ſe perveniſſe; ſapiens utique eſt, qui fines reſpicit.

*Finis* Creationis *telluris eſt gloria* DEI *ex Opere* Naturæ *per* Hominem *ſolum.*

Tanto igitur magis noſſe Naturam opere pretium, quo nullum majus eſt! neque enim quidquam habet in ſe hujus materiæ tractatio pulchrius, cum multa lateant futura uſui, quam quod hominem Magnificentia ſua detinet, nec mercede, ſed Miraculo colitur!

Quota enim pars operis Tanti noſtris oculis committitur, & quam multa, præter hæc, quæ vidimus, in ſecretum eunt nunquam humanis oculis orientia; neque enim omnia Deus humanis oculis nota fecit. Multa etenim ſunt quæ eſſe audivimus, qualia autem ſint ignoramus! quamque multa hoc primum cognovimus ſeculo! & quidem multa venientis ævi populus, ignota nobis, ſciet! multa ſeculis tunc futuris, cum memoria noſtri exoleverit, reſervantur; veniet tempus, quo iſta quæ nunc latent, in lucem dies extrahat & longioris ævi diligentia. Rerum enim Natura ſacra ſua non ſimul tradit; initiatos nos credimus, in veſtibulo ejus hære-

mus; illa arcana non promiſcue, non omnibus patent! reducta & interiori ſacrario clauſa ſunt; involuta veritas in alto latet.

Si in hoc juventus ſobria incumberet (*), hoc Majores docerent, hoc Minores addiſcerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas poſita eſt, quam nunc in ſumma Tellure, & levi manu qværimus. Magni omnino res eſt rerum Naturæ latebras dimovere, nec contentum exteriore ejus conſpectu, introſpicere & in Divina ſecreta deſcendere. *Senec.*

Intravi itaque denſas umbroſasque Naturæ Silvas, hinc inde horrentes acutiſſimis & hamatis ſpinis, evitavi quotquot licuit plurimas, at neminem tam eſſe circumſpectum didici, cujus non diligentia ſibi ipſi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinnos, humeriſque inſilientium ſimiolorum ſpeculationes ſuſtinui, inceſſi viam & quem dederat curſum fortuna peregi.

IMPE-

---

# O JEHOVA!

Quam magnifica ſunt Tua Opera!
Vir inſipiens non cognoſcit ea
& ſtultus non animadvertit ea.

*David.*

---

(*) *Confer Worm. muſ. præfat.* 1.

# IMPERIUM NATURÆ.

DEUM *ſempiternum*, *omniſcium*, *omnipotentem* a tergo tranſeuntem vidi & obſtupui! legi aliquot Ejus *veſtigia* per creata rerum, in quibus omnibus, etjam minimis, ut fere nullis, quæ Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Obſervavi *Animalia* inniti vegetabilibus, *Vegetabilia* terreſtribus, *Terreſtria* telluri; *Tellurem* dein ordine inconcuſſo volvi circa ſolem, a quo vitam mutuatur; *Solem* demum circa axin gyrari cum reliquis *Aſtris*, ſyſtemaque *Siderum*, ſpatio & numero vix definiendum, mediante motu in vacuo nihilo ſuſpenſum teneri ab incomprehenſibili *Movente primo*, ENTE ENTIUM (a), *Cauſſa cauſſarum*, *Cuſtode Rectoreque univerſi*, *mundani hujus operis Domino & Artifice. Vis illud* FATUM *vocare, non errabis, eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia. Vis illud* NATURAM *vocare, non errabis, eſt ex quo nata ſunt omnia. Vis illud* PROVIDENTIAM *vocare, recte dices, eſt cujus conſilio mundus actus ſuos explicat* (b); *totus eſt* SENSUS, *totus* VISUS, *totus* AUDITUS, *totus* ANIMÆ, *totus* ANIMI, *totus* SUI; *hujus* EXTERA *indagare non capit humanæ conjectura mentis* (c); NUMEN *eſſe credi par eſt, æternum, immenſum, neque genitum neque creatum* (d). *Hoc ſine quo nihil eſt, quod totum hoc fundavit & condidit, quodque oculos noſtros & implet & effugit, cogitatione tantum viſendum eſt; in ſanctiore enim ſeceſſu Majeſtas tanta delituit, nec ulli dat aditum niſi animo.* (e)

MUNDUS complectitur omnia ſub jove, quæ in notitiam noſtram per ſenſus cadere poſſunt; ſunt hæc *Aſtra*, *Elementa*, *Tellusque* inenarrabili velocitate circumacta; *horum inoffenſam velocitatem procedere videmus æternæ legis imperio, nec eſſe temere errantis hunc ordinem, neque quæ temere coiverunt tanta arte pendere, ut terrarum graviſſimum pondus ſedeat (quaſi) immotum & circum ſe properantis cœli fugam ſpectet.* (f)

 ASTRA

(a) *Ariſtoteli.* (b) *Senec. quæſt. II: 45. hoc reſpectu, ſed caute, ne effectus ſumatur pro cauſſa.* (c) *Exod. XX: 4.* (d) *Plin. Nat. II. t 7.* (e) *Senec. VII: 31.* (f) *Senec. I: 1.*

ASTRA ſunt remotiſſima corpora lucida, quæ gyrantur motu perpetuo; ſunt hæc aut SIDERA propria luce radiantia, ut *Sol*, remotioresque *Stellæ fixæ*; aut PLANETÆ a ſideribus lucem mutuantes, quorum primarii Solares: *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius*; ſecundarii obſecundantes Planetis, ut *Luna* Telluri, aliique; *nec poſſe ſine Cuſtode tantum opus ſtare, nec hunc ſiderum diſcurſum fortuiti impetus eſſe. nam quæ caſus incitat ſæpe turbari & cito arietare.* (g)

ELEMENTA ſunt corpora ſimpliciſſima, atmoſphæram Planetarum conſtituentia, ſpatia inter Aſtra forte replentia:

TERRA *opaca*, *fixa*, *frigida*, *quieſcens*, *ſterilis*.
AQUA *diaphana*, *fluida*, *humida*, *penetrans*, *concipiens*.
AËR *pellucidus*, *elaſticus*, *ſiccus*, *obvolitans*, *generans*.
IGNIS *lucidus*, *reſiliens*, *calidus*, *evolans*, *vivificans*.

*Omnium Elementorum alterni recurſus ſunt, quidquid alteri perit in alterum tranſit; alternæ ſunt vices rerum.* (h)

TELLUS eſt globus planetarius horis 24 rotatus, circum ſolem quotannis in orbem actus, *Elementorum* atmoſphæra obvelatus, rerum *Naturalium* ſtupendo cortice tectus, cujus cognoſcendæ ſuperficiei ſtudemus. Globus hic terraqueus eſt, cujus depreſſiorem partem Aquæ inundant & *Mare* lente coarctandum; elatiorem vero aquæ fugiunt ſenſim dilatandam in *Continentem* ſiccam habitabilem. Hæc Aquarum halitu, vi Aëris in *nubes* acto, irroratur, ut ſummi montes perennique nive Alpini *Scaturigines* in *Fluvios* perennes concurrentes, eamque permeantes, potum terreſtri cibo addant in alimentum incolarum, dum *Venti* motum excitant *Ignis* calore vivificatis corporibus. *Sic omnia adjuvabunt **Naturam**, ut naturæ opera peragantur* (i).

NATURALIA ſunt corpora cuncta Creatoris manu compoſita, corticem Telluris conſtituentia, in Regna Naturæ tria diviſa, quorum limites concurrunt in Lithophytis.

LAPIDES corpora *congeſta*, nec viva, nec ſentientia.
VEGETABILIA corp. *organiſata* & *viva*, non ſentientia.
ANIMALIA corp. *organiſata* & *viva* & *ſentientia*, ſponteque ſe moventia. *Tota enim hujus mundi concordia ex diſcordibus conſtat* (k); *Nec ad unam Natura formam opus ſuum præſtat, ſed in ipſa varietate ſe jactat* (l).

HOMO

(g) *Senec.* (h) *Senec. III*: 10. (i) *Senec. III*: 29. (k) *Senec.* (l) *Senec. VII*: 27.

HOMO ſapiens, creatorum operum perfectiſſimum, ultimum & ſummum, in Telluris cortice, Majeſtatis Divinæ ſtupendis indiciis obtecto, conſtitutus, ſecundum ſenſus judicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conſervationem multiplicandam videt *Naturam*; ad utrumque invitant Pulchritudo, Mechaniſmus, Nexus, Fines, Commoda. Sic *totus Mundus gloria divina plenus eſt* (m), *dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem* (n), qui ex inerti humo, Dei manu vivificata contemplatur auctoris ſui Majeſtatem ex fine creationis, dignus hoſpes conſtitutus Summi Entis præco. *Hæc contemplatio Naturæ evadit præſentia voluptatis cœleſtis, cujus particeps Animus in luce obambulat & tamquam in terreſtri cœlo vitam degit* (o); *Nec pietas adverſus DEum, nec quanta huic gratia debeatur, ſine explicatione Naturæ intelligi poteſt* (p).

SAPIENTIA, divinæ particula auræ, ſummum eſt attributum Hominis Sapientis. Primus Sapientiæ gradus eſt res ipſas noſſe. Notitia conſiſtit in vera *idea* objectorum, qua ſimilia a diſſimilibus diſtingvuntur *notis* propriis, a Creatore rebus inſcriptis; hanc notitiam ut cum aliis communicet, *nomina* propria non confundenda ſingulis diverſis imponat; Nomina enim ſi pereunt, perit & rerum cognitio. Hæc literæ elementaque erunt, quibus deſtitutus nemo naturam legerit; qvum *ignorato genere proprio, nulla deſcriptio quamvis accurate tradita, certum demonſtret, ſed plerumque fallit* (q).

METHODUS, anima Scientiæ, ſiſtat notas proprias rebus inditas ſyſtematice digeſtas; Syſtema apte quinquies tantum ſubdividitur: ſic

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Claſſis*, | *Ordo*, | *Genus*, | *Species*, | *Varietas.* |
| *Genus ſum.* | *G. intermedium*, | *G. proximum*, | *Species*, | *Individuum.* |
| *Provinciæ*, | *Territoria*, | *Parœciæ*, | *Pagi*, | *Domicilium.* |
| *Legiones*, | *Cohortes*, | *Manipuli*, | *Contubernia*, | *Miles.* |

*Niſi enim in ordines redigantur & veluti caſtrorum acies diſtribuantur tumultu & fluctuatione omnia perturbari neceſſe eſt* (r).

NOMINA reſpondeant Methodo Syſtematicæ; ſint itaque: Nomina *Claſſium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatum*, Character. *Claſſium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatumq;* Differentiis definita, nam nomina noſce oportet qui rem ſcire velit,



(m) *Eſa. VI: 4.* (n) *David. CXVIII.* (o) *Act. holm.* (p) *Cicero.* (q) *Cæſalpinus.* (r) *Cæſalpinus.*

velit, *confuſis enim nominibus omnia confundi neceſſe eſt. Nominum ideoque impoſitio primi hominis in aurea ætate actio erat.*

SCIENTIA Naturæ innititur Cognitioni Naturalium Methodicæ & Nomenclaturæ Syſtematicæ tamquam filo ariadneo, ſecundum quod Naturæ mæandros unice tutoque permeare liceat.

Ordo alius ſtruentis eſt, alius eſt inhabitantis. Creator incepit a ſimpliciſſimis elementis Terreis, per Lapides, Vegetabilia, Animalia in hominem deſiit. Homo autem incipiat a ſe ipſo, deſinat in Terram Auctor Syſtematis a particularibus ad univerſalia adſcendat; Doctor vero contra a generalibus ad ſpecialia deſcendat Fontes enim concurrunt in rivos, hi in fluvios; adſcendat autem nauta quousque poterit, nec tamen fontium ultimas origines attingerit Data diſtincta rerum cognitione ulterius penetrandum in Specialiſſimas Proprietates, Phænomena, Myſteria, Dotes, Vires, Uſus; Naturalis qvum Scientia trium regnorum Fundamentum ſit omnis Diætæ, Medicinæ, Oeconomiæ tam privatæ quam ipſius naturæ. *Felices agricolæ bona ſi ſua norint.*

Omnes res creatæ ſunt divinæ ſapientiæ & potentiæ teſtes, divitiæ felicitatis humanæ; ex harum uſu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conſervatione*, *Proportione*, *Renovatione*, potentia *Majeſtatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus ſibi relictis ſemper æſtimata; a vere eruditis & Sapientibus ſemper exculta; perverſe doctis & barbaris ſemper inimica fuit.

RE-

---

Narrabo mirabilia Tua DOMINE,
& virtutem Terribilium Tuorum dicant generationes.
*David.*

---

# REGNUM ANIMALE.

ANIMALIA organiſatione viva, nervis *ſentiunt*, *percipiunt*, ſeque ex arbitrio *movent* motu poſſibili.

VIVENTIA ſingula, in multiplicatione prodiga Natura, orditur a minimis, generat in fluido, incipit in ovi liquido, cum ***omne vivum ex ovo.***

OVUM intra *Tunicas*, ſæpe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cujus lateri emergenti intextum *Punctum ſaliens*, *vegetans* in Embryonem, *cauleſcentem* Funiculo umbilicali, *radicatum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem vivum compendium novi animalis ſibique ſimillimi, tamquam plumulam intra ſemen vegetabile; hoc Patris polline ſpermatico electriſatum calore excluditur; Punctum ſaliens enim Ovi incubantis Avis oſtendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla; corculum hoc, ceſſans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aërea, ſenſim dilatata, liquores ſecundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viventibus eſt tantum a prima creatione continuata vitæ ramificatio, cum ovum ſit gemma matris ab exordio viva, licet non ſentiens ante fœcundationem; ſic *Generatio Æquivoca nulla.*

CORPUS Animantium compoſita eſt machina:

NATURALIS, vegetat e cranii *Tubere* cruſtato, *Caule* verticali, articulato, rigido, oppoſite ramoſo, cui inſident *Folia* carnoſa, fibroſa, ſparſa, apicibus etiam affixa in Muſculos, prodeunte *Fructificatione* genitalium e dichotomia ultima caulis.

VITALIS, e *Bulbo* Cordis perpetuo mobili, *radicata* vaſis lacteis intra tubi inteſtinalis ſterquilinium, *ramificata* ad caulem naturalem duplici canali circulante, ne ſuccus alimentaris quavis tempeſtate & ſtatu deficiat.

ANIMALIS, e *Bulbo* Cerebri repentisque Medullæ, indolis incognitæ, ſedis cogitantis, Fila ſimpliciſſima, electrica ad fibras omnes irritabiles exſerit, per quæ cogitans ſentit & movet.

ORGANA ſenſuum machinæ ſunt phyſicæ, inſertæ extremitati nervi, ſenſorio cerebri proximi, quibus divina arte percipit Animal:

OCULUS: *Camera obſcura* imaginem proportione, figura, colore depingens.

AURIS: *Tympanum* membranæ corda tenſæ ſuper cochleam, a motu ætheris tremens.

NASUS: *Membrana* latiſſima, humida, contortuplicata, aëris per eum ſpirantis volatilia figens.

LINGUA: *Spongiolæ* bibulæ, ſparſæ, humido ſolutum attrahentes.

TACTUS: *Papillæ* molliuſculæ, figuram impreſſam brevi aſſumentes.

His gaudent plurima Animalia, ſed non omnia. Plura ſi Creatori ſummo placuiſſet, plura percepiſſent; uti Magnete præſentiam Ferri, Electro electricitatis phænomena. *Antennas* Inſectis forſan concesſit, nobis æque ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex æthere appropinquantia; percipit *Tactus* ex unione ſolida præſentia; examinat *Naſus* volatilia nervis, *Lingua* ſolubilia fibris, aſſumenda: ſ. conceſſa ſalutaria, ſ. vetita noxia.

COGITANS allicit ad *velle* gratum, aut *nolle* ingratum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| GAUDIUM | puerile, | ſanguineum, | rubrum, | oleoſum, |
| | ſpongioſum, | tepidum, | libere pulſans, | anhelans, |
| | ridens, | tranquillans, | promtum. | *Vita.* |
| METUS | juvenilis, | phlegmatic. | palleſcens, | aquoſus, |
| | laxus, | horrens, | debile pulſans, | dyſpnoicus, |
| | ſuffocans, | cacans, | tremens. | *Morbus.* |
| IRA | virilis, | cholerica, | fuſca, | ſpirituoſa, |
| | ſtricta, | fervens, | dure pulſans, | aſthmatica, |
| | ſtertens, | micturiens, | agitans. | *Medicina.* |
| MOEROR | ſenilis, | melancholic. | ater, | acidus, |
| | rigidus, | frigidus, | tarde pulſans, | orthopnoicus, |
| | ſuſpirans, | obſtipans, | quieſcens. | *Mors.* |

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga eripit, *Ira* armis defendit, *Moeror* amiſſa luget.

IMPERANTIUM cauſſa quemadmodum Populi non ſunt nati, ſed ſubditorum ordini ſervando Imperantes conſtituti, ita Vegetabilium cauſſa Animalia Phytiphaga, phytiphagorum Carnivora, & ex his Majora ob parva, Homo (qua animal in oeconomia naturæ) ob maxima & ſingula, ſeſe vero præcipue, ſæva mercede conducta tyrannidem exercent, ut Pro-[illegible] cum [illegible] Reipublicæ naturæ perennet. Viciſſim ſinguli cives conſpirant in Majeſtatem Hominis rationalis imperantis, cujus eſt ſummum Reipublicæ auctorem agnoſcere.

RES

RES PUBLICA Naturæ, tanquam Aqua e Fontibus in Rivulos, Amnes, Fluvios ad Mare tranans, e numeroſiſſima *Plebe* in pauciores *Nobiles*, pauciſſimosque *Magnates* ad *Imperantem* adſcendit, dum Animalia minima, numero, vi, potentia facile infinita, in uſum cedant majoribus, inertioribus, præſtantioribus, cum natura nunquam magis quam in minimis tota ſit.

OPERATIONES incolarum præcipuæ ſunt: 1. *Multiplicare* Speciem, ut negotiis ſufficiant. 2. *Auferre* immunda, cadavera, languida, conſpurcata, ſtagnantia, acida, putrida, ut nitor aulæ fulgeat. 3. *Detondere* quotannis vegetabilia, ut renovetur annuum theatrum; 4. *Æquilibrium* inter Species Animalium & Vegetabilium ſervare, ut proportio perennet. 5. *Vindicare* ſe ipſos ab interitu, ne vacet adminiſtratio.

MINISTRI, propriis muniis præfixi, tot ſunt, quot animalium *Species*, ſinguli ad officia proprio commodo allecti, qvum ex labore ſuſtentationem ſuam reportent; ne quidquam deficiat, ubi nihil ſupervacaneum. Ne autem alter alterius negotiis ſeſe immiſceat, ſimulque lucrum alteri præripiat; ſub pœna capitali ſancita *Lex*, ipſa ſenſibus, Olfactus imprimis & Guſtus, inſcripta, ne transgreſſores excuſabiles evaderent. Sic rapina rerum omnium eſt, quam Armis, Fulcris, Munimentis, Halitu eludunt vivaciora, dum Languida ſuccumbant, & Vegetiora in motu feſtinent, ut opus naturæ perenni flore rideat.

IMPULSORES etiam præfixi ad munera promte peragenda: blanda *Venus* ad propagationem irritat; avara *Fames* ad ſuſtentationem impellit; atrox *Dolor* ad conſervationem cogit; neque hæc ſine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna ſtructura indicatur:

| | | |
|---|---|---|
| ***COR*** biloculare, biauritum; *Sangvine* calido, rubro. | viviparis | *Mammalibus.* |
| | oviparis | *Avibus.* |
| ***COR*** uniloculare, uniauritum; *Sangvine* frigido, rubro. | pulmone arbitrario | *Amphibiis.* |
| | branchiis externis | *Piſcibus.* |
| ***COR*** uniloculare, inauritum; *Sanie* frigida, albida. | antennatis | *Inſectis.* |
| | tentaculatis | *Vermibus.* |

I. MAM-

## I. MAMMALIA.

*Cor* biloculare, biauritum; Sanguine calido, rubro. (*)
*Pulmones* reſpirantes reciproce.
*Maxillæ* incumbentes, tectæ.
*Penis* intrans viviparas, lactantes.
*Senſus*: Lingua, Nares, Tactus, Oculi, Aures.
*Tegmenta*: Pili, pauci indicis, pauciſſimi aquaticis.
*Fulcra*: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, *in quibus pedes poſteriores in caudæ pinnam coaliti.*

## II. AVES.

*Cor* biloculare, biauritum; Sanguine calido, rubro.
*Pulmones* reſpirantes reciproce.
*Maxillæ* incumbentes, nudæ, exſertæ, edentulæ.
*Penis* ſubintrans absque ſcroto oviparas cruſta calcarea.
*Senſus*: Lingua, Nares, Oculi, Aures absque auriculis.
*Tegmenta*: Pennæ incumbentes, imbricatæ.
*Fulcra*: Pedes duo. Alæ duæ.

## III. AMPHIBIA.

*Cor* uniloculare, uniauritum; Sanguine frigido, rubro.
*Pulmones* ſpirantes arbitrarie.
*Maxillæ* incumbentes.
*Penes* bini. Ova plerisque membranacea.
*Senſus*: Lingua, Nares, Oculi, multis Aures.
*Tegmenta* coriacea nuda.
*Fulcra* varia variis, quibusdam nulla.

## IV. PISCES.

*Cor* uniloculare, uniauritum; Sanguine frigido, rubro.
*Branchiæ* extus comprimendæ.
*Maxillæ* incumbentes.
*Penes* nulli. Ova absque albumine.
*Senſus*: Lingua, Nares? Oculi (non Aures).
*Tegmenta*: Squamæ imbricatæ.
*Fulcra*: Pinnæ natantes.

V. IN-

(*) In omnibus animalibus, quibus ſangvis non calet, ventriculus cordis eſt unicus. *Hall. Boerh. I. p. 217, 191.* miratus itaque quod 2 ventriculos cordis Crocodilo adſcribat *Haſſelquiſt iter 293.*

## V. INSECTA.

*Cor* uniloculare, inauritum; Sanie frigida.
*Spiracula*: Pori laterales corporis.
*Maxillæ* laterales.
*Penes* intrantes.
*Senſus*: Lingua, Oculi, Antennæ in capite absque cerebro. (non Aures, Nares).
*Tegmenta*: cataphracta cute oſſea ſuſtentante.
*Fulcra*: Pedes, quibusdam Alæ.

## VI. VERMES.

*Cor* uniloculare, inauritum; Sanie frigida.
*Spiracula* nulla?
*Maxillæ* multifariæ, variæ variis.
*Penes* varii Hermaphroditis Androgynis.
*Senſus*: Tentacula, caput nullum (vix Oculi, non Aures, Nares).
*Tegmenta* interdum calcarea vel nulla, niſi Spinæ.
*Fulcra*: nulli Pedes aut Pinnæ.

*CLAS-*

---

Terribilia ſunt opera Tua DOMINE,
In multitudine virtutis Tuæ, Te metientur
inimici Tui.

---

# CLASSIS I.

# MAMMALIA.

MAMMALIA *hæc & nulla alia mammata* Animalia, ex ſtructura, viſceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupedia*, nobiſcum Continentem inhabitant, tanquam inter hoſtes atrociſſimos, dum pauca *Pinnata* intra Pelagum ſe ſubducunt.

VESTITUS Quadrupedium e *Pilis* flexilibus, molliſſimis, diſtinctis, injuriæ minus obnoxiis; iisque fertilioribus in frigidis quam æſtuantibus terris. Hi vero Pili in *Aculeos* coaliti (Erinaceo, Hyſtricibus), aculei explanati in *Squamas* (Mani), ſquamæ coadunatæ in *Scutum* (Daſypis); at pilorum vellus ſæpe diſtinctum *Suturis* (Cani, Equo), quæ elongatæ in *Jubam* (Equo, Sui); Sed Aquatica *nuda* evaſere, ne madefierent, niſi in terram exire aliquando neceſſe habeant. Præterea Facies ſæpe *Verrucis*, Labia *Vibriſſis*, Mentum *Barba* (Homini, Simiæ, Capræ) & Pedes *Callis* non raro notata ſunt.

FULCRA, motus inſtrumenta, pro expeditiori fuga in evitando hoſtem, aut aſſequendo prædam TERRESTRIBUS ſunt *Pedes* IV, quorum anteriores *Palmis* inſtruuntur interdum tanquam *Manus* remoto pollice diviſæ (Primatibus, Didelphibus); Poſteriores autem *Plantis*, ut validius properarent, & hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, ut natarent, vel *Fiſſi* digitis ſeparatis, ut facilius currerent, aut *Talis* innixi, ut firmius perſiſterent (Homini, Urſo); Ne vero fuga detererentur inter aſpera, vel denſo vellere manicati (Lepori timido, Vulpi Lagopo, Bradypis), vel *Ungulis* tanquam calceis induti ſunt digiti (biſulcis Pecoribus, Suibus), qui etiam *ſuccenturiatis* muniti talis, vel *Solipedes* indiviſis pedibus (Equis); ſed in *manibus* ſæpe ungues plani, orbiculati (Homini, Simiis, Lemuribus); At vero rapaciores Feræ *unguibus* armatæ ſubulatis ut prædam apprehenderent, lacerarent, terramque foderent; ſed *Volantia* vel manibus elongatis palmatiſque aëra ſcandunt (Veſpertiliones), vel membrana inter palmas plantasque expandenda, velificant (Lemur, Sciurus, Mus). Aliter AQUATICA, quorum brachia intra latus retracta, & femora poſtice coadunata plantis in caudam horizontalem (Cetis).

AR-

ARMA Mammalium præter dictos ungues, nominandosque Dentes, imprimis *Cornua* cartilaginea capiti inſerta ſunt; hæc vel *ſolida* perennia (Rhinoceroti), vel *ramoſa* annua, primumque piloſa apiceque creſcentia (Cervis), vel *cava* vaginantia baſique creſcentia (Bobus, Capris, Ovibus).

CIBARIA inſtrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* ſæpe compreſſi inciſores pro evellendo, rodendo conſcindendo; *Laniarii* conici longiores pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, & hi obtuſi phytiphagis, acutiores carnivoris; at *edentula* ſolæ Myrmecophagæ & Manis evaſere.

UMBRACULUM eſt *Cauda*, qua turpiſſimæ abſconduntur partes; hæc paucis *nulla* (Homini, Simiis & Muribus nonnullis), *abbreviata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpæ, Erinaceis), *elongata* ad pedum longitudinem & ultra (Canibus, Muribus, &c); harum ſingulæ vel *Nudæ* (Muribus), vel *Prehenſiles* convolvendæ proque quinta manu inſervientes (Simiis, Hyſtrici, Didelphibus), vel *Comoſæ* longis ſetis (Equis, Bobus), vel *Floccoſæ* apice penicilliformi (Leoni mari, Muri Jaculo), vel *Diſtichæ* utrinque piloſæ (Sciuris, Myrmecophagæ).

CUSTODES Animalium *Senſus* ſunt pro conſervatione individui; ſed terreſtribus Aures inſtructæ *Auriculis* varia figura lobatis, pro acutiore auditu; Aquaticis vero auriculæ nullæ; *Naſus* figura varia interdum elongatus in *proboſcidem* (Elephanti, Beſtiis), ſitus ſupra Labium ſuperius *fiſſum* (Gliribus) aut *lacunoſum* (plerisque).

GENITALIUM curioſior indagatio abominabilis diſplicet, quamvis varia & ſingularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, qui tamen poſſet ad ordines naturales viam monſtrare.

VENERE *Vaga* pruriunt pleraque, ubi Mares dimicant inter ſe, quo valentiores polleant pro ſobole vivaciore, ineuntes feminas viviparas fœtum intra ſe excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioremve ætatem. *Polygama* autem nonnullis, ubi Mas gynæceum ex pluribus feminis ſibi aſſociatis defendit (Phocæ); pauciſſimis vero *Monogamia* eſt, dum Mas & Femina individui ſocii curam gerunt fœtus (Simiæ nonnullæ, Lemur, Veſpertiliones, Erinaceus).

MAMMÆ lactantes feminis omnibus; etiam Maribus (excepto Equo) numero determinatæ: *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoraleſque* ſimul (Gliribus pluribus); *longitudinaliter* digeſtæ (Suibus aliisque), at ſæpius binæ pro ſingulo fœtu ordinario.

COLUNTUR varia imprimis Pecora ob *Carnes*, *Lac*, *Corium*, *Vellera*, *Pinguedinem*; ad *Onera* verò Eqvus, Camelus, Elephas; inſtituuntur Feræ variæ pro *venatu*, *muribus*, *ſerpentibus*; vivariis aſſervantur rariora.

ORDINES imprimis a dentibus deſumuntur:

- MAMMALIA
  - Quadrupedia, (*ungvibus armata*) Dentibus Primoribus
    - nullis utrinque — — *Bruta.* 2.
    - — ſuperioribus, inferioribus pluribus — — *Pecora.* 6.
    - duobus; laniariis
      - nullis — *Glires.* 5.
      - uno pluribus — *Beſtiæ.* 4.
    - pluribus; laniariis ſolitariis; primoribus ſuperioribus
      - quatquor *Primates.* 1.
      - ſex obtuſis *Belluæ.* 7.
      - — acutis *Feræ.* 3.
  - Pinnata (*mutica absque ungvibus*) pinnis loco pedum inſtructa — — *Cete.* 8.

I. PRIMATES.

Dentes primores ſuperiores *IV paralleli.* Laniarii *ſolitarii.*
Mammæ *pectorales, binæ.*
Palmæ *Manus ſunt.*
Brachia *diducta claviculis, inceſſu tetrapodo valgo.*
Scandunt *arbores earumque gazas legunt.*

II. BRUTA.

Dentes primores *nulli ſuperius aut inferius.*
Inceſſus *ineptior.*

III. FERÆ.

Dentes primores *utrinque: ſuperiores VI, omnes acutiores.* Laniarii *ſolitarii.*
Ungues *pedum acuti.*
Victus *ore ſævientium e cadaveribus, rapina.*

IV. BESTIÆ.

Dentes primores *utrinque numero indeterminato.* Laniarii *ſemper uno plures.*
Naſus *elongatus*, *fodiens.*
Victus *e ſuccoſis radicibus*, *vermibus.*

V. GLIRES.

Dentes primores *ſuperius inferiuſque* 2. Laniarii *nulli.*
Pedes *curſu ſalientes.*
Victus *rodendo cortices*, *radices*, *vegetabilia*, &c.

VI. PECORA.

Dentes primores *inferiores plures*; *ſuperiores nulli.*
Pedes *ungulati*, *biſulci.*
Victus *evellendo plantas ruminandas.*
Ventriculi 4: Ingluvies *macerans*, *ruminans*; Reticulum *cancellatum*, *recipiens*; Omaſus *multiplicatus*, *conſumens.* Abomaſus *faſciatus*, *aceſcens Coagulo pro ſebo, ut minus alcaleſcant.*

VII. BELLUÆ.

Dentes primores *plures*, *obtuſi.*
Inceſſus *gravis.*
Victus *extrahendo vegetabilia.*

VIII. CETE.

Pedum *loco pinnæ pectorales* & *caudæ* (*plagiura*) *plana.* Ungues *nulli.*
Dentes *cartilaginei.* Naſus *frontis ſæpe fiſtula.*
Victus *e Molluſcis*, *Piſcibus.*
Locus *pelagicus.*
*Hos a Piſcibus divulſos juſſi Mammalibus aſſociari ob Cor biloculare calidum*, *Pulmones reſpirantes*, *Aures cavas*, *Penem intrantem Feminam Mammis lactantem*, *idque ex lege naturæ jure meritoque.*

AUCTORES: *Geſnerus*, *Aldrovandus* diffuſe, epitomator ejus *Jonſtonus*, *Rajus*, paucique alii paſſim, ſed mancam reliquerunt *Hiſtoriam*, de novo ordiendam ſecundum *notas* proprias; *Deſcriptionibus* attributorum, *Diæta* varia, *Oeconomia* propria, reliquis, ut ſolida grana e furfurum quisquiliis depurentur; exemplaria propoſui in Cane domeſtico, Cervo Rhenone, Mure indico, Ove Ariete.

# GENERUM Characteres compendioſi.

## I. PRIMATES.

1. HOMO *noſce te ipſum.*
2. Simia *Dentes laniarii, hinc remoti.*
3. Lemur *Dentes primores inferiores 6.*
4. Veſpertilio *Manus palmatæ volatiles.*

## II. BRUTA.

5. Elephas *Dentes laniarii & molares; Naſus proboſcide elongatus.*
6. Trichechus *Dentes laniarii ſuperiores; molares ex oſſe rugoſo. Pedes poſtici coadunati.*
7. Bradypus *Dentes laniarii & molares. Naſus obtuſus.*
8. Myrmecophaga *Dentes nulli. Corpus piloſum.*
9. Manis *Dentes nulli. Corpus ſquamatum.*

## III. FERÆ.

10. Phoca *Dentes primores inferiores 4. Auriculæ nullæ.*
11. Canis *Dentes primores ſuperiores intermedii lobati.*
12. Felis *Lingua aculeata. Ungues retractiles.*
13. Viverra *Lingua aculeata. Ungues exſerti.*
14. Muſtela *Dentes primores inferiores conferti: duobus alternis interioribus.*
15. Urſus *Dentes primores ſuperiores excavati. Penis oſſe flexuoſo.*

## IV. BESTIÆ.

16. Sus *Dentes primores ſuperiores 4, inferiores 8.*
17. Daſypus *Corpus teſta zonis interſecta.*
18. Erinaceus *Dentes primores ſuperiores 2, inferiores 2.*
19. Talpa *Dentes primores ſuperiores 6, inferiores 8.*
20. Sorex *Dentes primores ſuperiores 2, inferiores 4.*
21. Didelphis *Dentes primores ſuperiores 10, inferiores 8.*

## V. GLIRES.

22. Rhinoceros *Cornu naſale.*
23 Hyſtrix *corpus Spinis tectum.*
24. Lepus *Dentes primores ſuperiores duplicati.*
25. Caſtor *Dentes primores ſuperiores angulo recto excavati.*
26. Mus *Dentes primores ſuperiores ſubulati.*
27. Sciurus *Dentes primores ſuperiores cuneati; inferiores compreſſi.*

## VI. PECORA.

28. Camelus *ecornis dentibus laniariis pluribus.*
29. Moſchus *ecornis dentibus laniariis ſolitariis: ſuperioribus exſertis.*
30. Cervus *Cornua ſolida, ramoſa, decidua.*
31. Capra *Cornua tubuloſa erecta*
32. Ovis *Cornua tubuloſa reclinata.*
33. Bos *Cornua tubuloſa porrecta.*

## VII. BELLUÆ.

34 Eqvus *Dentes primores approximati.*
35. Hippopotamus *Dentes primores diſtantes.*

## VIII. CETE.

36. Monodon *Dens in maxilla ſuperiore exſertus.*
37. Balæna *Dentes cornei in maxilla ſuperiore.*
38. Phyſeter *Dentes in maxilla tantum inferiore.*
39. Delphinus *Dentes in utraque maxilla.*

# I. PRIMATES.

*Dentes Primores ſuperiores IV, paralleli.*
*Mammæ Pectorales II.*

## 1. HOMO noſce Te ipſum. (*)

Sapiens. 1. H. diurnus; *varians cultura, loco.*

*Ferus.* tetrapus, mutus, hirſutus.
*Juvenis Urſinus lithuanus.* 1661.
*Juvenis Lupinus heſſenſis.* 1344.
*Juvenis Ovinus hibernus. Tulp. obſ. IV: 9.*
*Juvenis Hannoveranus.*
*Pueri 2 Pyrenaici.* 1719.
*Johannes Leodicenſis.*

*Americanus.* α. rufus, cholericus, rectus.
*Pilis* nigris, rectis, craſſis; *Naribus* patulis; *Facie* ephelitica, *Mento* ſubimberbi.
*Pertinax*, hilaris, liber.
*Pingit* ſe lineis dædaleis rubris.
*Regitur* Conſvetudine.

β al-

(*) Noſſe Se Ipſum gradus eſt primus ſapientiæ, dictumque *Solonis*, quondam ſcriptum litteris aureis ſupra *Dianæ* Templum. *Muſ. ADOLPH. FRID. Præfat.*

*Phyſiologice:* Te contextum Nervis, intertextum Fibris, Machina tenella, ſed adoleſcente in perfectiſſimam, facultatibus inſtructam fere omnibus pluribusque, quam reliqua cuncta. *Nudum in nuda humo, natali die, abjecit natura ad vagitus ſtatim & ploratum, manibus pedibusque deviniciendum Animal cæteris imperaturum; cui ſcire nihil ſine doctrina: non fari, non ingredi, non veſci, non aliud natura ſponte. Plin. Vides itaque quidem vitam nobis rerum natura promiſit, quæ primum naſcentium omen fletum eſſe voluit. Seneca.*

*Diætetice:* Te ſanitate & tranquillitate, ſi noveris, felicem: *Modeſtis* conſervandum, *Nimiis* deſtruendum, *Variis* afficiendum, *Infeſtis* frangendum, *Conſvetis* indurandum; polyphagum Culina inſtructiſſima, per errores gratiſſima, igne vinoque horrenda. *Parvo fames conſtat, magno faſtidium. Seneca.*

*Pathologice.* Te tumidam usque dum crepueris bullam, piloque pendulam in puncto fugientis temporis. *Nihil enim homine imbecillius terra alit. Homer. Nulli vita fragilior; nulli tot Morbi, tot Curæ, tot Pericula. Breve univerſum utique ævi tempus: Pars æqua morti ſimilis exigitur; nec reputantur Infantiæ anni, qui ſenſu carent; nec Senectæ in pœnam vivaces: hebeſcunt Senſus, torpent Membra, præmoriuntur Viſus, Auditus, Inceſſus, Dentes, Ciborum inſtrumenta. Plin. Sic magna pars mortis jam præteriit, quidquid ætatis retro eſt Mors tenet. Totum denique hunc, quem vides populum, quousque cogitas eſſe; cito natura revocabit & condet; Mors omnes æque vocat; iratis Diis propitiisque moriendum. Senec. II: 59.*

*Europæus.* β. albus, ſanguineus, toroſus.
*Pilis* flaveſcentibus prolixis. Oculis cæruleis.
*Levis*, acutiſſimus, inventor.
*Tegitur* Veſtimentis arctis.
*Regitur* Ritibus.

*Aſiaticus.* γ. luridus, melancholicus, rigidus.
*Pilis* nigricantibus. *Oculis* fuſcis.
*Severus*, faſtuoſus, avarus.
*Tegitur* Indumentis laxis.
*Regitur* Opinionibus.



---

*Naturaliter*: Te audacis naturæ miraculum, Animalium Principem, cujus cauſſa cuncta genuit natura, eſſe animal flens, ridens, melodum, loquens, docile, judicans, admirans, ſapientiſſimum; ſed fragile, nudum, ſuapte natura inerme, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, alienæ opis indigens, anxiæ mentis ſollicitæque tutelæ, precarii ſpiritus, pertinacis ſpei, querulæ vitæ, tardæ ſapientiæ. Temporis annihilati emortui contemtorem, præſentis vividi dilapidatorem, futuri dubii æſtimatorem in vita volucri, pretioſiſſima, irrevocabili; ſic optima quæque dies miſeris mortalibus ævi prima fugit; alium ad quotidianum opus laborioſa Egeſtas vocat: alium Luxus incarcerat, aliudemque ſuffocat; alium Ambitio numquam quieta ſollicitat; alius Divitias, quas optaverat, metuit, & voto laborat ſuo; alium Solitudo, alium ſemper veſtibulum obſidens turba. Hic ſe habere dolet Liberos, hic ſe perdidiſſe; Lacrymæ nobis deerunt antequam cauſſæ dolendi. Sed quousque nos malos noſtra mala rapuere: circumferre pericula, ruere in ignotos, iratos ſine injuria, ferarum more occidere quem non oderimus, ſecundos optare ventos, quorum felicitas eſt ad bella perferre; parum videlicet ad mortes noſtras terra late patet. *Senec. Cætera animantia congregari contra diſſimilia, at Homini plurima ex homine mala. Plin.*

*Politice*: Te recti loco tenere errorem publicum factum, qui te vix enixum conſvetudinis larva induit, nutrit, educat, alit, regit, ſecundum quam honeſtus, fortis, ſapiens, moratus, pius exiſtimaris; Cum gubernatus Opinione vivas ad Conſvetudinem, nec ad Rationem. Te, inter perituros conſtitutum, cum nulli contigit impune naſci, beneficii loco petere, ut ultimus cervicem præbeas, dum interim, dulci fortuna ebrius, colligendo in craſtinum Lapillos fortunæ certas, verbis in furorem ageris, aliter theoretice pios odio perſequeris, quantosque tumultus excitas, non ut ſervias, ſed cui; nugis irrevocabile tempus conſumis; immortalia æternaque animo volvitas, de ſeris nepotibus pronepotibusque diſponis, novas ſpes oblitus conditionis Tuæ ponis, cum interea longa conantem mors opprimit, at in agone oculos aperiens (ἄνθρωπος) ſomnium primo obſervas; *Sic vivimus ut immortales & morimur ut mortales. Senec.*

*Moraliter*: Te ſub rudi larva Ineptum, Laſcivum, Imitatorem, Ambitioſum, Prodigum, Solicitum, Aſtutum, Auſterum, Invidum, Avarum, *transformari* in Attentum, Caſtum, Conſideratum, Modeſtum, Sobrium, Tranquillum, Sincerum, Mitem, Beneficum, ſuis Contentum. *Uni animantium*

*Afer.* δ. niger, phlegmaticus, laxus.

*Pilis* atris, contortuplicatis. *Cute* holoſericea. *Naſo* ſimo. *Labiis* tumidis. *Feminis* ſinus pudoris; *Mammæ* lactantes prolixæ.

*Vafer*, ſegnis, negligens.

*Ungit* ſe pingui.

*Regitur* Arbitrio.

*Monſtroſus.* ε. ſolo (a) arte (b, c).

a. *Alpini* parvi, agiles, timidi.

*Patagonici* magni, ſegnes.

b. *Monorchides* ut minus fertiles: Hottentotti.

*Junceæ* puellæ abdomine attenuato: Europææ.

c. *Macrocephali* capite conico: Chinenſes.

*Plagiocephali* capite antice compreſſo: Canadenſes.

*Habitat inter* Tropicos *ſponte gratisque*; *per reliquam* Telluris *totam continentem coacte.*

CORPUS erectum, nudum, Pilis raris remotiſſimis adſperſum, ſubſexpedale.

CAPUT ovatum: *Pileus* piloſus: *Sincipite* obtuſo, *Vertice* obtuſiſſimo, *Occipite* gibboſo.

*Facie* nuda: *Frons* planiuſcula, quadrata, *Temporibus* compreſſa, angulis ſinu intra Pileum adſcendens. *Supercilia* prominula pilis extrorſum imbricatis, interſtincta *Glabella* planiuſcula. *Palpebra ſuperior* mobilis, *inferior* quieta; utraque *Ciliis* exſtantibus ſubrecurvatis pectinata. *Oculi* rotundi: *Pupilla* orbiculata. *Genæ* gibbæ, molliuſculæ, coloratæ. *Malæ* compreſſiuſculæ, ſub *Buccæ* laxiores. *Naſus* prominens, labio brevior, compreſſus, apice altior gibboſiorque: *Naribus* ovalibus, intus

*Luctus, Luxuria, Ambitio, Avaritia, Vivendique cupido; curat atque etiam poſt ſe de futuro. Plin.*

*Theologice:* Te ultimum finem creationis;

In Telluris globum, omnipotentis magiſterium, introductum; ratione ſapiente, ſecundum ſenſus concludente, mundi contemplatorem; ut ex opere agnoſceres Creatorem omnipotentem, omniſcium, immenſum & ſempiternum DEum.

(*Cætera revelata a Theologis explicanda.*)

*Duo namque ſunt quæ in cognitionem DEi ducunt, Creatio & Scriptura. Auguſtinus.*

DEUS *itaque Natura cognoſcendus, dein Doctrina recognoſcendus. Tertullian.*

*Homo ſolus DEum contemplatur, Naturæ & Revelationis eundem Auctorem:*
*quem te DEus eſſe*
*juſſit, & humana qua parte locatus es in re, diſce. Perſ. III; 71.*

intus hirtis, margine craſſiuſculo. *Labium ſuperius* ſubperpendiculare, *Lacuna* exaratum; *Labium inferius* erectiuſculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtuſum, gibboſum. *Aures* laterales: *Auriculæ* rotundato-lunatæ, appreſſiuſculæ, nudæ, ſupra margine fornicatæ; infra gibboſæ, molles.

TRUNCUS conſtans Collo, Thorace, Dorſo, Abdomine.

*Collum* teretiuſculum, capite brevius; *Cervicis Nucha* concava; *Gula* ſupra concava, medio ſubtus gibba.

*Thorax* antice poſticeque depreſſiuſculus. *Pectus* planiuſculum, Jugulo excavato, *Axillis* concavis barbatis, *Scrobiculo* planiore. *Mammæ* duæ, pectorales, diſtantes, gibbæ, rotundatæ: *Papilla* cylindrica, obtuſa, rugoſa.

*Dorſum Tergo* planiuſculo, *Humeris* exſtantibus, *Interſcapulio* depreſſo.

*Abdomen* gibbum, laxum: *Umbilico* excavato, *Epigaſtrio* planiore, *Hypogaſtrio* gibboſiore, *Hypochondriis* rotundatis, *Inguinibus* planiuſculo-concavis. *Pubis* regio barbata. *Genitalia* exſerta: *Pene* cylindrico, *Scroto* ſubrotundo, rugoſo cute laxa, *ſutura* longitudinali per *Perinæum* excurrente; ſ. *Vulva* gibba, compreſſiuſcula. *Anus* retractus.

ARTUS ex *Manibus* loco pedum anteriorum & *Pedibus* poſterioribus.

Manuum *Armi* divaricati, craſſiuſculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obtuſo-prominulus. *Lacertæ* craſſitie armorum, teretes, introrſum planiores. *Palmæ* rotundatæ, dilatatæ, planæ, extus convexæ; *Vola* concava; *Digiti* V: *Pollex* remotus, brevior, craſſior. Digiti 2, 3, 4, 5 approximati, horum 5 minor reliquis, dein 2, 4, ſed 3 paulo longior. *Ungues* omnibus rotundati, plano-convexi, *lunula* pallida.

Pedum *Femora* approximata, *Lumbis* muſculoſis, *Natibus* gibbis, carnoſis, *Genubus* antrorſum verſis, obtuſiſſimis, ſubtus concavis. *Crura* longitudine femorum, poſtice muſculoſo-ventricoſa, inferne anguſtiora, antice macra. *Calcanei Talis* inſiſtentes, prominuli, gibbi: *Malleolis* lateralibus, utrinque oppoſitis, hemiſphæricis, duriuſculis. *Plantæ* oblongæ, ſupra convexiuſculæ, ſubtus planæ, transverſe concavæ. *Digiti* V: omnes incurvi, ſubtus gibbi, approximati. *Pollex* craſſior, brevior; 2, 3 ſubæquales, 4, 5 decreſcentes; ultimo minimo. *Ungues* ut in Manibus omnes.

Simia Satyrus, Jocko el. Pongo Buffon
tros wara den samme som Troglodytes
eller Orang-Outang

Til Europa förde Orang-Outangs, hafwa alla warit unga och förmodeligen Satyri barn, warit ganska langtiga men Melancholiske och dödt inom året, ehuru mäst i kolike, hafwa och ei lärt tala, Tyson och Cowper hafwa examinerat dem ut- och inwärtes på det nogaste.

Kallas Pongo i Africa och berättas 3 a $3\frac{1}{2}$ aln höga och starke i proportion; bortföra flickor åt skogen, fördrifwa med påkar Elephanterne från sina samhällen; gå raka på 2 fötter.

piloſo
xillis,
toris;
ma-
Naſo
pente.

. 84.

avæ,

*inus.*
pu-
*Mem-*
Aetas
*idet,*
*t ſui*
*im-*

2. SI-

(*) *Genus* Troglodytæ ab Homine diſtinctum, adhibita quamvis omni attentione, obtinere non potui, niſi aſſumerem notam lubricam, in aliis generibus non conſtantem. Nec Dentes laniarii, minime a reliquis remoti; nec Nymphæ Caffræ, quibus carent Simiæ, hunc ad ſimias reducere admittebant. Inquirant autoptæ in vivo, qua ratione, modo notæ aliquæ exiſtant, ab hominis Genere ſeparari queat, *nam inter ſimias verſantem oportet eſſe ſimiam. Apollodor.*

*Speciem* Troglodytæ ab Homine ſapiente diſtinctiſſimam, nec noſtri generis illam nec ſangvinis eſſe, ſtatura quamvis ſimillimam, dubium non eſt, ne itaque varietatem credas, quam vel ſola Membrana nictitans abſolute negat.

*Afri* Pilos contortuplicatos, quamvis albos, in hoc miratus ſum, collatis imprimis Varietatum cauſſis in Plantis, in Pullo Gallinaceo, nec tamen quidquam de Mauris albis ex nigris ſtatui.

*Prædum ita* nec dixi hos Troglodytas Plinii, quamvis nos ultimum ſimus Creationis opus.

*Homo caudatus hirſutus. Maupert. epiſt. 7. Kiop it. 79. Bont. jav. 85, an Aldr. digit. 249?* incola orbis antarctici, nobis ignotus, ideoque utrum ad Hominis aut Simiæ genus pertineat, non determino. Mirum quod ignem excitet, carnesque aſſet, quamvis & crudas voret teſtimonio Peregrinantium.

*Differt* itaque a reliquis Corpore erecto nudo, at piloſo Capite, Superciliis, Ciliisque, tandem Pube, Axillis, Maribusque Mento. Feminis Nymphæ & Clitoris; Mammæ 2 pectorales. Caput Cerebro omnium maximo; Uvula; Facies abdomini parallela, nuda; Naſo prominente, compreſſo, breviore; Mento prominente. Cauda nulla. Pedes Talis incedentes.

Troglodytes. 2. H. nocturnus. (*)

Homo ſylveſtris Orang Outang. *Bont. jav.* 84. *t.* 84.
Kakurlacko. *Kjæp. itin. c.* 86. *Dalin. orat.* 5.

*Habitat in* Æthiopiæ *conterminis* (*Plin.*), *in* Javæ, Amboinæ, Ternateæ *ſpeluncis.*

Corpus *album*, *inceſſu erectum*, *noſtro dimidio minus.* Pili *albi*, *contortuplicati.* Oculi *orbiculati:* iride pupillaque *aurea.* Palpebræ *antice incumbentes cum Membrana nictitante.* Viſus *lateralis*, *nocturnus.* Aetas *XXV annorum.* Die *cæcutit*, *latet*; Noctu *videt*, *exit*, *furatur.* Loquitur *ſibilo*; *Cogitat*, *credit ſui cauſſa factam tellurem*, *ſe aliquando iterum fore imperantem*, *ſi fides peregrinatoribus.*

2. SI-

(*) *Genus* Troglodytæ ab Homine diſtinctum, adhibita quamvis omni attentione, obtinere non potui, niſi aſſumerem notam lubricam, in aliis generibus non conſtantem. Nec Dentes laniarii, minime a reliquis remoti; nec Nymphæ Caffræ, quibus carent Simiæ, hunc ad ſimias reducere admittebant. Inquirant autoptæ in vivo, qua ratione, modo notæ aliquæ exiſtant, ab hominis Genere ſeparari queat, *nam inter ſimias verſantem oportet eſſe ſimiam. Apollodor.*

*Speciem* Troglodytæ ab Homine ſapiente diſtinctiſſimam, nec noſtri generis illam nec ſanguinis eſſe, ſtatura quamvis ſimillimam, dubium non eſt, ne itaque varietatem credas, quam vel ſola Membrana nictitans abſolute negat.

*Afri* Pilos contortuplicatos, quamvis albos, in hoc miratus ſum, collatis impennis Varietatum cauſſis in Plantis, in Pullo Gallinaceo; nec tamen quidquam de Mauris albis ex nigris ſtatui.

*Præadamitas* nec dixi hos Troglodytas Plinii, quamvis nos ultimum ſimus Creationis opus.

*Homo caudatus hirſutus. Maupert. epiſt. 7. Kiop. it. 79. Bont. jav. 85, an Aldr. digit. 249?* incola orbis antarctici, nobis ignotus, ideoque utrum ad Hominis aut Simiæ genus pertineat, non determino. Mirum quod ignem excitet, carnesque aſſet, quamvis & crudas voret teſtimonio Peregrinantium.

## 2. SIMIA. *Dentes Primores* IV, approximati.
*Laniarii* ſolitarii, longiores hinc remoti.
*Molares* obtuſi.

* *Cauda nulla*: Simiæ *veterum*.

Satyrus. 1. S. ecaudata ſubtus nuda. *Syſt. nat. VI. p.* 3.
Satyrus indicus. *Tulp. obſ. III. c.* 56.
*Habitat in* Africa, Aſia.
Magnitudo *pueri ſexennis*. Dorſum *crinibus nigris hirſutum; ſubtus ſ. antice undique glaber.*

Sylvanus. 2. S. ecaudata, clunibus tuberoſo-calloſis. *Syſt. nat.* 3.
Simia. *Geſn. quadr.* 847.
Simius cynocephalus alter. *Alp. ægypt.* 241. t. 16.
Cercopithecus. *Jonſt. quadr. t.* 59. *f.* 5.
*Habitat in* Africa, Zeylona.
Frons *ad ſuperciliorum regionem transverſe gibba.* Pellis *urſina.* Scrotum *tamquam intra vulvam reconditum; vel penis intra scroti foramen; autumno* Teſticuli *intumeſcunt.* Nates *Feminæ rapi inſtar extuberans. Minatur minis, cachinno blanditur, caffrorum more ſalutat. Sorbilia manu haurit. Femina menſtruat.*
Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 7. *obſ.* 40.

* * *Cauda abbreviata*: Papiones.

Sphinx. 3. S. ſemicaudata, ore vibriſſato, unguibus acuminatis. *Syſt. nat.* 3.
Papio ſ Baboon. *Geſn. quadr.* 352. *t.* 353. *Aldr. digit.* 260. *Jonſt. quadr.* 145. *t.* 61. *ſ.* 1. *Raj. quadr.* 158.
*Habitat in* Borneo.
Magnitudo *Moloſſi*; *incedens quatuor pedibus*; Scrotum *pendulum*; *Animal libidinoſum, feminis facile vim infert; litteras transferre addiſcit.*

Apedia. 4. S. ſemicaudata, palmarum pollice approximato, unguibus oblongis: pollicum omnium rotundatis.
Simia cauda abrupta, unguibus compreſſis: pollice palmarum digitis adhærente. *Amœn. acad.* 1. *p.* 278.



Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis *Ennius*: quod Simiæ Mammæ, Uvula, Uterus, Cilia, Muſculi Loquelæ, Ungves hominis ſunt; *non vero* Rete mirabile, Clitoris, Nymphæ,

*Silenus Ouanderou Buffon, deraf nämnes 3ne Varieteter,*
*1sta Hel Hwit.*
*2dra Hwit med Swart hår och Skägg.*
*3dje Swart med hwit Skägg och Crinière.*
*Nog stark och kättjefull, wåldförer Qwinfolk. Med hel kort Swans hörer till Papiones går och så rak på 2 fötter.*

ſciurea. ... es omnes ..., quam ... rix pol- ... prolixa. ... Alp. ...

*Habitat in Asia: Zeylona, Java &c.*
*Species obſcura ..., ignotis Pedum unguibus aliisque plurimis attributis. Ouanderou Buffon Tom. VII tab. 37*
*+ ad Papiones pertinet magn: 3 ped: Varietet ...*

Faunus. 6. S. caudata barbata, cauda apice floccoſa. *Syſt. nat.* 3.
Cercopithecus barbatus 1. *Cluſ. exot.* 371. *t.* 371. *Nieremb. nat.* 179. *Raj. quadr.* 155.
*Habitat in ...*
*Corpus nigricans; Barba, Pectus, anteriora abdominis alba.*

Paniſcus. 7. S. caudata barbata, cauda prehenſili, palmis ſubtetradactylis. *Syſt. nat.* 3.
Simia fuſca major, palmis tetradactylis, cauda prehenſili ad apicem ſubtus nuda. *Brown. jam.* 489.
Guariba. *Marcgr. braſ.* 229. *t.* 226. *Raj. quadr.* 153.
*Habitat in* America meridionali: Braſilia.
Corpus *nigrum.* Pedes & Cauda *dimidia exterior brunnea; Caudæ extremitas hinc nuda, qua, quicquid e terra elevat, prehendit.* Digiti *Pedum* 4-5. *L. Hallman; eſt vero* Pollex *reliquis minor, introrſum a cæteris remotus,* Unguesque *manuum rotundati, pedum ſubulati D. Brown. Pullos in dorſo gerit, qui amplectunt matris corpus arctius anguſtius. Oriente & Occidente ſole congregantur concionem celebrantes. Marcgr.*

Diana. 8. S. caudata barbata, fronte barbaque faſtigiata. *Linn. act. Stockh.* 1754. *p.* 210. *t.* 6.
Cercopithecus barbatus guineenſis. *Marcgr. braſ.* 227. *t.* 228. *Raj. quadr.* 159.
Cercopithecus barbatus 2. *Cluſ. exot.* 311.
*Habitat in* Guinea.
*Cand... ... Rolloway ... Exquima. Buffon.*

Magni-

*Habitat in* Indiis.

Magnitudo & *color Sciuri ſubgriſei; ſimilis S. ſciureæ.* Pollex *manuum anticarum non remotus.* Ungues *omnes oblongi, compreſſi, ſed pollicum tam anteriorum, quam poſticorum humanis ſimiles,* Cauda *breviſſima, vix pollicis transverſi.*

* * * *Cauda elongata :* Cercopitheci.

Silenus. 5. S. caudata barbata, corpore nigro, barba nivea prolixa.
Simia Caffrenes magnitudine cynocephalorum. *Alp. ægypt.* 242.
*Habitat in Aſia: Zeylona, Java* &c.
*Species obſcurior, ignotis Pedum unguibus aliisque plurimis attributis.*

Faunus. 6. S. caudata barbata, cauda apice floccoſa. *Syſt. nat.* 3.
Cercopithecus barbatus 1. *Cluſ. exot.* 371. *t.* 371. *Nieremb. nat.* 179. *Raj. quadr.* 155.
*Habitat in* [illegible]
*Corpus nigricans, Barba, Pectus, anteriora abdominis alba.*

Paniſcus. 7. S. caudata barbata, cauda prehenſili, palmis ſubtetradactylis. *Syſt. nat.* 3.
Simia fuſca major, palmis tetradactylis, cauda prehenſili ad apicem ſubtus nuda. *Brown. jam.* 489.
Guariba. *Marcgr. braſ.* 229. *t.* 226. *Raj. quadr.* 153.
*Habitat in* America meridionali : Braſilia.
Corpus *nigrum.* Pedes & Cauda *dimidia exterior brunnea; Caudæ extremitas hinc nuda, qua, quidquid e terra elevet, prehendit.* Digiti *Pedum* 4-5. *Z. Hallman; eſt vero* Pollex *reliquis minor, introrſum a cæteris remotus,* Unguesque *manuum rotundati, pedum ſubulati. D. Aymen. Pullos in dorſo gerit, qui ambiunt matris corpus ulterius anguſtius. Oriente & Occidente ſole congregantur concionem celebrantes. Marcgr.*

Diana. 8. S. caudata barbata, fronte barbaque faſtigiata. *Linn. act. Stockh.* 1754. *p.* 210. *t.* 6.
Cercopithecus barbatus guineenſis. *Marcgr. braſ.* 227. *t.* 228. *Raj. quadr.* 159.
Cercopithecus barbatus 2. *Cluſ. exot.* 311.
*Habitat in* Guinea.

Magni-

Magnitudo *Felis majoris, nigra punctis albidis.* Dorſum *poſtice ferrugineum.* Femina *ſubtus helvola.* Gula pectusque *alba.* Frons *villis erectis, albis, faſtigiatis linea transverſa in formam lunæ creſcentis.* Barba *faſtigiata, nigra, ſubtus alba, inſidens tuberi adipoſo. Linea alba ab ano ad genua ab exteriori latere femorum ducta. Ludibunda omnia dejicit, peregrinos nutitando ſalutat; irata ore hiat maxillaque exagitat; vocata reſpondet greck*

Cephus. 9. S. caudata, buccis barbatis, vertice flaveſcente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea.
Cercopithecus barbatus alius guineenſis. *Marcgr. braſ.* 228. *Raj. quadr.* 156.
*Habitat in* America.
*Corpus ſubfuſcum, ſubtus ſubcæruleſcens; Os cæruleſcens: barba flaveſcens.*

Aygula. 10. S. caudata ſubbarbata griſea, eminentia piloſa verticis longitudinali. *Oſb. iter.* 99.
*Habitat in India.*
Corpus *griſeum lateribus albis, ſubtus gula, pectore, abdomineque albicans.* Cauda *corpore longior, cinerea, attenuata.* Facies *planiuſcula, albida, nuda.* Nates *depreſſus, breviſſimus, ab ore remotas. lacuna loco ſuperioris gemina.* Bucca *ſubbarbata, longitudine menti [illegible].* Supercilia *frontis gibba, prominentia.* Pedes *nigri:* Ungues *pollicum rotundati; reliqui oblongi.* Auriculæ *acutiuſculæ.*

Hamadryas. 11. S. caudata imberbis, auribus comoſis. *Syſt. nat.* 3.
Simius cynocephalus, ad utramque aurem magna coma. *Alp. ægypt.* 248.
*Habitat in* Africa.
*Hæc etiamnum obſcura eſt.*

Jacchus. 12. S. caudata, auribus villoſis patulis, cauda hirſutiſſima longiſſima, unguibus ſubulatis: pollicum rotundatis.
Simia auribus villoſis patulis, unguibus pollicum ſubrotundis. *Syſt. nat.* 3.
Cercopithecus braſilianus 3, Sagouin. *Cluſ. exot.* 372. *t.* 372. *Raj. quadr.* 154. 160.
Cagui minor. *Marcgr. braſ.* 227. *Pet. gaz,* 26 *t. f.* 5. *Klein. quadr.* 11. *t.* 1.
*Habitat in* America.

Cau-

Cauda *denſo vellere annulata.* Aures *villoſi*, *extus albi. Superba, injuriarum impatiens, altiſſime clamitat, delicatula.*

Oedipus. 13. S. caudata imberbis, capillo dependente.
Cercopithecus minimus mexicanus, capilliceo niveo. *Edw. av.* 195. *t.* 195.
*Habitat in* America.
Corpus *parvum*, *ſubtus album.* Capillitium *dependens*, *humano ſimile.* Cauda *longa*, *nigra*, *introrſum aurantia.*

Æthiops. 14. S. caudata imberbis, vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis.
Simia æthiops. *Haſſelqv. iter.* 190.
*Habitat in Æthiopia. Haſſelquiſt.*
Corpus *ſtatura Dianæ*, *fuſcum*, *ſubtus album.* Cauda *tecta*, *ſubtus ferruginea.* Supercilia ſ. lunula *alba transverſa.* Palpebra *ſuperior nuda*, *alba.* Aures *acutiuſculæ.*

Midas. 15. S. caudata imberbis, labio ſuperiore fiſſo, auribus quadratis nudis.
Cercopithecus niger minimus, manibus & pedibus croceis. *Edv. av.* 196. *t.* 196.
Cay. *Raj quadr.* 155.
*Habitat in* America.
*Manus & Pedes lutei aut rubri.* Corpus *atrum*, Cauda *longiſſima.* Aures *nudæ*, *amplæ*, *retuſæ.* Ungues *omnes ſubulati ſ. ferini*, *exceptis pollicum plantarum rotundatis ſ. humanis.*

Cynamolgos. 16. S. caudata imberbis, naribus bifidis elatis, clunibus tuberoſis. *Syſt. nat.* 3.
Simia *ægyptiaca* cauda elongata, clunibus tuberoſis nudis. *Haſſelqv. iter.* 189.
Cercopithecus angolenſis major. *Marcgr. braſ.* 227. *Raj. quadr.* 155.
*Habitat in* Africa.
Color *lupi ex fuſco viridi-flaveſcens.* Statura *urſi.* Nates *calvæ.* Cauda *arcuata.* Abdomen *albicans.* *Noctu vigilias inſtituit.*

Apella. 17. S. caudata imberbis, cauda ſubprehenſili, corpore fuſco, pedibus nigris. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *t.* 1.

*Habi-*

*Habitat in* America.
*Undique circumſpiciens, Sono pulli Meleagridis famelici.*

Moıta. 18. S. caudata imberbis, ore fuſco, corpore ſpadiceo, cauda nuda ſubſquamoſa.
Cercopithecus americanus minor Monkie dictus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 52. *t.* 33. *f.* 1.
*Habitat in* America.

Capucina. 19. S. caudata imberbis, cauda longa hirſuta, facie flaveſcente. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *t.* 2.
*Habitat* [illegible]
*Clamore horrendo hoſtes pellit; ſtridet ſæpius uti Cicada; irata latrat more catuli.*

ſciurea. 20. S. caudata imberbis, occipite prominulo, unguibus quatuor plantarum oblongis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 3
*Habitat in* India.
Corpus *Sciuri, griſeo-virens, ſubtus pallidum.* Ulnæ & Tibiæ *ferrugineæ.* Cauda *villoſa, corpore duplo longior.* Pollicum *ungues rotundati.*

Syrichta. 21. S. caudata imberbis, ore ciliiſque vibriſſatis. *Syſt. nat* 3.
Cercopithecus luzonicus minimus. *Pet. gaz.* 21. *t.* 13. *f.* 11.
*Habitat in* Luzonum *inſulis.*

## 3. LEMUR. *Dentes Primores* ſuperiores IV: intermediis remotis.

Inferiores VI, longiores, porrecti, compreſſi, paralleli, approximati.
*Laniarii* ſolitarii, approximati.
*Molares* plures, ſublobati: antici longiores acutiores.

tardigradus. 1. L. ecaudatus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 3. Natlpyslingen
Simia ecaudata, unguibus indicis ſubulatis. *Syſt. nat.* 5. *n.* 2.

Ani-

---

Species *Simiarum inter Mammalia plurimæ, ſed pauciſſimæ rite deſcriptæ & cognitæ, plurimæ obſcuræ ignotæque.*

Simiæ *[illegible], memores, prudentes, imitatores, geſticulatores, indociles, [illegible], cibos bucca macerant, pediculos venantur, tactu excellunt, [illegible], menſtruant, terrefactæ cacant [illegible], urinæ [illegible] diſtincto a vulva ſingulares.*

Animal cynocephalum tardigradum. *Seb. muſ.* 1. *p.* 55. *t.* 35. *f.* 1. 2. & *t.* 47. *f.* 1.
Animal elegantiſſimum robinſoni. *Raj. quadr.* 161.
*Habitat in* Zeylona.
Statura *Sciuri*, *ſubferruginea*, *linea dorſali ſubfuſca*; Gula *albidiore*. *Linea longitudinalis oculis interjecta alba.* Facies *tecta.* Auriculæ *urceolatæ*. *Nates bifoliatæ.* Pedum *palmæ plantæque nudæ.* Ungues *rotundati: interior plantarum vero ſubulatus.* Cauda *fere nulla.* Mammæ 2 *in pectore*; 2 *in abdomine verſus pectus.*
*Animal tardigradum, auditu excellens, monogamum.*

Catta. 2. L. cauda annulata.
Simia-Sciurus madagaſcarienſis, ſive Maucauco. *Edw. av.* 199. *t.* 199.
*Habitat in* Madagaſcar.
Statura *Felis*, *ſubcinerea.* Oculorum *regiones nigræ.* Caput *acuminatum.* Aures *tectæ.* Cauda *longa, picta annulis atris cinereiſque.* Ungues *ſubulati*: pollicibus *plantarum rotundiores*; *ſcandit ut Simia*, *ſed tardiuſcule. Habitu accedit ad Genettam auctorum.*

volans. 3. L. caudatus, membranâ ambiente volitans. †.
Cato-Simius volans camelli. *Pet. gaz.* 14. *t.* 9. *f.* 8. *Act. angl.* 277. *n.* 1065.
Veſpertilio admirabilis. *Bont. jav.* 68. *t.* 69.
Felis volans ternatea. *Seb. muſ.* 1. *p.* 93. *t.* 58. *f.* 2. 3.
*Habitat in* Aſia.
Membrana *more Sciuri volantis ſ. Muris volantis a capite ad manus, a manibus per latera ad plantas, a plantis ad apicem caudæ expanſa.* Ungues *acuti.* Mammæ *duæ pectorales.* Edit *fructus arborum. Ex mammis videtur Lemuribus ſ. Simiis proximum Animalculum, ſed nobis non viſum; ulterius examinent autoptæ.*

4. VESPERTILIO. *Dentes* erecti, acuti, approximati; primores 4 æquales.
*Manus* palmatæ volitantes membrana corpus cingente.

Vampyrus. 1. V. ecaudatus, naſo ſimplici, membrana inter femora diviſa.
Veſpertilio cauda nulla. *Syſt. nat.* 7.
Canis volans ternatanus orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 91. *t.* 57. *f.* 1. 2.
Veſpertilio ingens. *Cluſ. exot.* 94. *Edw. av.* 180. *t.* 180. *f.* 2. 4.
*Habitat in* Aſia.
*Noctu haurit ſanguinem dormientium, criſtas Gallorum & lacrymas palmarum.*

Spectrum. 2. V. ecaudatus, naſo infundibuliformi lanceolato.
Canis volans maxima aurita. *Seb. muſ.* 1. *p.* 92. *t.* 58. *f.* 1.
*Habitat in* America *auſtrali. Rolander.*
Nares *extus infundibulum referentes, ſuperne adſcendentes in folium lanceolatum.* Aures *ovatæ, inferius lacinia ſubulata membranacea, longitudine Auriculæ.* Dentes *Primores* 4. *Laniarii ſolitarii, magni, approximati reliquis. Molares anteriores breviores, obtuſiores.* Alarum *digiti* 4, *quorum* 1. *annexus alio;* Pollex *brevis ungue arcuato.* Pedes *digitis* 5 *æqualibus, unguibus arcuatis.* Calcaneus *exſerit tendinem ſubulatum ſecundum marginem membranæ inter pedes poſticos, non coeuntem cum oppoſito.* Cauda *nulla.*

perſpicillatus. 3. V. ecaudatus, naſo foliato plano acuminato. *Syſt. nat.* 7. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 7.
Veſpertilio americanus vulgaris. *Seb. muſ.* 1. *p.* 90. *t.* 55. *f.* 2. *Edw. av.* 201. *t.* 201. *f.* 1.
Veſpertilio roſtro appendice auriculæ forma donato. *Sloan. jam.* 2. *p.* 330
*Habitat in* America.
*An hæc femina ſequentis?*

4. V.

---

*Veſpertilionum* genus nocturnum volitat Palmis expanſis palmatis membranaque laterali; Phalænis imprimis victitans.

Spaſma. 4. V. caudatus, naſo foliato obcordato. *Syſt. nat.* 7. Glis volans ternatanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 90. *t.* 56. *f.* 1. *Habitat in* Aſia.

leporinus. 5. V. caudatus, labio ſuperiore bifido. *Syſt. nat.* 7.* *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 7.* Veſpertilio, cato ſimilis, americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 89. *t.* 55. *f.* 1. *Habitat in* America.

auritus. 6. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis duplicatis capite majoribus.
L'Oreillar Buffon
Veſpertilio auribus majoribus. *Friſch. av. t.* 103. *Edv. av. t.* 201. *f.* 3. *Olear. muſ. t.* 15. *f.* 1.
*Habitat in* Europa.
*Diſtincta ſpecies auriculis, niſi ſolo ſexu a ſequenti aliena?*

murinus. 7. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite minoribus. *Faun. ſvec.* 18. *Syſt. nat.* 7.
Veſpertilio. *Bell. av.* 147. *Geſn. av.* 694. *Aldr. ornith.* 1. *p.* 571. *Jonſt. av.* 53. *t.* 20. *Alb. av.* 3 *p.* 95. *t.* 101. *Raj. quadr.* 243. *Edv. av. t.* 201. *f.* 2.
Veſpertilio auribus minoribus. *Friſch. av. t.* 102.
*Habitat in* Europa.
*Noctu volat, victitat imprimis Phalænis, capitur Arctii Lappæ calycibus, hybernat, de terra non evolat; venenatus.*
Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 1. *obſ.* 48.

Septem Veſpertiliones Europeas delineavit et deſcripſit Buffon Tom. II

II. BRU-

Ovid. met. IV: 12. *Lucemque peroſæ*
*Nocte volant, ſeroque tenent a veſpera nomen.*

# II. BRUTA.

*Dentes Primores nulli utrinque.*

5. ELEPHAS. *Dentes Primores* nulli.
*Laniarii* ſuperiores elongati.
*Proboſcis* longiſſima, prehenſilis.
*Corpus* nudiuſculum.

maximus. 1. ELEPHAS. *Raj. quadr.* 123. *Syſt. nat.* 11. *Seb. muſ.* 1. *t.* 111. *f.* 1.

Elephantus. *Geſn. quadr.* 377. *Aldr. quadr. l.* 1. *c.* 9. *Jonſt. quadr.* 30. *t.* 78. *f.* 9.

*Habitat in* Zeylonæ *paludoſis ad Amnes, edit Ramos, Cocos, Guilandinæ ſemina, Frumentum.*

*Maximum quadrupes.* Oculi *parvi.* Dentes Laniarii *ſuperiores exſerti (Ebur).* Aures *ampliſſimæ, pendulæ, dentatæ; act. angl.* 277. *p.* 1031. Cutis *craſſiſſima, calloſa.* Mammæ 2 *juxta pectus.* Ungues in *apicibus loborum pedum.* Genua *flexilia.* Collum *breve.*

Proboſcis *longiſſima, extenſilis, acute odorans, loco manus ipſi inſerviens; ea cibum potumque haurit, hoſtemque pellit; ea præciſa occiditur; murem metuit ſub ſomno ob tracheæ inſertionem. Retro coit & mingit. Portat domos, rectore collo inſidente; in bello armatur falcibus; vulnuſculo inter axin & atlantem furioſus occiditur; cæterum prudens, docilis.*

C 6. TRI-

Paxwax, *Ligamentum album, ad Caput elevandum & Collum ſuſtinendum, commune eſt quadrupedibus; at deeſt Homini & Simiis, cum erecti plerumque ſedeant & incedant, nec eo indigeant. Rajus.*

## 6. TRICHECHUS. *Dentes Primores* nulli.

*Laniarii* ſuperiores ſolitarii.

*Molares* ex oſſe rugoſo utrinque inferius duo.

*Labia* geminata.

*Pedes* poſteriores coadunati in pinnam.

Manatus. 1. Trichecus. *Art. gen.* 79. *ſyn.* 107. *Syſt. nat.* 37.
Manatus. *Rond. piſc.* 490. *Geſn. piſc.* 213. *Hern. mex.* 323.
Manati. *Cluſ. exot.* 133. *Aldr. piſc.* 728.
Manati. S. Vacca marina. *Raj. quadr.* 193.
*Habitat in Mari* Americano.
Labium *ſuperius muricatum Vibriſſis rigidis, incurvis.* Pili *corporis remoti, breves.* Pedes antici *abbreviati, palmati, unguiculati*; poſtici *coadunati.* Mammæ 2. *pectorales.*
*Edit vegetabilia; manſueſcit; muſica delectatur. Caro eſculenta.*

## 7. BRADYPUS. *Dentes Laniarii* obtuſiuſculi remotiſſimi.

*Molares* utrinque obtuſi.

*Corpus* pilis tectum.

tridacty-lus. 1. B. manibus tridactylis, cauda brevi. *Syſt. nat.* 6. *p.* 3. *Amœn. acad.* 1. *p.* ~~487~~ 405* *Muſ. Ad. Fr.* 4.
Arctopithæcus. *Geſn. quadr.* 869. *t.* 870.
Ai ſ. Ignavus. *Margr. braſ.* 221. *Cluſ. exot.* 110. *t.* 373. *Seb. muſ.* 1. *p.* 53. *t.* 33. *f.* 2. *Olear. muſ.* 7. *t.* 6. *f.* 2.
*Habitat in* Americæ *meridionalis arboribus*; Victitat *foliis teneris*; ~~*Aquā*~~ *bibit*; *imbres metuit.*
Gula *flava.* Auriculæ *nullæ.* Cauda *ſubovata.* Digiti *combinati.* Ungues *palmarum* 3; *plantarum* 3. Mammæ 2 *pectorales.* Corpus *valde piloſum, vitæ tenax.*

*Faci-*

*Facile ſcandit, tardiſſime & vix incedit, attonitus quaſi caput flectit; ſonus ſenarius adſcendens; clamor horrendus, lacrimæ miſeræ.* Unau Buffon.

didactylus. 2. B. manibus didactylis, cauda nulla. *Syſt. nat.* 3. *Muſ. Ad. Fr.* 4.

Tardigradus ceilanicus. *Seb. muſ. l. p.* 54. *t.* 34. *f.* 1. & *t.* 33. *f.* 4. Ai Buffon.

*Habitat in* ~~Zeylona~~.

Corpus *pilis ferrugineis undulatis.* Caput *rotundatum.* Auriculæ *magnæ.* Ungues *in palmis* 2, *in plantis* 3. Mammæ 2 *pectorales.*

## 8. MYRMECOPHAGA. *Dentes* nulli.
*Lingua* teres, extenſilis.
*Corpus* pilis tectum.

didactyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis. *Syſt. nat.* 8. *Muſ. Ad. Fr.* 8.* Myrstoken.

Tamandua S. Coati americana alba. *Seb. muſ.* 1. *p.* 60. *t.* 37. *f.* 3. Le Fourmilier Buffon

*Habitat in* America *auſtrali.*

tridactyla. 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis. *Syſt. nat.* 8. Myr-Björn

Tamandua-guacu *Marcgr. braſ.* 225. *Seb. muſ.* 1. *p.* 60. *t.* 37. *f.* 2. & *t.* 40. *f.* 1. *Raj. quadr.* 241.

*Habitat in* America *meridionali.* Le Tamanoir Buffon

Victitat *Formicis, inſectis, quorum nidos ungue ſecat.*

*Macula nigra a pectore verſus latus ducta.* Mammæ *Pectorales* 2, *Abdominales* 6; *lente currit, cauda lata inſtar muſcarii ſe tegit, arbores etiam ſcandit.*

tetradactyla. 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Syſt. nat.* 8.

Tamandua 1. *Marcgr. braſ.* 226. *Raj. quadr.* 242. *Seb. muſ.* 2. *t.* 47. *f.* 2.

*Habitat in* America *meridionali.*

*Noctu exit; die dormit capite ſub brachiis recondito; irata baculum prehendit, ſtertit, poſterioribus pedibus inſidens.* Caudæ *extremitas calva, qua ſe ex ramis arborum ſuſpendere poteſt, quod non in præcedenti.*

## 9. MANIS. *Dentes* nulli.
*Lingua* teres, extenſilis.
*Corpus* ſquamis tectum.

pentadactyla. 1. M. pedibus pentadactylis. *Syſt. nat.* 8. *Act. Stockh.* 1749. *p.* 265. *t.* 6. *f.* 3.

Armadillus ſquamatus major ceylanicus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 88. *t.* 54. *f.* 1. & *t.* 53. *f.* 5. *Aldr. quadr.* 667.

Lacertus ſquamoſus. *Cluſ. exot.* 374. *Bont. jav.* 60. *Olear. muſ.* 8. *t.* 7. *f.* 1. *Pet. gaz.* 32. *t.* 20. *f.* 1. 2. *Raj. quadr.* 274.

Myrmecophagus ſquamatus ſ. Dæmon thebaicus. *Herm. muſ.* 295.

*Habitat in* India *orientali.* Victitat *Formicis*, *Vermibus*, *Lacertis.*

Corpus *ſupra ſquamis baſi ſtriatis ſetisque interſtinctis veſtitum ut ſtrobilus*; *ſubtus hirtum eſt. Sed* Cauda *utrinque ſquamoſa*, *etiam ſubtus imbricata.*

Auriculæ *nudæ rotundatæ.* Ungues *primores medii majores*, *quibus contractis incedit.*

Myrmecophagis *affinis. Irata ſquamas erigit horrida.*
*Cauda pinguis in epulis expetita.*

Le Pangolin et le Phatagin
Buffon Tom. IV pag: 72.
Duæ diverſæ Species hujus Generis

III. FE-

# III. FERÆ.

*Dentes Primores ſuperiores ſex, acutiuſculi. Canini ſolitarii.*

10. PHOCA. *Dentes Primores* ſuperiores VI paralleli: exteriores majores.
Inferiores IV, paralleli, diſtincti, æquales, obtuſiuſculi.
*Laniarii* I: ſuperiores ab inciſoribus, inferiores a molaribus remoti.
*Molares* V ſ. VI, tricuſpidati.
*Auriculæ* nullæ.
*Pedes* poſtici coaliti.

Urſina. 1. P. capite auriculato.
Urſus marinus. *Act. petropol.* 2. *ann.* 1749.
*Habitat in* Camſchatcæ *maritimis inter* Aſiam & Americam *proximam, primario in inſula Beringii.*
*Impetuoſiſſime natant, mares polygami gregatim degunt cum uxoribus, filiis, filiabus ad* 120; *coeunt in littore reſupinata femina, vix metuunt hominem, mordent projectum lapidem, ſenes elumbes quieſcunt pingues, proprium lapidem pro lecto habent, quem non deſerunt; bella inſtituunt propter uxores, lectum, æquum & juſtum; ſuccumbente uno accurrit alter opem laturus, mox alteri alius, ne duo contra unum, usque dum omnes prælio involuti: mœſti lacrymas fundunt copioſiſſimas. Steller.*

Leonina. 2. P. capite antice criſtato.
Leo marinus. *Anſon. itin.* 100. *t.* 100.
*Habitat ad polum* Antarcticum.



Phoca *genus natat ſub aqua, vix incedit ob pedes anticos retractos, poſticos unitos: victitat piſcibus; pingve.*

Mas *labio ſuperiore criſtato.* Dentes 2 *fere exſerti in maxilla inferiore.*
*Natant gregatim, pugnant pro feminis, excubias agunt.*

Rosmarus. 3. P. dentibus laniariis ſuperioribus exſertis. *Syſt. nat.* 6. *n.* 8.
Roſmarus. *Olear. muſ.* 38. *t.* 23. *f.* 3. *Jonſt. piſc. t.* 44. *Worm. muſ.* 289. *Bonan. muſ.* 269. *f.* 27.
Mors ſ. Morſz, Roſmarus. *Geſn. aqv.* 211.
Walrus Wall-Roſſ. *Martens. ſpitsb.* 78. *t.* 1. *P. f B.*
Eqvus marinus ſ. Hippopothamus falſo dictus. *Raj. quadr.* 191. Le Morse (Buffon
*Habitat intra Zonam arcticam* Europæ, Aſiæ, Americæ.

Vitulina. 4. P. dentibus laniariis tectis. *Syſt. nat.* 6. *n.* 1.
Phoca ſ. Vitulus marinus. *Geſn. aqu.* 702. *Aldr. piſc.* 722. *Jonſt. piſc.* 44. *Dodart. act.* 191. *t.* 191. *Raj. quadr.* 169.
*Habitat in mari* Europæo. Seal.
*Dormiunt in lapide ex aqua eminente, pariunt in glacie, per quam adſcendunt halitu, non deſcendunt. Mammas retrahunt duas abdominis; inter Halecum catervos ſaginantur, a Laris provocatæ exſpuunt piſces.*
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 9. *obſ.* 98. *& d.* 3. *a.* 7. *app.* 15.

## 11. CANIS. *Dentes Primores* ſuperiores VI: laterales longiores diſtantes: intermedii lobati.
Inferiores VI: laterales lobati.
*Laniarii* ſolitarii, incurvati.
*Molares* VI ſ. VII (pluresve quam in reliquis)

familiaris. 1. C. cauda (ſiniſtrorſum) recurvata. *Faun. ſvec.* 12. *Syſt. nat.* 5. *Diſſ. Canis* 1. *t.* 1. Hund
Canis. *Geſn. quadr.* 91. *Aldr. digit.* 482. *Jonſt. quadr.* 122. *Raj. quadr.* 176.

*α* auri-

*domeſtic.* α. auriculis erectis, cauda ſubtus lanata. Hushund.
*ſagax.* β. auriculis pendulis, digito ſpurio ad tibias poſticas. Jagthund
*grajus.* γ. magnitudine lupi, trunco curvato, roſtro attenuato. *Canis ſcoticus venaticus. Geſn. quadr.* 2.9. *Aldr.* 545.
*Moloſſus.* δ. magnitudine lupi, labiis ad latera pendulis, corpore toroſo. *Canis ſagax ſangvinarius. Geſn. quadr.* 251.
*aquaticus* ε. pilo criſpo longo, inſtar ovis. dogg.
*meliteus.* ζ. magnitudine Sciuri. knähund.
*fricator.* η. naſo reſimo, auribus pendulis, corpore quadrato. mops
*vertagus.* ϑ. pedibus curvatis, trunco longo ſæpius variegato.
*avicular.* ι. cauda truncata. *Canis pantherinus. Aldr. digit.* 555.
*extrarius.* κ. auriculis longis lanatis pendulis. *Aldr. digit.* 561.
*ægyptius.* λ. nudus abſque pilis.

*Habitat ſæpius cum homine paſſim, etiam ſpontaneus evaſit.*

Caput *vertice carinatum.* Labium *inferius lateribus dentatis nudis occultatum.* Myſtaces *ordinibus* 5. *f.* 6. Nares *extrorſum recurvato ſinu lunares.* Auriculæ *margine baſeos ſuperiore reflexo; poſteriore duplicato; antico trilobo.* Verrucæ *faciei piloſæ* 7. Suturæ *velleris* 8: *collares, ſternea, cubitales, abdominales, oculares, lumbares, auriculares, anales.* Mammæ 10: *harum quatuor in pectore.* Pedes *ſubpalmati.*

*Edit carnes, vegetabilia farinoſa, non olera. Digerit oſſa; Vomitu a gramine purgatur, cacat ſupra lapidem: Album græcum, ſepticum ſummum. Potat lambendo, mingit ad latus, cum hoſpite ſæpe centies, odorat anum alterius, odoratu excellit naſo humido. Leviſſime incedit ſupra digitos, vix ſudat, calidus linguam exſerit, cubitum iturus circumit locum, dormit auditu acutiore, ſomniat. Procis rixantibus crudelis, catullit cum variis, mordet illa illos, cohæret copula junctus; gravida 63 diebus, parit ſæpe 4 ad 8, maſculis patri ſimilibus, femineis matri. Fidiſſimus omnium, docilis, odit ignotos, mordet projectum lapidem, ad muſicam ululat. Latrat in peregrinos, excepto cane Americæ auſtralis; a Mahometanis rejectus.*

Lupus. 2. C. cauda incurvata. *Faun. ſuec.* 13. *Syſt. nat.* 5. varg
Lupus. *Geſn. quadr.* 634. *Aldr. dig.* 144. *Jonſt. quadr.* 89. *Raj. quadr.* 173.
*Habitat in* Europæ *ſylvis, etjam frigidioribus.*



Canis *genus vorax, morſu lacerans, arbores non ſcandit; Penis nodoſus eſt.*

*Catervatim incedit, Pecora, Equos, Sues occidit, rarius hominem; in ſylvis ſuſpicioſiſſimus vix audet; tractum funiculum metuit.* Oculi *noctu lucent.*

Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 9. *obſ.* 71. & *cent.* 10. *app.* 450.

Hyæna. 3. C. cauda recta annulata, pilis cervicis erectis, auriculis nudis. *Syſt. nat.* 5.

Lupus marinus. *Bellon. aquat.* 33. *t.* 34. *Jonſt. quadr. t.* 57. *Geſn. quadr.* 674.

Taxus porcinus ſ. Hyæna veterum. *Kæmph. amœn.* 411. *t.* 407. *f.* 4.

*Habitat in* India. Gilfras.

Magnitudo Ovis. Pili *dorſi ſubſpithamæi, erecti, apicibus nigris.* Oculi *roſtro propinquiores.* Auriculæ *nudæ.* Cauda *annulis nigricantibus verticillata; crura annulis nigris e regione.* Striæ *corporis fuſcæ & nigræ, transverſales, a dorſo ad ventrem ductæ.*

*Excavat terram degitque in antris, diutius ſine cibo vivit, in humana cadavera ſævit, quæ e tumulis effodit, cœmiteriis infeſta.*

Vulpes. 4. C. cauda recta, apice albo. *Syſt. nat.* 5.

Vulpes. *Geſn. quadr.* 966. *Aldr. dig.* 195. *Jonſt. quadr.* 82. *Raj. quadr.* 177. Räf

*Habitat in* Europa, Aſia, Africa, *antra fodiens.*

Corpus *flavo rufeſcens.* Aures *recti.* Maxillæ *albæ.* Pedes *antici nigreſcentes.*

*Degit in antris, quæ fodit animal aſtutiſſimum; ſævit in Agnos, Anſeres, Gallinas, Aviculas, non Accipitres fœtidioresque; colligit ſtercora animalium. Fragrat ambroſiaco odore ſupra baſin caudæ.*

Alopex. 5. C. cauda recta: apice nigro. *Syſt. nat.* 5.

Vulpes campeſtris *vulgo.*

*Habitat in* Europa, Aſia.

Lagopus. 6. C. cauda recta: apice concolore. *Syſt. nat.* 5.

α. Vulpes alba. *Kalm. bahuſ.* 236. Fiällracka

β. Vulpes cæruleſcens. *Faun. Suec.* 14. Bla Räf.

*Habitat in alpibus* Lapponicis, Sibiria.

*Pedes denſiſſime piloſi ut in Lepore.*

aureus. 7. C. *Lupus aureus dictus.* †. Jackals

Lupus aureus. *Kæmpf. amœn.* 413. *t.* 407. *f.* 3. *Raj. quadr.* 174.

Vul-

Felis Hiſtoria af Buffon wäl utredd, kommer öfwerens med Linnæi Leo och Tigris, men Pardus, Onca och Pardalis confunderade.

Panthere, L'Once & Leoparde hos Buffon, äro gamla werldens 3ne Species Felis, likaſå Caracal Lejonets uppaſſare.

Men Caguar och Couguar äro Amerikas Tigrar, mindre farlige än Aſiens.

Lynx är gemenſam för gamla och nyå werlden, likaſå Wild- och Hus-katten.

Lejonet torde kunna beſtås egit genus och ſkiljas från kattſläg-tet.

Vulpes indiæ orientalis. *Valent. muſ.* 452. *t.* 452.
Adill. *Bell. itin.* 160.
*Habitat in* oriente.
*Nitide flavus, catervatim incedit, furto deditus; uno clamante clamant reliqui: alii, ambulante ſomno nocturno: ululatus execrabilis, quaſi ejulatus latratu interceptus.* Deſcriptio *vera animalis etiamnum deficit.*

## 12. FELIS. *Dentes Primores* æquales. *Molares* terni. *Lingua* retrorſum aculeata. *Ungues* retractiles.

Leo. 1. F. cauda elongata, corpore helvulo.
Felis cauda elongata floccoſa, thorace jubato. *Syſt. nat.* 6. *p.* 4. *n.* 1.
Leo. *Geſn. quadr.* 572. *Aldr. dig.* 2. *Jonſt. quadr.* 72. *Dodart. act.* 1. *t.* 1. & 7. *t.* 7. *Raj. quadr.* 162.
*Habitat in* Africa. Lejon
Color *luteo-rufus.* Fons *quadrata.* Cor *maximum.* Maris *Thorax hirſutus Caudaque floccoſa.*
*Segnis, eſuriens prædatur de Equis et majoribus quadrupedibus, nec niſi famelicus homine; fugatur accenſa flamma; canibus coercetur. Retro mingit & coit? Rugitus horrendus a tracheæ annulis integris imbricatis.*
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a* 2. *obſ.* 6. *Barth. act.* 1671. *n.* 17.

Tigris. 2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis. *Syſt. nat.* 4. *n.* 2.
Tigris. *Geſn. quadr.* 936. *Aldr. dig.* 101. *Jonſt. quadr.* 84. *Bont. jav.* 52. *t.* 53. *Raj. quadr.* 165.
*Habitat in* Aſia. Tiger
Magnitudo *Leonis. Maculæ virgatæ, tranſverſæ.* Pulcherrimum *animal tremendæ velocitatis. homini peſſimus, deſolat indos; Mas occidit proprios filios.*
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 7. & *a* 9. *obſ.* 194.

Pardus. 3. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus orbiculatis; inferioribus virgatis. *Syſt nat.* 4. *n.* 3.
Panthera, Pardalis, Pardus, Leopardus. *Geſn. quadr.* 824.



Felis *genus ſolitarium, ſcandit facile arbores, nocte potiſſimum ſpeculatur.*

Pardus mas, Panthera femina. *Alp. ægypt.* 237. *t.* 15. *f.* 2.
Pardalis. *Raj. quadr.* 166.
Tigris mexicana. *Hern. mex.* 498. *t.* 498.
Pinum Daſypus. *Nieremb. nat.* 153. *t.* 153.
*Habitat in* Indiis. Panter

Onca. 4. F. cauda elongata, corpore flaveſcente maculis nigris rotundato angulatis medio flavis.
Pardus ſ. Lynx braſilienſis. *Raj. quadr.* 168.
Jaguara. *Marcgr. braſ.* 235.
*Habitat in* America *meridionali.*

Pardalis. 5. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus virgatis; inferioribus orbiculatis. *Syſt. nat.* 4. *n.* 4.
Cato-Pardus mexicanus. *Hern. mex.* 512. *t.* 512.
Catus Pardus ſ. Catus americanorum. *Raj. quadr.* 169.
*Habitat in* America. willnatt.
Magnitudo *Melis ſupra fuſcus, ſubtus albicans; Lineæ punctaque nigra per totum corpus longitudinaliter ſparſa, ſed pedes & abdomen tantum punctis;* Latera *lineis latioribus albis & fuſcis pinguntur.* Aures *breves, margine* [illegible] *absque penicillis.* Pedes 5-4. Cauda *verticillato-variegata proportione Cati.* Myſtaces 4 *ordinum: in ſingulo ordine ſetæ* 3. ſ. 5, *albæ baſi nigræ, longitudine capitis.*

Catus. 6. F. cauda elongata, corpore faſciis nigricantibus; dorſalibus longitudinalibus tribus; lateralibus ſpiralibus.
Felis cauda elongata, auribus æqualibus. *Faun. ſuec.* 3. *Syſt. nat.* 4. *n.* 6.
Felis vulgo Catus. *Geſn. quadr.* 98. *Aldr. quadr.* 565. *Raj. quadr.* 98.
Felis. *Aldr. dig.* 564. *Jonſt. quadr.* 180. *t.* 72.
*Habitat in* Europæ *auſtralis ſylvis.* Katta.
*Moribus congenerum, tranquilla, ore molat, caudam erigit; excitata agiliſſima, ſcandit, irata fremit odore ambroſiaco, Murum Leo, in prædam intenta caudam movet, oculi noctu lucent, inhiando prædam haurit, clamando rixandoque miſere amat. Pupilla interdiu perpendiculari oblonga, noctu tereti ampliata; unguibus complicatis incedit, parce bibit, urina corroſiva ſtercus ſepelit, carnes edit vegetabiliaque reſpuit, os inſtante tempeſtate manu lavat, dorſum in tenebris electriſat; in altum acta decidit in pedes. Pulices non habet. Delectatur Maro, Nepeta, Valeriana.*

7. F.

Lynx. 7. F. cauda abbreviata, apice atra, auriculis apice barbatis.
Felis cauda truncata, colore rufeſcente maculato. *Faun. ſuec.* 4. *Syſt. nat.* 4. *n.* 7. *It. Wgoth.* 222.
Lynx cervarius. *Geſn. quadr.* 677. *Tourn. it.* 2. *p.* 185.
Lynx. *Aldr. dig.* 90. *Jonſt. quadr.* 82. *t.* 31. *Raj. quadr.* 166.
*Habitat in* Europæ *ſylvis & deſertis.*
Cauda *femoribus paulo brevior apice atra.* Palpebra *inferior albicans, ut & ſuperior verſus canthum majorem.* Macula *linearis fuſca pone oculos.* Auricularum *apices nigri.* Palpebræ *albæ.*

## 13. VIVERRA. *Dentes Primores* VI: intermediis brevioribus.
*Molares* plures quam tres.
*Lingua* retrorſum aculeata.
*Ungues* exſerti.

Ichneumon. 1. V. cauda e baſi incraſſata ſenſim attenuata.
Meles digitis mediis longioribus: lateralibus æqualibus, unguibus ſubuniformibus. *Haſſelqv. itin.* 191.
Meles unguibus uniformibus, leucophæa. *Syſt. nat.* 6.
Mus pharaonis. *Alpin. ægypt.* 14. *t.* 3.
Ichneumon. *Bellon. itin.* 96. *piſc.* 44. *Geſn. quadr.* 568. *Aldr. quadr.* 300. *t.* 301.
β. Muſtela glauca. *Syſt. nat.* 5. *Amœn. acad.* 2. *p.* 109.
Muſtella ſ. Viverra indis Mangutia. *Kæmpf. amœn.* 574. *t.* 567.
Quil ſ. Quirpele. *Garc. arom.* 163.
Serpenticida ſ. Muncos. *Rumpf. herb.* 7. *p.* 69. *t.* 28. *f.* 2. 3.
Ichneumon indicus. *Edv. av.* 199. *t.* 199.
Ichneumon ſ. Vulpecula zeilanica. *Seb. muſ.* 1. *p.* 66. *t.* 41. *f.* 1.
*Habitat in* Ægypto *ad ripas* Nili, *& in* India *primario; manſueſcit.* La Mangouſte Buffon.
Frons *plana.* Labium *ſuperius prominens.* Auriculæ *rotundatæ.* Myſtaces *ſimplici ſerie in omnibus labiis lateralibus ad marginem.* Lingua *ſcabra.* Pollex *a reliquis diſtinctus.* Cauda *baſi craſſa, ſenſim attenuata, longitudine corporis.* Folliculus *ante aperturam ani,*

ſub

Buffon har åtskilliga Moufettes eller stinkande Viverrer.
Le Coase, Le Chinche, Le Zorille & Le Conepate, den sista är wist Putorius, Polcat, Skunk och Fiskatt i Kalms Resa, men owist om Le Coase är Memphitis eller Sebas Ysquiepatl.
De 3 första äro alla från Warmaste America, men den sista från Norra, Virginien, Maryland, Pensylvanien etc.
alla äro de rätt wackra djur, men skrämde och jagade, förswara sig med den wederwärdigaste lug

Civetta *Cluſ. cur.* 57.
Animal Zibethicum. *Raj. quadr.* 178. *Dodart. act.* 155. *Hern. mex.* 538. 580. 581. *Olear. muſ.* 7. *t.* 6. *f.* 3.
Hyæna veteribus, nunc Civetta. *Bellon itin.* 94.
*Habitat in* Indiis. Zibeth

Caput *oblongum.* Roſtrum *obtuſum.* Dentes *Primores ſuperiores* 6, *paralleli: intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medii paullo breviores: alternis interioribus. Laniarii ſolitarii, utrinque diſtantes. Molares acuti, denticulati. Aures tectæ, breves. Corporis pili ſecundum dorſum longiores, cinereo nigroque undati, rigidiuſculi.* Pedes *ſubtus nudi.* Ungues 5-5. *canini.* Cauda *felis annulata.*
*Utriculus Zibethi inter anum & vulvam in utroque ſexu.*
Anatome. *Barth. cent.* 4. *n.* 1. & *cent.* 5. *n.* 49.

5. V.

*ſub æſtu apertus.* Pili *albido & griſeo nigreſcente verticillati.* Magnitudo *Cati*; *calcaneis incedit. Victitat muribus, avibus, ovis, amphibiis, herbis; ova Crocodili effodit & haurit; Serpentum hoſtis.*

Memphitis. 2. V. cauda fuſca luteo annulata, corpore ſpadiceo ſubtus flaveſcente.
Ysquiepatl. *Hern. mex.* 332. *Seb. muſ.* 1. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 1. *Raj. quadr.* 181.
*Habitat in* America.
Magnitudo *Martis.* Color *ſupra albus, ſubtus ex albo & nigro variegatus.* Pedes *talis incedentes.* Ungues 5-5: *anteriores compreſſi, longi; poſteriores breviores, ſubtus excavati.* Dentes *Primores ſuperiores in meo nulli; Primores inferiores* 6, *æquales, quorum* 2 *interiores; Laniarii ſupra & infra utrinque approximati.*
*Irritata fundit cum ventris crepitu halitum fœtidiſſimum, ut nihil cum eo comparari queat.*

Putorius. 3. V. fuſca lineis quatuor albidis dorſalibus parallelis.
Putorius americanus ſtriatus. *Cateſb. carol.* 2. *p.* 62. *t.* 62.
Polcat, Skunk, Fiskatta. *Kalm. itin.* 2. *p.* 378.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
Cauda *longitudine corporis, villoſa.*
*Irritata ut antecedens halitum explodit, quo nihil fœtidius.* Le Conepate Buffon

Zibetha. 4. V. cauda annulata, dorſo cinereo nigroque undatim ſtriato.
Civetta *Cluſ. cur.* 57.
Animal Zibethicum. *Raj. quadr.* 178. *Dodart. act.* 155. *Hern. mex.* 538. 580. 581. *Olear. muſ.* 7. *t.* 6. *f.* 3.
Hyæna veteribus, nunc Civetta. *Bellon itin.* 94.
*Habitat in* Indiis. Zibeth
Corpus *oblongum.* Roſtrum *obtuſum.* Dentes *Primores ſuperiores* 6, *paralleli: intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medii paullo breviores: alternis exterioribus. Laniarii ſolitarii, utrinque diſtantes. Molares acuti, denticulati. Aures tectæ, breves. Corporis pili ſecundum dorſum longiores, cinereo nigroque undati, rigidiuſculi.* Pedes *ſubtus nudi.* Ungues 5-5, *canini.* Cauda *felis annulata.*
*Utriculus Zibethi inter anum & vulvam in utroque ſexu.*
Anatome. *Barth. cent.* 4. *n.* 1. & *cent.* 5. *n.* 49.

5. V.

Genetta. 5. V. cauda annulata, corpore fulvo-nigricante maculato. †
Genetta ſ. Ginetta. *Raj. quadr.* 201. *Bell. itin.* 76. *Geſn. quadr.* 550.
*Habitat in* Oriente *juxta rivos.*
Caudæ *annuli* 8 *nigri ; totidemque albicantes.* Corpus *croceo-nigricans, bene olens, maculis nigris ordine diſpoſitis ; mihi generis obſcuri.*

14. MUSTELA. *Dentes Primores* ſuperiores VI, erecti, acutiores, diſtincti.
Inferiores VI obtuſiores conferti : duo interiores.
*Lingua* lævis.

Lutris. 1. M. plantis palmatis piloſis, cauda corpore quadruplo breviore
Lutra marina. *Act. petropol.* 1749. *p.* 267.
Lutra braſilienſis. *Raj. quadr.* 187.
*Habitat in* Aſia & America *ſeptentrionali.*

Lutra. 2. M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breviore.
Lutra digitis æqualibus. *Faun. ſuec.* 10.
Lutra. *Bell. aquat.* 31. *t.* 32. *Geſn. aquat.* 515. *Aldr. quadr.* 294. *Dodart. act.* 147. *t.* 147. *Raj. quadr.* 187.
*Habitat in* Europæ *aquis dulcibus, fluviis, ſtagnis, piſcinis.*
*Victitat piſcibus, ranis, cancris.* Utter
Anatome *E. N. C. d.* 1. *a.* 3. *obſ.* 195 *& d.* 2. *a.* 10. *obſ.* 112. *&. cent.* 10. *app.* 468.

Gulo. 3. M. plantis fiſſis corpore rufo-fuſco medio dorſi nigro. *Faun. ſuec.* 6. *Syſt. nat.* 5. *n.* 1.
Gulo. *Ol. Magn. Scheff. lapp.* 339. *Racz. polon.* 329.
*Habitat in alpibus* Lapponiæ, Ruſſiæ, Sibiriæ *ſylvis vaſtiſſimis.* Järf
*Victitat leporibus, avibus, Rangiferis, cadaveribus, admittit vulpem ; velocior urſo ; fœtidus ; Pellis præſtantiſſima, pretioſiſſima.*
Anatome. *Barth. cent.* 4. *obſ.* 30.

4. M.

barbara. 4. M. atra, collo ſubtus macula alba triloba.
*Habitat in* Braſilia. *Ac. Holmenſ.*
Confer. *Brown. jam.* 485. *t.* 49. *f.* 1. *Galera?*
*Statura Martis at nigra pilis rigidioribus*; auriculæ *rotundæ, villoſæ. Area ante oculos cineraſcens.* Maculæ *ſub medio collo, non vero ſub gula.* Mammæ *pone umbilicum* 4.

Martes. 5. M. plantis fiſſis, corpore fulvo nigricante, gula pallida.
Muſtela fulvo-nigricans, gula pallida. *Faun. Suec.* 7. *Syſt. nat.* 5. *n.* 2.
Martes. *Geſn. quadr.* 151. *Jonſt. quadr. t.* 64. *Raj. quadr.* 200.
*Habitat in ſylvis antiquis.*
*Victitat Sciuris, Muribus, Avibus.*

Putorius. 6. M. plantis fiſſis, corpore flavo nigricante, ore auriculiſque albis.
Muſtela flaveſcente nigricans, ore albo, collari flavo. *Faun. ſuec.* 8. *Syſt. nat.* 5. *n.* 3.
Putorius. *Geſn. quadr.* 767. *Aldr. ungv.* 330. *Jonſt. quadr. t.* 64. *Raj. quadr.* 199.
*Habitat inter* Europæ *rupes & lapidum acervos.*
*Noctu prædatur Cuniculos, Gallinas, Aviculas, Ova rapit; ano halitu fœtidiſſima.*

Furo. 7. M. plantis fiſſis, oculis rubicundis. †
Muſtela ſylveſtris Viverra dicta. *Raj. quadr.* 199.
*Habitat in* Africa.
*Putorio minor; Auriculæ arrectæ patulæ breves; Oculi rubicundi. Raj.*

Zibellina. 8. M. plantis fiſſis, corpore obſcure fulvo, fronte exalbida, gutture cinereo. †
Muſtela Sibellina. *Raj. quadr.* 201.
*Habitat in* Aſia *ſeptentrionali.*
*Color fulvo-obſcurus gutture cinereo; anterior pars capitis & auriculæ exalbido-cinereæ. Raj. Vibriſſæ ad ſupercilia, nares, os longiſſimæ.*

Erminea. 9. M. plantis fiſſis, caudæ apice atro.
Muſtela vulgaris. *Geſn. quadr.* 149. *Aldr. ungv.* 307. *Jonſt. quadr. t.* 74. *Raj. quadr.* 195.

β Mu-

---

Muſtelæ *genus corpore elongato pedibusque brevibus eſt, currit dorſo incurvato, ſcandit arbores, ſalit ex arbore in arborem.*

β. Muſtela candida ſ. Ermineum. *Raj. quadr.* 198.
Muſtela alpina candida. *Vagn. helvet.* 180.
*Habitat in* Europa & Aſia *frigidiore; hyeme præſertim in alpinis regionibus nivea. Hermelin*
*Confer.* Muſtela javanica. *Seb. muſ.* 1. *p.* 77. *t.* 48. *f.* 4.
Cauda *dimidia extrorſum nigra*; corpus *hyeme album, æſtate rufum excepto abdomine, pectore, gula.* Pellis *pretioſa hodie feminis noſtratibus.*
*Edit Piſces, carnes, Mures, ova, Fungos, non vegetabilia; avariſſima, fœtida, ſiticuloſa, noctu prædatur; terrefacta epilepſia corripitur.*

## 15. URSUS. *Dentes Primores* ſuperiores VI, intus excavati alterni.
Inferiores VI: laterales 2 longiores lobati; ſecundarii baſi interiores.
*Laniarii* ſolitarii, conici.
*Molares* V ſ. VI: primo laniariis approximato.
*Lingua* lævis.
*Membrana nictitans. Naſus* prominens.
*Penis* ſcatens oſſe recurvaro.

Arctos. 1. U. cauda abrupta. *Faun. ſuec.* 2. *Syſt. nat.* 4. *n.* 1.
Urſus. *Geſn. quadr.* 14. *Aldr. digit.* 117. *Jonſt. quadr. t.* 55. *Dodart. act.* 67. *t.* 67. *Raj. quadr.* 171.
*Habitat in ſylvis* Europæ *frigidæ. Biorn.*
*Irrequietus; abſtemius hybernat intra Muſcos; lambit pedes (Barth. act.* 1674. *p.* 34); *inſilit prædam.*
*Urſus* maritimus *albus major, arcticus. Martens. Spitzb.* 73. *t. O. f. C. forte diſtincta ſpecies eſt, mihi non viſa.*

luſcus. 2. U. cauda elongata, corpore ferrugineo, roſtro fuſco, fronte faſciaque laterali longitudinali albida.
Urſulus lupi ſtatura americanus. *Edw. av.* 1. *p.* 103. *t.* 103.
*Habitat ad ſinum* Hudſonis.

3. U.

Meles. 3. U. cauda concolore, corpore ſupra cinereo ſubtus nigro, faſcia longitudinali per oculos aureſque nigra.

Meles unguibus anticis longiſſimis. *Faun. ſuec.* 15. *Syſt. nat.* 6.

Meles. *Geſn. quadr.* 686.

Taxus. *Aldr. digit.* 264. *Jonſt. quadr. t.* 64. *Raj. quadr.* 185.

*Habitat in* Europa *inter rimas rupium & lapidum.*

*Venatur cuniculos, antra fodit inhabitatque; ſtercus in eodem loco deponunt inhabitantes extra antrum; die latet, corradit Lathyrum in hyemem, folliculum putorium ſupra anum haurit hybernans.*

Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 5. *obſ.* 32. & *d.* 3. *a.* 3. *obſ.* 103.

Lotor. 4. U. cauda annulata, faſcia per oculos tranſverſali.

Urſus cauda elongata. *Syſt. nat.* 4. *Act. Stockh.* 1747. *t.* 9. *f.* 1.

Mus indicus alius. *Geſn. quadr.* 741.

Vulpi affinis americana. *Raj. quadr.* 179.

Raccon. *Kalm. it.* 2. *p.* 228.

Coati-mondi. *Marcgr. braſ.* 228. *Jonſt. quadr.* 139. *Worm. muſ.* 319. *Dodart. act.* 181. *t.* 181. *Major. moſc.* 30. *Raj. quadr.* 180.

Felis montana americana. *Seb. muſ.* 1. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 1.

*Habitat in* Americæ *maritimis.* Le Raton. Buffon

Cauda *craſſa, ferruginea annulis nigris.*

*Edit lubenter ova, Gallinas; cibum lavat; odoratu tactuque excellit; mentis tenaciſſimus, dormit a* 12 *noctis in* 12 *diei; pellitur ſetis porcinis.* Penis *oſſe incurvato ſcatet.*

IV. BE-

Urſi *genus ſcandit intendum arbores, at non ſalit, ſed deſcendit poſterioribus præeuntibus.* Talis *communiter incedit.* Penis *oſſe curvato ſcatet.*

# IV. BESTIÆ.

*Dentes Primores utrinque: intermediis diſtantibus.*
*Laniarii ſemper uno plures utrinque:*
*Naſus ultra os prominens.*

## 16. SUS. *Dentes Primores* Superiores IV, convergentes.
Inferiores VIII patuli.
*Laniarii* Superiores II breviores.
Inferiores II exſerti.

Scrofa. 1. S. dorſo antice ſetoſo, cauda piloſa. *Fn. ſvec.* 36. *Syſt. nat.* 12.
Aper. *Geſn. quadr.* 146. *Aldr. biſulc.* 1013. *Jonſt. quadr.* 74. *Raj. quadr.* 96.
β. Sus. *Geſn. quadr.* 872. *Aldr. biſulc.* 937. *Jonſt. quadr. t.* 47. *Raj. quadr.* 92.
γ. Sus chinenſis. *It. Wgoth* 62. *It. Scan.* 72.
*Habitat in* Europa *auſtraliore.*
Aper *vix differt a Sue domeſtico, niſi quod lanam inter ſetas non habeat.*
Chinenſis *dorſo ſubnudo, abdomine ad terram usque dependente differt.*
Varietas *frequens Upſaliæ Suis domeſtici ſemper monunguli, in cæteris eadem ſpecies.*
Animal *odore pollens, naribus fodiens: tendinibus truncandis; quisquilias, ſtercus, ſucculenta, variaque ſpurcata vorans; multa ſeligens; pinguiſſimum, ſtupidum, ſomnolentum, tempeſtatum prænuncium & impatiens; apricatur in ſole, in cœno ſe volutat, immundum, grunniens, accurrit clamanti adverſus hoſtem ſpumante ore dentibusque horrens, Crotalis infeſtum; tardum venere: pene laxo longo; mammis numeroſisſimis, prole innumera; laborat pediculis, ſcabie, ſcrophulis, vipere. Ganeæ numeroſa materies, Atletis & exercitatis ſalubris, non vero criticis; ſaccharo ſ. ficu inprimis altilis laudatur: inde Pernæ, Sincipitia, Trunculi, Coſtæ, Sumina, Vulvæ, Iſicia, Botuli, Juſcula; at ſtercus in fluxu ſanguineo valet.*

Porcus. 2. S. Dorſo poſtice ſetoſo, cauda longitudine pedum, umbilio cyſtifero. *Syſt. nat.* 12.
Porcus guineenſis. *Raj. quadr.* 96.
*Habitat in* Africa.
*Affinis priori.* Corpus *rufum.* Auriculæ *acuminatiſſimæ.* Cauda *longa*, *nuda.*
Vellus *ſetis caret*, *niſi ſupra clunes.*

Tajacu. 3. S. dorſo cyſtifero, cauda nulla. *Syſt. nat.* 12.
Tajacu. *Piſ. Ind.* 98.
Tajacu ſ. Aper mexicanus moſchiferus. *Tyſon. act. n.* 153. *Raj. quadr.* 97.
Cuaiguara. *Marcgr. braſ.* 229. *Barth. cent.* 3. *n.* 44.
Quauhtla coymatl Quapizott. *Hern. mex.* 637. *t.* 637.
*Habitat in* Mexici, Panamæ, Braſiliæ *montibus*, *ſylvis*; *edit Ranas*, *Serpentes.*
Corpus *cinereum*; faſcia *flava circum humeros*; crux *nigra ſupra naſum.*
Pedes *nigri*: *macula alba ſupra genua antica.* Setæ *faſtigiatæ nigræ inter breves aures*, *nec in dorſo.* Rotuberantia *ad latera oris & ſupra naſum.* Glandula *ſecretoria ſupra clunes*, *ſecernens odoratum liquorem ambroſiacum.* *Z. Haliman.*

Babyrusſa. 4. S. dentibus duobus caninis fronti innatis. *Syſt. nat.* 12.
Babyrouſſa. *Bont. jav.* 61. *Barth. cent.* 2. *obſ.* 90. *Grew. muſ. t.* 1. *Seb. muſ.* 1. *p.* 80. *t.* 50. *f.* 2. *Raj. quadr.* 96.
*Habitat in* Borneo *Indiæ orientalis.*
Magnitudine *Cervi.* Dentes *Laniarii ſup*[illegible] [illegible]*r*. *forantes cranium frontis*, *recurvati ut* 2 *cornua*; *inferiores utrinque ſolitarii*, *magni*, [illegible]*s.*

## 17. DASYPUS. *Dentes* . . .
*Corpus* teſta oſſea cataphractum. Zonis interſecta.

Unicinctus. 1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis. *Syſt. nat.* 6.
Tatu ſ. Armadillo africanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 47. *t.* 30. *f.* 3. 4.
β. Daſypus cingulo ſimplici. *Syſt. nat.* 6.
Tatu muſtelinus. *Raj. quadr.* 235. *Grew. muſ.* 19. *t.* 1.
*Habitat in* Africa.

tricinctus. 2. D. cingulis tribus, pedibus pentadactylis.
Daſypus cingulis tribus. *Syſt. nat.* 6.
Tatou ſ. Armadillo. *Red. exper.* 91. *t.* 92.
Tatu ſ. Armadillo orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 62. *t.* 38. *f.* 2. 3.
Tatu apara. *Marcgr. braſ.* 232. *Piſ. braſ.* 100. *Raj. quadr.* 234.
Armadillo ſ. Tatou genus alterum. *Cluſ. exot.* 109.
Armadillo. *Grew. muſ.* 17. *Olear. muſ.* 8. *t.* 6. *f.* 4.
*Habitat in* India orientali. & Occidentali vide Buffon Tom XV pag 90.

quadricinctus. 3. D. cingulis quatuor. *Syſt. nat.* 6.
Cheloniſcus. *Columna. aquat.* 2. *p.* 15. *t.* 16.
*Habitat.* forte in China

ſexcinctus. 4. D. cingulis ſenis, pedibus pentadactylis. *Muſ. Ad. Fr.* 7.
Daſypus cingulis ſex. *Syſt. nat.* 6.
Tatu ſ. Armadillo primus. *Raj. quadr.* 233.
Tatu ſ. Tatu-pera. *Marcgr. braſ.* 231.
Armadillo ſ. Tatou. *Cluſ. exot.* 330.
*Habitat in* America *Meridionali.*

ſeptemcinctus. 5. D. Ungulis ſeptenis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 281. Tatuete 8 cinctus Buffon p: 99
Daſypus cingulis ſeptem. *Syſt. nat.* 6.
*Habitat in* Indiis.
*An ſufficienter a ſequente diſtinctus?*

novemcinctus. 6. D. cingulis novem, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Muſ. Ad. Fr.* 6.
Daſypus cingulis novem. *Syſt. nat.* 6.
Tatou ſ. Armadillus americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 45. *t.* 29. *f.* 1. & *t.* 53. *f.* 6.
Tatue braſilienſicus. *Marcgr. braſ.* 231. *Raj.* 9. *quadr.* 233.
β. Daſypus. *Hern. mex.* 314. le Cachicame Buffon pag: 103.
*Habitat in* America *meridionali.*

Habet etiam Buffon 12 & 18 cincti Dasypi Kabassou & Cirquinçon dicti.



Daſypi *in dentes & ſexus differentias inquirant autoptæ.*

18. ERINACEUS. *Dentes Primores* II, paralleli, ſubcuneati, longiores, diſtantes : ſuperiores remotiores.
*Laniarii* II ubique, antrorſum decumbentes, parvi.
*Molares* III ſ. IV acuti, lobati.
*Corpus* ſpinis obtectum.

europæus. 1. Erinaceus. *Fn. ſv.* 16. *Syſt. nat.* 6. *It. Goth.* 264.
Echinus ſ. Erinaceus terreſtris. *Geſn. quadr.* 368. *Aldr. quadr.* 459. *Jonſt. quadr.* 119. *t.* 68. *Raj. quadr.* 231. *Seb. muſ.* 1. *p.* 78. *t.* 49. *f.* 1. 8.
*Habitat in* Europa.
*Mitis, ambroſiacus, polyphagus, nocturnus, monogamus, hybernans, nidificans e Muſco in fruticibus, metu ſe contrahens, naribus criſtatis.*
Anatome *E. N. C. d.* 2. *an. obſ.* 65. & *an.* 6. *obſ.* 105. & *cent.* 10. *app.* 447. *Barth. act.* 1671. *n.* 90.

19. TALPA. *Dentes Primores* ſuperiores VI. Inferiores VIII.
*Laniarii* major I, & minores IV.
*Molares* acuminati.

europæa. 1. T. caudata, pedibus pentadactylis.
Talpa caudata. *Syſt. nat.* 7. *Faun. ſvec.* 17. *It. Scan.* 332.
Talpa. *Geſn. quadr.* 931. *Aldrov. digit.* 451. *Raj. quadr.* 236. *Seb. muſ.* 1. *p.* 68. *t.* 41. *fig.* 1, 4.
*Habitat in* Europæ *humoſis ſub terra, victitans e Lumbricis, non plantis, noctu prædatur.*
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a* 2. *obſ.* 51. & *d* 2. *a* 1. *obſ.* 130.
*Penis omnium animalium longiſſimus. Pellis delicatula.*

aſiatica. 2. T. ecaudata, palmis tridactylis.
Talpa ſibirica verſicolor. *Seb. muſ.* 1. *p.* 51. *t.* 32. *f.* 4, 5.
*Habitat in* Sibiria.

## 20. SOREX. *Dentes Primores* Superiores II, bifidi. Inferiores IV: intermediis 2 brevioribus. *Laniarii* utrinque plures.

Araneus. 1. S. cauda corpore longiore.
Sorex. *Faun. ſvec.* 33.* *Syſt. nat.* 10.
Mus araneus. *Geſn. quadr.* 741. *Aldr. digit.* 441. *t.* 442. *Jonſt. quadr. t.* 66. *Raj. quadr.* 239.
*Habitat in* Europæ *cryptis.* Näbbmus
Auriculæ *breves, amplæ.* Cauda *longa.*

criſtatus. 2. S. naribus criſtatis, cauda corpore breviore.
*Habitat in* Penſylvania. *P. Kalm.*
*Facies Talpæ, colore atro, palmis niveis.*
Auriculæ *nullæ.* Roſtrum *longiſſimum.* Cauda *ſubnuda, corpore dimidio brevior, concolor.* Nares *ſingulæ ſtella palmata radiis* 10. *ſ.* 15. *ſubulatis, nudis ut in Erinaceo.* Dentes *primores ſuperiores* 2; *inferiores* 4. *Laniarii utrinque plures.*

aquaticus. 3. S. plantis palmatis, palmis caudaque corpore breviore albis.
Talpa virginianus niger. *Seb. muſ.* 1. *p.* 51. *t.* 32. *f.* 3.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. P. Kalm.*
*Facies præcedentis, ſed cinerea aut fuſca, palmis albis.* Cauda *corpore quadruplo brevior, alba.* Dentes *primores ſuperiores* 2; *inferiores* 4: *intermediis breviſſimis. Laniarii utrinque plures, diſcreti.*



---

*Sorex capenſis maximus Pet. gaz.* 37. *t.* 23. *f.* 9. *nobis non viſus eſt.*

## 21. DIDELPHIS. *Dentes Primores* Superiores X. Inferiores VIII: intermediis 2 breviſſimis. *Laniarii* longi. *Molares* denticulati. *Lingua* ſubciliata. *Folliculus* abdominalis mammarum.

marſupialis. 1. D. mammis 8 intra abdomen. *Amœn. acad.* 1. *p.* 279. *Syſt. nat.* 10. *Muſ. Ad. fr.* 10.

Philander. *Seb. muſ.* 1. *p.* 64. *t.* 39.

Opoſſum. *Tyſon. act.* 290. *p.* 1565.

Carigue. *Laët. amer.* 551.

Carigueya braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 222. *Piſ. braſ.* 323. *Jonſt. quadr.* 136. *t.* 63.

Maritacaca *Piſ. braſ.* 323. *Raj. quadr.* 182.

Tlaquatzin. *Hernand. mex.* 330.

*Habitat in* America.

Nidus in terra ſæpius; Nuptiis variis.

## V. GALLINÆ.

Rostrum (*Harpa colligens*) convexum: *Mandibula* ſuperiore fornicata ſupra inferiorem; *Naribus* membrana cartilaginea fornicatis.

Pedes curſorii *Digitis* ſubtus ſcabris.

Corpus ſebaceum, muſculoſum. Purum.

Victus e Granis in ingluvie macerandis Pulveratrices.

Nidus in Terra absque arte. *Ovis* numeroſis. *Pullis* cibus demonſtrandus. Polygamia.

## VI. PASSERES.

Rostrum (*Forceps excipiens*) conico-acuminatum.

Pedes ſalientes, teneri, fiſſi.

Corpus tenellum: *Granivoris* Purum. *Inſectivoris* Impurum.

Victus e Seminibus aut Inſectis.

Nidus artificioſus; *Pullis* cibus inculcandus. Monogamia.

CHA-

# CHARACTERES AVIUM.

## I. ACCIPITRES.

40. VULTUR Roſtrum *aduncum*. Caput *denudatum*.
41. FALCO Roſtrum *aduncum baſi* Cera *tectum*.
42. STRIX Roſtrum *aduncum baſi* Setis *tectum*.
43. LANIUS Roſtrum *rectiuſculum*.

## II. PICÆ.

* Digitis anticis 2, poſticis 2.

44. PSITTACUS Lingua *carnoſa*. Mandibula *ſuperior adunca*.
45. RAMPHASTOS Lingua *pennacea*. Mandibula *ſuperior inanis*.
52. CUCULUS Lingua *cartilaginea*. Mandibula *ſuperior naribus marginatis*.
53. JYNX Lingua *lumbriciformis*. Mandibula *ſuperior teretiuſcula*.
54. PICUS Lingua *lumbriciformis*. Mandibula *ſuperior priſmatica*.

* Digitis anticis 3, poſtico 1. Lingua inciſa.

48. CORVUS Mandibula *ſuperior cultrata baſi* ſetis *tecta*.
49. CORACIAS Mandibula *ſuperior cultrata baſi nuda*.
55. SITTA Roſtrum *porrectum*, *rectum*.
57. MEROPS Roſtrum *arcuatum*, *carinatum*.
60. TROCHILUS Roſtrum *filiforme*, *capite longius*.

* Digitis anticis 3, poſtico 1, Lingua integra.

46. BUCEROS Mandibula *ſuperior fronte ... gibboſa*.
47. CROTOPHAGA Mandibula *ſuperior compreſſa*, *infracta*, *transverſe ſulcata*.
50. GRACULA Mandibula *ſuperior compreſſa*, *lævis*, *baſi nuda*.
51. PARADISEA Mandibula *ſuperior ad medium usque plumoſo-holoſericea*.
56. ALCEDO Mandibula *ſuperior angulata*. Lingua *breviſſima*.
58. UPUPA Roſtrum *arcuatum*. Lingua *obtuſa*.
59. CERTHIA Roſtrum *arcuatum*. Lingua *acuta*.

## III. ANSERES.

* Roſtro apice unguiculato.

61. ANAS Nares *ovales.* Dentes *lamelloſi.*
62. MERGUS Nares *ovales.* Dentes *ſubulati.*
64. PROCELLARIA Nares *in cylindrum connatæ.*
65. DIOMEDEA Nares *ſubcylindricæ, diſtantes.*
66. PELICANUS Nares *lineares.* Facies *nuda.* Pedes *Digitis omnibus palmatis.*

* Roſtro apice ſimplici.

67. PHAETHON Roſtrum *cultrato-ſubulatum, fauce ampliore.* Pedes *Digitis 4 anticis.*
63. ALCA Roſtrum *transverſe faſciatum.* Pedes *absque poſtico.*
68. COLUMBUS Roſtrum *ſubulatum, capite longius.* Pedes *pone æquilibrium.*
69. LARUS Roſtrum *ſubtus pone apicem gibbum.*
70. STERNA. Roſtrum *ſubulatum.*
71. RHYNCOPS Roſtri *maxilla ſuperior brevior.*

## IV. GRALLÆ.

* Roſtro magno capite longiore.

72. PHOENICOPTERUS Roſtrum *infractum, denticulatum.* Pedes *palmati.*
73. PLATALEA Roſtrum *depreſſum: apice rotundato-dilatato.*
74. MYCTERIA Roſtrum *mandibulis adſcendentibus.*
75. TANTALUS Roſtrum *arcuatum* ſacco *gulari.*
76. ARDEA Roſtrum *rectum, acutiuſculum.*
80. RECURVIROSTRA Roſtrum *ſubulato-attenuatum, recurvum.*
77. SCOLOPAX Roſtrum *rectum, teretiuſculum, obtuſiuſculum.*

* Roſtro capite vix longiore. Pedibus tetradactylis.

78. TRINGA Roſtrum *teretiuſculum, obtuſum.* Pollex *vix inſiſtens.*
82. FULICA *Roſtri baſis* fronte *calva.*
83. RALLUS Roſtrum *ſubcarinatum.* Corpus *compreſſiuſculum.*
84. PSOPHIA Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *ovatæ.*

* Ro-

* Roſtro capite vix longiore. Pedibus tridactylis.

81. Hæmatopus Roſtrum *compreſſiuſculum apice* ***cuneo.***
79. Charadrius Roſtrum *teretiuſculum, obtuſum.*
85. Otis Roſtrum *ſubfornicatum.* Lingua *emarginata.*
86. Struthio Roſtrum *conicum.* Alæ *non volitantes.*

## V. GALLINÆ.

87. Pavo Vertex *pennis revolutis.* Roſtrum *nudum.*
88. Meleagris Facies *carunculis verrucoſa.*
89. Crax *Baſis roſtri* Cera *obtecta.*
90. Phasianus Genæ *nudæ, læves.*
91. Tetrao Supercilia *nuda, papilloſa.*

## VI. PASSERES.

* Graminivori craſſiroſtres.

92. Columba Roſtrum *cera obliterata* naribus *tumidis.*
93. Alauda Roſtrum *porrectum.* Ungvis *pollicis longiſſimus.*
95. Turdus Roſtrum *naribus membrana ſemitectis.*
96. Loxia Roſtrum *conico-gibbum.* Lingua *integra.*
97. Emberiza Roſtrum *mandibula inferiore latiore, lateribus ſurſum coarctata.*
98. Fringilla Roſtrum *conicum, rectum, æquale.*

* Inſectivori tenuiroſtres.

94. Sturnus Roſtrum *mandibula ſuperiore planiuſcula undique marginata.*
99. Motacilla Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *lacera.*
100. Parus Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *truncata,* quadriſeta.
101. Hirundo Roſtrum *depreſſum, incurvatum.* Faux *imberbis.*
102. Caprimulgus Roſtrum *depreſſum, incurvatum.* Faux *vibriſſis ciliata.*

# I. ACCIPITRES.

*Roſtrum e Mandibula ſuperiore denticulum utrinque exſerens.*

## 40. VULTUR. *Roſtrum* rectum, apice aduncum. *Caput* impenne, antice nuda cute. *Lingua* bifida.

Gryphus. 1. V. maximus, caruncula verticali longitudine capitis. †
Vultur Gryps Gryphus. *Klein. av.* 45.
Cuntur. *Raj. av* 11.
*Habitare fertur* Chili.
*Rara avis in terris; mihi ignota; videſis Kleinium.*

Harpyja. 2. V. occipite ſubcriſtato. †
Yzquauhtli. *Hern. mex. pp.* 34.
Aquilæ criſtatæ genus. *Raj. av.* 161.
*Habitat in* Mexico.
Magnitudo *arietis.* Collum, Dorſum, Cauda, Criſta *ſurrecta nigra;* Subtus *nigro candidoque fulvo mixta. Homines etiam adoritur. Hernand.*
*Cfr.* Aquila mexicana coronata. Roſtrum *Vulturis.* Oculi *membrana nictitante. Sub* ingluvie *pennæ albæ, quas iratus dimittit usque ad pedum digitos.* Alæ Caudaque *ſubtus albo nigroque punctatæ colore Tigrinis. Erectus conſidet.* Pennas occipitis *ſæpius erigit in formam coronæ. Fertur unico ictu cranium hominis iratus findere. Viſus Madriti in Vivario Regio a Z. Hallman.*

Papa. 3. V. naribus carunculatis, vertice colloque denudato.
Vultur elegans. *Edv. av.* 2 *t.* 2.
Vultur. *Alb. av.* 2. *p.* 4. *t.* 4.
*Habitat in* India *occidentali.*
Obſ. Vultur. *Alb. av.* 3. *p.* 1. *t.* 1. *an femina hujus?*
Caput & Collum *quaſi excoriata retrahere poteſt intra vaginam cutis plumoſæ colli inferioris.*

Aura. 4. V. fuſcogriſeus, remigibus nigris, roſtro albo.
Tzopilotle ſ. Aura. *Hernand. mex.* 331.

Uru-

Urubu braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 207. *Willugb. orn.* 68. *Raj. av.* 10. 180.
Buteo ſpecie gallo-pavonis. *Catesb. car.* 1. *p.* 6. *t.* 6.
Vultur gallinæ africanæ facie. *Sloan. jam.* 2. *p.* 294. *t.* 254.
Vultur pullus, capite implumi, cute craſſa rugoſa ultra aperturas naſales laxata. *Brown. jam.* 471.
*Habitat in* America *calidiore.*
*Privilegio munitus in Jamaica.*

barbatus. 5. V. albidus, dorſo fuſco, jugulo barbato, roſtro incarnato, capite linea nigra cincto.
Vultur aureus. *Geſn. av.* 783. *t.* 781.
Vultur barbatus. *Edv. av.* 106. *t.* 106.
*Habitat in* Africa.
*Ad baſin maxillæ inferioris barba dependet; frons oculorumque regio atra.*

Perenopterus. 6. V. remigibus nigris margine exteriore (præter extimas) canis.
Perenopterus ſ. Gypaëtos. *Aldr. orn. t.* 2. *c.* 10. *Raj. av.* 8.
Falco montanus ægyptiacus. *Haſſelqv. act. Stockh.* 1751. *p.* 196.
Vultur, *Percnopterus*, capite nudo, gula plumoſa. *Haſſelq. itin.* 209.
Vultur niger. *Raj. av.* 9.
Vultur bæticus. *Raj. av.* 10.
Vultur albus. *Raj. av.* 10.
Vultur aquilina. *Aldr. orn. Alb. av.* 2. *p.* 3. *t.* 3.
Vultur fulvus, bætico bellonii congener. *Raj. av.* 10.
*Habitat in* Ægypto.
Mas *totus albus*: Remigibus *atris margine exteriore canis, exceptis duabus primis unicoloribus*: Femina *tota fuſca*: Remigibus *quatuor extimis concoloribus.* Roſtrum *atrum cera flava. Haſſelqv. Nares perpetuo ſtillant. Raj.*
*Purgat Cairi terram a cadaverum fœtore, ſtipendiis allectus. Haſſelq.*

Historia Vulturis obscura; ... enumerat 5 Sp: Europeas, ... Perenoptere, Griffon, Grand Vautour, Vautour ... et Petite Vautour ... lita creditur.

41. FAL-

Crätte tillägnar Linné Swänska Örnen till-
namnet Chrysaëtos, som bör hällt öra den stora
Brandgula, hälre med Plinio nämna honom
Clangia Valeria, den [illegible] Örnarten
[illegible], blifwit [illegible] Örnberg
men ej den mindre swarta, stora Brandgula
Örnen eller Chrysaëtos, mätte [illegible]
i Swerige.
Att Örnar [illegible] många Varieteter,
[illegible] att skilja, Buffon försäkrar att
Ossifraga [illegible] Haliætus eller
Balbusarde och producerar Batarder.
[illegible] Baron de la Peyrouse
säger att i Frankrike och Sweits, finnas
allena 3 slags Hökar eller Falkar, se
[illegible] Wettensk: Acad: Handl: 1782, men
efter Buffon finnes allena 4 alla Swänska
utan ock Stora Brandgula Örnen,
Ossifragus, Jean le Blanc och L'Eme-
rillon, den sista ej större än en kladdra
men quick och diurs jägare.
Hos Linné finnes hwarken Jean le
Blanc, L'Emerillon eller Le Saire.

Falco tunetanus. *Alb. av.* 3. *p.* 2. *t.* 2.
*Habitat in* Barbaria.

cærule-ſcens. 7. F. cera palpebris pedibus ſubtusque luteus, dorſo nigro cæruleſcente, temporibus linea alba incluſis.
Accipiter minimus benghalenſis. *Edv. av.* 108. *t.* 108
*Habitat in* Aſia.

8. F

Aquilæ *dictæ fuere Falcones majores, pedibus hirſutis.*

Ethymologien af Gyrfalco är ej ſwår, Jägare uti åtſkillige Tyſke Dialecter heter Geijer, Geijerfalk Jägarefalk, contracte Gyrfalk.

Buffon har 3ne Gyrfalcones, deribland den Hwita på Linnaei Gyrfalco, uti ifrån kalla länder, Grönland, Island, Norrige och Ryſsland; ſamt på de Tjällregionen, ſamma ſom i Vitterfoget mångeſtädes ifwen på Malta, förmodeligen ett ſpecies, ſåſom de lifwerera uttenaſt i färgen; ſåledes får Linnaei Gentiles gå ut, om Gyrfalco bibehålles.

Jägare och Falkenerare uppräkna mer än 20 falkſorter ifrån differente orter, men ſom de i fångenſkap draga wrede emot, ſin deras naturliga tillhåll är i ſådana orter, ſom männiſkan gärna ſkyr, blir det ganſka ſwårt att utröna om de göra flere ſpecies. Figuren utom färgen lika, ifwen tecknadsſätt och medfödt habitud, tycker döma Jagtfalkarne till ett ſpecies Gyrfalconis.

Härunder dock ej begripne, andre till jagt dreſſerade Hökar, ſåſom Örnar, Tinnunculus, Niſus, L'Emerillon, Le Lanier etc. Frågas huru länge Falkiagten warit i bruk, om den war känd af Romare? kan hända att Sacer och Lanarius warit de gamlas Jagtfalkar, ſom nu äro föga kände.

Palumbarius ehuru ſnäll Jägare för ſig ſjälf

## 41. FALCO. *Roſtrum* aduncum, baſi cera inſtructum. *Caput* pennis arcte tectum. *Lingua* bifida.

Coronatus F. ex Guinea.

* *Cera lutea.*

Melanæ-tus. 1. F. cera lutea, pedibus ſemilanatis, corpore ferrugineo-nigricante ſtriis flavis.
Melanætus ſ. Aquila valeria. *Raj. av.* 7. *n.* 4. *Will. orn.* 30. *t.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 2. *t.* 2.
*Habitat in* Europa, australiore.

Chryſaë-tos. 2. F. cera lutea, pedibus lanatis, corpore fuſco ferrugineo vario, cauda nigra baſi cinereo-undulata. *Faun. ſvec.* 56.
Aquila chryſaëtos. *Will. orn.* 27. *t.* 1. *Raj. av.* 6. *n.* 1. *Aldr. orn. t.* 2. *ic.* 2.
*Habitat in* Europa.

fulvus 3. F. cera flava, pedibus lanatis, dorſo fuſco, cauda faſcia alba.
Aquila fulva ſ. Chryſaëtos, cauda annulo albo cincta. *Will. orn.* 28. *t.* 1. *Raj. av.* 6. *n.* 2.
*Habitat in* Europa.

canaden-ſis. 4. cera flava pedibusque lanatis, corpore fuſco, cauda alba apice fuſco.
Aquila cauda alba. *Edw. av.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* Canada.
Pectus *punctis trigonis adſperſum.*

ruſtico-lus. 5. F. cera palpebris pedibusque luteis, corpore cinereo alboque undulato, collari albo.
*Habitat in* Svecia.

barbarus. 6. F. cera pedibusque luteis, corpore cæruleſcente fuſcoque maculato, pectore immaculato, cauda faſciata.
Falco tunetanus. *Alb. av.* 3. *p.* 2. *t.* 2.
*Habitat in* Barbaria.

cærule-ſcens. 7. F. cera palpebris pedibus ſubtusque luteus, dorſo nigro-cæruleſcente, temporibus linea alba incluſis.
Accipiter minimus benghalenſis. *Edv. av.* 108. *t.* 108.
*Habitat in* Aſia.

8. F.

Aquilæ dictæ fuere Falcones majores, pedibus hirſutis.

Albicilla. 8. F. cera flava, rectricibus albis: intermediis apice nigris. *Fn. ſvec.* 58.
Pygargus, Albicilla, Hinnularia. *Bell. av.* 15. *Geſn. av.* 205. *Aldr. orn. l.* 2. *c.* 5. *Will. ornith.* 31. *Raj. av.* 7. *n.* 5.
β. Aquila, capite albo. *Catesb. car.* 1. *p.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* Europa, America.

Pygargus. 9. F. cera flava, corpore cinereo, abdomine pallido maculis oblongis rufis, oculorum orbita alba.
Pygargus. *Alb. av* 2. *p.* 5 *t.* 5. *femina*; & 3. *p.* 3. *t.* 3. *mas. Raj. av.* 17. *n.* 5.
*Habitat in* Europa.

Milvus. 10. F. cera flava, cauda forficata, corpore ferrugineo, capite albidiore. *Fn. ſvec.* 59.
Milvus. *Geſn. av.* 610. *Aldr. ornith.* 368. *t.* 1. *Will. ornith.* 41. *t.* 6. *Raj. av.* 17. *Albin. av.* 1. *p.* 4. *t.* 4.
*Habitat in* Europa, Aſia, Africa.
*Migrat trans pontum Euxinum in Aſiam; privilegio munita Londini. Bell. itin.* 108. *Vorat quiſquilias, pullos gallinaceos; tempeſtates præſagit.*

forficatus. 11. F. cera flava, cauda forficata longiſſima, corpore ſupra fuſco ſubtus albido.
Accipiter cauda furcata. *Catesb. car.* 1. *p.* 4. *t.* 4.
*Habitat in* America.

gentilis. 12. F. cera pedibusque flavis, corpore cinereo maculis fuſcis, cauda faſciis quatuor nigricantibus. *Fn. ſvec.* 60.
Falco gentilis. *Will. ornith.* 46. *Raj. av.* 13.
Falco montanus. *Will. ornith.* 45. *t.* 5. *Raj. av.* 13.
*Habitat in* Alpibus, *victitans Tetraonibus.*
*Ars capiendi Falcones Columbis & Lanio, inſtituendi his venandi Gazellas, Ardeas, Aviculas &c. propriis artificibus.*

Subbuteo. 13. F. cera pedibusque flavis, dorſo fuſco, nucha alba, abdomine pallido maculis oblongis fuſcis. *Fn. ſvec.* 64. Le Hobreau (Buffon.



Falconaria *ars ad aucupium & venatum inſtruendi Falcones tranſiit in Scientiam; inter auctores plurimos eminet* d' Eſparon Falconaria. Francf. 1617. quart.

Subbuteo. *Alb. av.* 1. *p.* 6. *t.* 6. *Raj. av.* 15.
*Habitat in* Europa, *Alaudis infeſtus.*

Buteo. 14. F. cera pedibusque luteis, corpore fuſco, abdomine pallido maculis fuſcis.
Buteo vulgaris. *Geſn. av.* 46. *Will. ornith.* 38. *t.* 6. *Raj. av.* 16.
Buteo. *Alb. av.* 1. *p.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* Europa, *Cuniculis & Bufonibus infeſtus.*

Tinnunculus. 15. F. cera pedibusque flavis, dorſo rufo punctis nigris, pectore maculis longitudinalibus fuſcis, cauda rotundata. *Fn. ſvec.* 67.
Tinnunculus ſ. Cenchris. *Geſn. av.* 54. *Aldr. ornith. l.* 5. *p.* 395 *Will. orn.* 50. *t.* 5. *Raj. av.* 16. *Alb. av.* 1. *p.* 7. *t.* 7. (femina) & 3. *p.* 5. *t.* 5.
*Habitat in* Europæ *turribus, aviculis muribusque infeſtus. In cauda faſcia unica lata nigra verſus apices.*

ſufflator. 16. F. cera pedibusque luteis, corpore fuſco albido, oculorum operculis oſſeis.
*Habitat* Surinami. *Rolander.*
Corpus *ſupra fuſcum plumis baſi albis; ſubtus luteo albo fuſcoque maculatum, uti etiam rectrices.* Nares *lobo carneo intercalari. Iratus aut territus caput inflat ad magnitudinem corporis.*

cachinnans. 17. F. cera pedibus luteis, palpebris albis, corpore fuſco albidoque vario, annulo nigro verticem album cingente. *Rolander.*
*Habitat in* America *meridionali.*
Corpus *ſupra Dorſum, Alas, uropygium fuſcum; ſed Alba ſunt collum, gula, pectus, abdomen, alæ ſubtus. Cauda faſciis luteis nigrisque. Hominem obſervans cachinnos edit.*

ſparverius. 18. F. cera lutea, capite fuſco, vertice abdomineque rubro, alis cæruleſcentibus.
Accipiter minor. *Cateſb. carol.* 1. *p.* 5. *t.* 5.
*Habitat in* America.

columbarius. 19. F. cera lutea, corpore fuſco-ſubtus albido, cauda fuſca faſciis linearibus quatuor albis.
Accipiter palumbarius. *Cateſb. car.* 1. *p.* 3. *t.* 3.
*Habitat in* America.

Lanarius. 20 F. cera lutea, pedibus roſtroque cæruleis, corpore ſub-

[illegible] Linné har confunderat Palumbarius och Gyrfalco, den förre allmän på Östgöta Slätland är Buffons L'Autour, ganska wacker fogel och nog lik Nisus, fast wäl dubbelt större, bägge hafwa längre stjärt och ben än andre Hökar.

Buffon har förträffeligen ritat och beskrifwit sin Autour, haft Han och Honan lång tid lefwande, funnit dem wilda och oläragtige.

Gyrfalco måtte finnas i Sweriges Norra del, Buffon har fått honom från Is- och Grönland.

L'Autour eller Palumbarius är dufwors hastige förföljare, djärf och wågar allt för sådan jagt.

Bellonii berättelse om Fogelfångaren wid Constantinopel är ganska märkwärdig.

Ormwåken allmännaste Höken i wåra skogar och mörkast till färgen, skall wäl wara Linnæi Buteo och la Buse hos Buffon.

Palumbarius & Nisus Accipitres [illegible].

Haliætus.

Gyrfalco.

apivorus.

æruginoſus.

palumbarius.

Lanarius. 20. F. cera lutea, pedibus roſtroque cæruleis, corpore ſubtus maculis nigris longitudinalibus. *Fn. ſvec.* 61.
Lanarius. *Geſn. av.* 76. *Aldr. ornith. l.* 5. *c.* 11. *Will. orn.* 48. *Raj. av.* 15. *Alb. av.* 2. *p.* 7. *t.* 7.
*Habitat in* Europa; *migratorius.*

** *Cera obſcura.*

Haliætus. 21. F. cera pedibusque cæruleis, corpore ſupra fuſco ſubtus albo, capite albido. *Fn. ſvec.* 57.
Falco cyanopoda. *Geſn. av.* 74.
Haliætus. *Aldr. ornith. l.* 2. *c.* 3.
Morphnos. *Aldr. ornith. l.* 2. *c.* 8.
Balbuſardus. *Will. ornith.* 37. *t.* 6. *Raj. av.* 16.
*Habitat in* Europa, *humi inter arundines.*
*Victitat piſcibus majoribus, Anatibus. Pes ſiniſter ſubpalmatus.*

Gyrfalco. 22. F. cera cærulea, pedibus luteis, corpore fuſco: ſubtus faſciis cinereis, caudæ lateribus albis. *Faun. ſvec.* 62.
Gyrfalco. *Will. ornith.* 44? *Raj. av.* 13.?
*Habitat in* Europa; *Columbis infeſtus.*

apivorus. 23. F. cera nigra, pedibus ſeminudis flavis, capite cinereo, caudæ faſcia cinerea apice albo. *Fn. ſvec.* 66.
Buteo apivorus ſ. veſpivorus. *Will. ornith.* 38. *t.* 3. *Raj. av.* 16.
*Habitat in* Europa; *victitans Muribus, Lacertis, Inſectis.*

æruginoſus. 24. F. cera fuſca, corpore griſeo, vertice gula axillis pedibusque luteis.
Falco cera luteo-viridi, pedibus luteis, corpore ferrugineo, vertice fulvo. *Fn. ſvec.* 63.
Milvus æruginoſus. *Will. orn.* 42. *t.* 7. *Raj. av.* 17. *Alb. av.* 1. *p.* 3. *t.* 3.
*Habitat in* Europa.

palumbarius. 25. F. cera nigra margine pedibusque flavis, corpore fuſco, rectricibus faſciis pallidis, ſuperciliis albis.
Accipiter palumbarius. *Aldr. ornith. l.* 5. *c.* 2. *Raj. av.* 18. *n.* 1. *Alb. av.* 2. *p.* 8. *t.* 8.
*Habitat in* Europa, *Gallinis infeſtus.*
*Subtus totus albus nigro undulatus. Rectrices apice albæ.*

26. F.

Niſus. 26. F. cera viridi, pedibus flavis, pectore albo fuſco undulato, cauda faſciis nigricantibus. *Fn. ſvec.* 68.
Accipiter fringillarius. *Geſn. av.* 51. *Aldr. ornith l.* 5. *c.* 3 *Bell. av.* 19. *b. Will. ornith.* 51. *t.* 5. *Raj. av.* 18. *Alb. av.* 3. *p.* 4. *t.* 4. *&* 1. *p.* 5. *t.* 5. *femina.*
Moſcheutus. *Aldr. ornith.* 345. *Sparfhök*
*Habitat in* Europa; *Columbis Paſſeribusque infeſtus; venatur egregie Alaudas, eoque utimur in aucupiis.*

## 42. STRIX. *Roſtrum* aduncum (absque cera) baſi pennis ſetaceis tectum. *Caput* grande auribus oculisque magnis. *Lingua* bifida.

* *Auriculatæ.*

Bubo. 1. S. capite auriculato, corpore ruffo. *Fn. ſvec.* 45.
Bubo. *Bell. av.* 25. *a. Geſn. av.* 234. *Aldr. orn. l.* 8. *c.* 2. *Will. orn.* 62. *Alb. av.* 2. *p.* 9. *t.* 9. *Friſch. av. t.* 93.
*Habitat in* Europa. *Uf.*

ſcandiaca. 2. S. capite auriculato, corpore albido. *Fn. ſvec.* 46.
*Habitat in* Alpibus Lapponiæ. *magnitudo meleagridis*

Aſio. 3. S. capite aurito, corpore ſupra ferrugineo ſubtus cinereo, alis punctis quinque albis.
Noctua aurita minor. *Cateſb. car. l. p.* 7. *t.* 7.
*Habitat in* America.

Otus. 4. S. capite auriculato pennis ſenis. *Faun. ſvec.* 47.
Otus ſ. Aſio. *Bell. av.* 25. 6. *Aldr. orn.* 1. 8. *c.* 3. *Will. ornith.* 64. *t.* 12. *Raj. av.* 25. *Friſch. av. t.* 99. *Alb. av.* 2. *p.* 10. *t.* 10.
*Habitat in* Europa. *Hornugla.*
*Criſtæ auritæ albidæ faſciis ſex fuſcis.*

Scops. 5. S. capite auriculato penna ſolitaria.
Scops. *Aldr. ornith. l.* 8. *c.* 4. *Raj. av.* 25.
*Habitat in* Europa.

** *In-*

---

Strix *differt a* Falcone *ut Phalæna a Papilione; altera enim diurna, alter nocturnus eſt.* Noctu *prædantur aviculis, muribus; die cæcutiunt; pedes lanati ne frigeſcant; aures amplæ ut percipiant; die aviculis opprobrio expoſitæ.*

* * *Inauriculatæ.*

Aluco. 6. S. capite lævi, corpore ferrugineo, iridibus atris, remigibus primoribus ſerratis. *Fn. ſvec.* 48. *It. œl.* 69.*
Aluco minor. *Will. ornith.* 67. *t.* 13. *Raj. av.* 25. *n.* 1. *Alb. av.* 2. *p.* 11. *t.* 11.
*Habitat in* Europa.

funerea. 7. S. capite lævi, corpore fuſco, iridibus flavis. *Fn. ſvec.* 51.
Ulula flammeata. *Friſch. av. t.* 98 ?
*Habitat in* Europa.

Nyctea. 8. S. capite lævi, corpore albido maculis lunatis diſtantibus fuſcis. *Fn. ſvec.* 54.
Aluco albus diurnus. *Edw. av.* 61. *t.* 61.
*Habitat in* Europa & America *ſeptentrionali.*
*Alba fereque immaculata in Alpibus Lapponicis.*

ſtridula. 9. S. capite lævi, corpore ferrugineo, remige tertia longiore. *Fn. ſvec.* 55.
Strix. *Aldr. ornith.* 561. *t.* 563. *Will. ornith.* 65. *Raj. av.* 25.
*Habitat in* Europa.

Ulula. 10. S. capite lævi, corpore ſupra fuſco albo maculato, rectricibus faſciis albis. *Fn. ſvec.* 52.
Ulula. *Geſn. av.* 773. *Aldr. ornith. l.* 8. *c.* 6. *Will. ornith.* 68. *t.* 13. *Raj. av.* 26. *n.* 4.
*Habitat in* Europa.

paſſerina. 11. S. capite lævi, remigibus albis: maculis qvinqve ordinum. *Fn. Svec.* 53.
Noctua minima. *Geſn. av.* 620. *Aldr. ornith. l.* 8. *c.* 7. *Will. ornith.* 69. *t.* 13. *Raj. av.* 26. *n.* 6. *Alb. av.* 2. *p.* 12. *t.* 12. *Friſch. av. t.* 100.
*Habitat in* Europa. in cavis arborum.

## 43. LANIUS. *Roſtrum* rectiuſculum, dente utrinque verſus apicem, baſi nudum. *Lingua* lacera.

criſtatus. 1. L. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore rufeſcente, ſubtus fulvo fuſcoque undulato.
Lanius fulvus criſtatus. *Edw. av.* 54. *t.* 54.
*Habitat in* Benghala.

2. L.

Excubi- 2. L. cauda cuneiformi lateribus alba, dorſo cano, alis
tor. nigris macula alba.
Ampelis cæruleſcens, alis caudaque nigricantibus. *Fn. ſv.* 181.
Lanius cinereus major. *Aldr. orn. l. 5. p.* 386. *Will. orn.* 53. *t.* 10. *Raj. av.* 18. *Alb. av.* 2. *p.* 13. *t.* 13.
Pica cinerea. *Friſch. av. t.* 59.
*Habitat in* Europa. Warfogel in Scania r...
*Accipitres adventantes obſervat & aviculis indicat.*

La Pie-Grieche grise Buffon

Collurio 3. L. cauda ſubcuneiformi, dorſo griſeo, rectricibus quatuor intermediis unicoloribus, roſtro plumbeo.
Ampelis dorſo griſeo, macula ad oculos longitudinali. *Fn. ſvec.* 150. *t.* 2. *f.* 150.
Lanius tertius. *Will. ornith.* 54. *Raj. av.* 18. *Alb. av.* 2. *p.* 14. *t.* 14. 15.
Pica media Lanius medius. *Friſch. av. t.* 60.
*Habitat in* Europa. in arboribus pratorum upsaliae
*Scarabæos Pruni ſpinoſa perforat; cerebra avicularum effodit earum Simia.*

La Pie-Grieche rousse

Tyran- 4. L. vertice nigro: ſtria longitudinali fulva.
nus. Muſcicapa corona rubra. *Cateſb. car.* 1. *p.* 55. *t.* 55.
Pica americana criſtata. *Friſch. av.* 4. *t.* 62.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Color obſcure cinereus, abdomine albo.*

Carnifex. 5. L. corpore rubro, faſcia oculari remigum rectricumque apicibus nigris.
Garrulus ruber ſurinamenſis. *Edv. av.* 39. *t.* 39.
*Habitat* Surinami.

Schach. 6. L. corpore luteſcente, fronte aliſque nigris.
Lanius A-ſcack. *Osb. iter.* 227.
*Habitat in* China. *P. Osbeck.*
Magnitudo *præcedentium.* Caput & Collum *ſupra griſeum.* Collum *ſubtus teſtaceo-albidum.* Dorſum & Abdomen *pallide teſtacea.* Remiges *nigræ: primores baſi albæ; ſecundariæ apice albicantes.*

Senator. 7. L. cauda integra, corpore ſupra nigro ſubtus albo, occipite purpureo.
Lanius rubro capite. *Alb. av.* 2. *p.* 15. *t.* 16.
*Habitat in* Indiis.

*Faſcia*

*Faſcia frontis & baſeos alarum alba. Macula alba in remigibus.*

cærulescens. 8. L. cauda forficata, corpore nigro cæruleſcente, abdomine albo.
Lanius cauda forcipata. *Edw. av.* 56. *t.* 56.
*Habitat in* Benghala.

jocoſus. 9. L. cauda integra, corpore griſeo, palpebra inferiore purpurea, ano ſanguineo. *Amœn. acad.* 4. *p. . .*
*Habitat in* China. *Osbeck.*
*Caput nigrum. Gula alba. Abdomen albicans.*
*Roſtrum rectius quam in reliquis, ſed utrinque intra apicem emarginatum.*

Garrulus. 10. L. remigibus ſecundariis apice membranaceo colorato, cauda integra.
Ampelis remigibus quibusdam apice membranaceo terminatis. *Fn. ſuec.* 179.
Garrulus bohemicus. *Geſn. av.* 703. *Aldr. orn. l.* 12. *c.* 18. *Will. orn.* 90. *t.* 20. *Raj. av.* 85. *Alb. av.* 2. *p.* 25. *t.* 26. *Friſch. av.* 32. *f.* 1.
β. Garrulus carolinenſis. *Catesb. car.* 1. *p.* 46. *t.* 46.
*Habitat in* Europa & America *boreali*; *æſtivat ſupra Sveciam.* Sidensvants.
*Vibriſſæ ad roſtrum nullæ, quemadmodum in* Turdis, *a quibus etiam Roſtro breviore apice magis incurvo differt; Nares ſetis tectæ ut in* Corvis; *proxime autem dubia avis* Laniis *accedit; facies ex faſcia oculari non repugnat, ſed baccivora, nec rapax. Remiges ſecundariæ ſquama colorata terminatæ. Nutritur Baccis Sorbi.*

Pie-Grieches de Buffon & Le Vaillant magnam cohortem Lanii constituunt nec genus augendum Garrulo, sed haec avis Oriolis adsocianda. Cotingas Buffoni, ex Orioli vel proximo genere.

II. PI-

## II. PICÆ. SPITAR.

*Roſtrum ſubcompreſſum, convexum.*

44. PSITTACUS. *Roſtrum* aduncum: mandibula ſuperiore mobili cera inſtructa.
*Lingua* carnoſa, obtuſa, integ[illegible]
*Pedum* digiti antici 2, poſticique 2.

* *Macrouri cauda cuneiformi.*

Macao. 1. P. macrourus ruber, remigibus ſupra cæruleis, ſubtus rufis, genis nudis rugoſis.
Pſittacus cauda cuneiformi, temporibus nudis rugoſis. *Syſt. nat.* 18.
Pſittacus maximus alter. *Aldr. ornith. l.* 11. *c.* 3. *Will. ornith.* 73. *Raj. av.* 29. *Alb. av.* 1. *p.* 11. *t.* 11. *Edw. av.* 158. *t.* 158.
Pſittacus erythrocyaneus. *Geſn. av.* 721.
Araracanga. *Marcgr. braſ.* 206.
*Habitat in* America *meridionali.*
Corpus *magnitudine Gallinæ*, *coccineum.* Roſtri *maxilla ſuperior alba; inferior nigra.* Tempora *nuda, alba, rugoſa.* Remiges *imprimis exteriores cæruleæ: tectricibus pluribus luteis.* Cauda *cuneiformis, longiſſima. Rectrices rubræ, lateralibus cæruleis.*

Ararauna. 2. P. macrourus ſupra cæruleus, genis nudis; lineis plumoſis.
Pſittacus cauda cuneiformi, temporibus nudis: lineis plumoſis. *Syſt. nat.* 18.
Pſittacus maximus cyano-croceus. *Aldr. ornith. l.* 11. *c.* 2. *Will. ornith.* 110. *t.* 15. *Raj. av.* 28. 181. *Sloan. jam.* 2. *p.* 296. *Edw. av.* 159. *t.* 159.
Ararauna. *Marcgr. braſ* 206. *Will. ornith.* 111. *Alb. av.* 3. *p.* 10. *t.* 10. *fem.* & 2. *p.* 16. *t.* 17. *mas.*
*Habitat in* America *meridionali.*

Cæru-

Cærulea *ſupra Collum, Dorſum, Alas, Caudam.* Subtus *Collo, Pectore, Abdomine, Cauda Lutea feminæ, ſ. Rubra Maris.* Nigra *Roſtrum & Gula.* Palpebræ *ſerratæ papillis nigris.* Tempora *nuda, lineata punctis plumoſis cæruleo-nigris.*

obſcurus. 3. P. macrourus niger, genis nudis, vertice cinereo-nigreſcente vario, cauda cinerea. *Haſſelq. iter.* 236.
*Habitat in* Africa?

nobilis. 4. P. macrourus viridis, genis nudis, humeris coccineis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*
Pſittacus viridis, alarum coſta ſuperne rubente. *Aldr. orn. l.* 11. *c.* 5. *Raj. av.* 30, 181. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297.
Pſittacus mediæ magnitudinis. *Will. orn.* 112. *t.* 16.
*Habitat in* America *meridionali.*

ſeverus. 5. P. macrourus viridis, genis nudis, remigibus rectricibusque cæruleis ſubtus purpuraſcentibus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 13.
*Habitat in* Indiis.

borneus. 6. P. macrourus ruber, remigibus rectricibusque apice viridibus, alis macula cærulea.
Pſittacus coccineus, cauda longiore. *Edw. av.* 173. *t.* 173.
*Habitat in* India: Borneo.

ſolſtitialis. 7. P. macrourus luteus, alarum tectricibus viridibus, cauda forficata.
Pſittacus angolenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 13. *t.* 13.
*Habitat in* Guinea.

carolinenſis. 8. P. macrourus viridis, capite collo genibusque luteis.
Pſittacus carolinenſis. *Catesb. car.* 1. *p.* 11. *t.* 11.
*Habitat in* Carolina, Virginia.

alexandri. 9. P. macrourus viridis, collari pectoreque rubro, gula nigra. *Amœn. acad.* 4. *p.*
Pſittacus *cubicularius*, cauda cuneiformi, digito interiore poſtice truncato. *Haſſelq. itin.* 235.
Pſittacus javanicus. *Oſb. iter.* 101.
Pſittacus torquatus macrourus antiquorum. *Will. orn* 77. *t.* 16. *f.* 3.

Pſittacus viridis ex ind. orientali. *Alb. av.* 2. *t.* 18. & 3. *t.* 14.
Pſittacus torquatus macrourus antiquorum. *Aldr. av. l.* 11. *c.* 12. *Raj. av.* 33.
Perrocello. *Olin. av.* 24. *t.* 24.
*Habitat in* China, Benghala, Æthiopia.
*Primus (totus viridis torque miniato) innotuit ſub expeditione Alexandri magni. Plin.*

pertinax. 10. P. macrourus viridis, genis fulvis, remigibus rectricibusque caneſcentibus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 14.
Pſittacus minor viridis, cauda longa & malis croceis. *Friſch. av.* 4. *t.* 54.
*Habitat in* Indiis.

canicularis. 11. P. macrourus viridis, fronte rubra, occipite remigibusque extimis cæruleis.
Pſittacus capite rubro cæruleoque. *Edw. av.* 176. *t.* 176.
Tui-apute-juba. *Marcgr. braſ.* 206. *n.* 2.
*Habitat in* America.
*Magnitudo Turdi. Cauda corpore longior.*

æruginoſus. 12. P. macrourus viridis, vertice remigibusque primoribus cæruleis.
Pſittacus minor, gutture fuſco, occidentalis. *Edw. av.* 177. *t.* 177.
*Habitat in* America.
*Cauda corpore brevior.*

rufiroſtris. 13. P. macrourus viridis, roſtro pedibusque rubris, rectricibus apice cæruleſcentibus. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . .
Pſittacus minor macrourus totus viridis. *Aldr. ornith. l.* 2. *c.* 13. *Raj. av.* 33. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297.
Pſittacus minor viridis, cauda longiore. *Edw. av.* 175. *t.* 175.
Tujaputepjuba. *Marcgr. braſ.* 206. *n.* 3. *Will. ornith.* 116. *Raj. av.* 34.
*Habitat in* America.

ornatus. 14. P. macrourus luteo-viridis, occipite gula pectoreque rubris, vertice auribusque cæruleis.

Pſit-

Pſittacus minor e coccineo viridis. *Edw. av.* 174. *t.* 174.
*Habitat in* America.

agilis. 15. P. ſubmacrourus viridis, tectricibus remigum primorum cæruleſcentium fulvis, cauda ſubtus rubra.
Pſittacus minor viridis. *Edw. av.* 168. *t.* 168.
*Habitat in* America.
*Magnitudo Coccothrauſtis. Cauda cuneiformis, ſed non elongata.*

* * *Brachyuri cauda æquali.*

criſtatus. 16. P. brachyurus albus, criſta dependente flava.
Pſittacus albus criſtatus. *Aldr. ornith. l.* 11. *c.* 4. *Will. ornith.* . . *Raj. av.* 30. *Seb. muſ.* 1. *p.* 94. *t.* 59. *f.* 1. *Alb. av.* 3. *p.* 12. *t.* 12. *Edw. av.* 160. *t.* 160. *Friſch. av.* 4. *t.* 50.
*Habitat in* China.

niger. 17. P. brachyurus niger.
Pſittacus niger. *Edw. av.* 5. *t.* 5.
*Habitat in* Madagaſcar.
*Cauda longa, ſed æqualis.*

ſordidus. 18. P. brachyurus ſubfuſcus, gula cærulea, alis caudaque viridibus, roſtro anoque rubris.
Pſittacus fuſcus. *Edw. av.* 167. *t.* 167.
*Habitat in* Mexico.

erythroleucus. 19. P. brachyurus cinereus, uropygio, rectricibus remigibusque coccineis. †
Pſittacus erythroleucus. *Aldr. orn. l.* 11. *c.* 11. *Will. orn.* 76. *Raj. av.* 31.
*Habitat.* . .
*Magnitudo Gallinæ.*

erithacus. 20. P. brachyurus canus, temporibus albis, cauda coccinea. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 14.
Pſittacus cinereus ſ. ſubcæruleus. *Aldr. ornith. l.* 11. *c.* 10. *Raj. av.* 31. *Alb. av.* 1. *p.* 12. *t.* 12. *Friſch. av.* 4. *t.* 51.
*Habitat in* Guinea.

garrulus. 21. P. brachyurus ruber, genibus alisque viridibus, rectricibus medietate poſtica cæruleis. *Muſ. Ad. Fr. 2. p.*
Pſittacus ruber, remigibus rectricibusque intiorſum purpureis. *It. Wgot.* 137.
Pſittacus rufus, femoribus & alis viridibus. *Friſch. av.* 4. *t.* 45.
Pſittacus coccineus, alis e viridi & nigro variis. *Edw. av.* 172. *t.* 172.
*Habitat in* Aſia.

auroræ. 22. P. brachyurus coccineus, alis viridibus nigriſque, rectricibus flavis medietate poſtica vireſcentibus.
Pſittacus coccineus orientalis, alis ex viridi & nigro variis. *Raj. av.* 31.
*Habitat in* India *orientali.*
Corpus *coccineum, magnitudine Turdi.* Alarum *tectrices virides.* Remiges *nigræ margine exteriore viridi; ſubtus purpuraſcentes. Annulus viridis ſupra genua.* Pedes *nigri.* Roſtrum *flavum. Raj.*

Domicella. 23. P. brachyurus ruber, pileo fuſco, alis viridibus, humeris genibusque cæruleis.
Pſittacus coccineus orientalis, vertice nigro. *Edw. av.* 171. *t.* 171.
Pſittacus braſilienſis. *Alb. av.* 1. *p.* 13. *t.* 13?
*Habitat in* Aſia.

Lory. 24. P. brachyurus purpureus, pileo nigro, alis viridibus, pectore genibus caudaque cæruleis.
Pſittacus coccineus orientalis, vertice nigro. *Edw. av.* 170. *t.* 170. *Friſch. av.* 4. *t.* 44?
*Habitat in* India *orientali.*

cærulocephalus. 25. P. brachyurus, capite pectore dorſoque cæruleis, ventre uropygio caudaque viridibus, vertice flavo.†
Pſittacus verſicolor ſ. erythrocyaneus. *Aldr. orn. l.* 11. *c.* 9. *Will. orn.* 75. *Raj. av.* 31.
*Habitat. . .*

leucocephalus. 26. P. brachyurus viridis, remigibus cæruleis, fronte alba.
Pſittacus leucocephalus. *Aldr. ornith. l.* 11. *c.* 8. *Raj. av.* 31.
Pſittacus viridis, fronte alba, collo rubro. *Friſch. av.* 4. *t.* 46.

Pſit-

Pſittacus viridis, capite albo. *Edw. av.* 166. *t.* 166.
*Habitat in* America.
Corpus *magnitudine Cuculi, viride pennis margine nigris.* Caput *ſupra & ad latera cæruleum; fronte oculorumque regione alba.* Gula *tota rubra.* Remiges *nigræ latere exteriore denudato cæruleæ.* Rectrices *æquales, virides, baſi rubræ, apice flaveſcentes; at* 1. 1. *latere exteriore cæruleo;* 6. 6. *unicolores.* Abdomen *poſtice ferrugineum.*

æſtivus. 27. P. brachyurus viridis, fronte cærulea, humeris ſanguineis.
Pſittacus viridis melanorrhynchos. *Aldr. av. l.* 11. *c.* 7. *Raj. av.* 30.
Pappagallo. *Olin. av.* 23. *t.* 22.
Pſittacus viridis & luteus barbadenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 11. *t.* 11. *male.*
Pſittacus viridis major occidentalis. *Edw. av.* 162. *t.* 162.
Pſittacus viridis, capite luteo, fronte cærulea. *Friſch. av.* 4. *t.* 4. ?
*Habitat in* America.
Corpus *magnitudine Columbæ, viride, dorſo adſperſo pennis luteis.* Facies *flava.* Frons *cærulea.* Vertex *albidus.* Rectrices *virides apice pallidiores:* 1. 2. 3. *baſi interiore rubræ; at* 1 *et am latere exteriore cærulea.* *Humeri fulvi ſ. ſanguinei.* Remiges *primores nigræ apice cæruleſcentes, latere exteriore virides; ſecundariæ anteriores latere exteriore verſus baſin rubræ.* Roſtrum *nigrum.*

paradiſi. 28. P. brachyurus luteus, angulo abdominis rectricibusque baſi rubris.
Pſittacus paradiſi ex cuba. *Catesb. car.* 1. *p.* 10. *t.* 10.
*Habitat in* America.

feſtivus. 39. P. brachyurus viridis, fronte purpuraſcente, ſuperciliis gulaque cæruleis, dorſo ſanguineo.
*Habitat in* Indiis.
Corpus *magnitudine Columbæ.*



Pſittaci *monogami, per paria incedunt, garrulæ, loquaces, dociles, longævæ, victitant imprimis nucibus, glandibus, ſem. cucurbitarum, Carthami; ſcandunt roſtro, irati pennas erigunt, mediuabundi.*

braſilienſis. 30. P. brachyurus viridis, facie rubra, temporibus cæruleis.
Pſittacus viridis braſilienſis. *Edw. av.* 161. *t.* 161.
*Habitat in* Braſilia.
*Avis* viridis *flavo contaminata.* Rubrum *infra flexuram alæ & in exteriore latere rectricum* 2. 2; cæruleum *in latere exteriore remigum rectricumque primorum.*

autumnalis. 31. P. brachyurus viridis, fronte remigumque macula coccinea, vertice remigibusque primoribus cæruleis.
Pſittacus viridis minor occidentalis. *Edw. av.* 164. *t.* 164.
*Habitat in* America.
*Magnitudo Columbæ.* Corpus *viride.* Oculorum *regio cærulea.* Alarum *tectrices primores cæruleæ, baſi rubræ.* Remiges *primores cæruleæ, poſteriores virides.* Rectrices *ſupra virides, apice flaveſcentes: extimo latere exteriore cæruleo; ſubtus flavæ, baſi rufeſcentes, medio macula viridi.*

accipitrinus. 32. P. brachyurus viridis, capite griſeo, collo pectoreque ſubviolaceo vario, remigibus rectricibusque apice cæruleis.
Pſittacus orientalis capite accipitris. *Edw. av.* 165. *t.* 165.
Pſittacus elegans. *Cluſ. exot.* 365. *Raj. av.* 32. *Will. ornith.* . . .
*Habitat in* India.

melanocephalus. 33. P. brachiurus viridis ſubtus luteus, pileo nigro, pectore albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*
Pſittacus coccineus, ventre albo. *Edw. av.* 169. *t.* 169.
*Habitat in* Mexico.

collarius. 34. P. brachyurus viridis, collo rubente.
Pſittacus minor, collo miniaceo. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297. *Raj. av.* 181.
*Habitat in* America.

pullarius. 35. P. brachyurus viridis, fronte rubra, cauda fulva faſcia nigra. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*
Pſittacus parvus viridis, ex india orientali. *Alb. av.* 3. *p.* 15. *t.* 15.
Pſittacus minimus viridis, cum fronte & gula rubra. *Friſch. av.* 4. *t.* 54.

Pſit-

Pſittacus puſillus viridis æthiopicus. *Raj. av.* 31.
Pſittacus minimus. *Cluſ. exot.* 365.
Pſittacus minor verſicolor. *Seb. muſ.* 2. *p.* 40. *t.* 40. *f.* 1.
*Habitat in Aſia, Æthiopia.*

Galgulus. 36. P. brachyurus viridis, uropygio pectoreque coccineis, vertice cæruleo. *Amœn. acad.* 4. *p.* . *Osb. iter* 101.
Pſittacus minimus viridis ruber indicus. *Edw. av.* 6. *t.* 6.
Avicula cechini. *Aldr. orn. l.* 20. *p.* 560.
*Habitat in* India.
*Pede altero ſuſpenſus dormit. Plin.* X, 33: *Galgulos ipſos dependentes pedibus ſomnum capere confirmat, quia tutiores ita ſe ſperent.*

paſſerinus. 37. P. brachyurus luteo virens, macula alarum alisque ſubtus cæruleis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 14.
*Habitat in* America.
*Magnitudo Paſſeris.*
*Remiges ſubtus & tectrices alarum primariæ cæruleæ.*

## 45. RAMPHASTOS. *Roſtrum* maximum, inane, convexum, extrorſum ſerratum. *Nares* pone maxillas. *Lingua* pennacea. *Pedum* digiti antici poſticique gemini.

piperivorus. 1. R. roſtro nigro: carina craſſiſſima.
*Habitat in* America *meridionali.*

Tucanus. 2. R. roſtro rubro: carina obtuſa alba.
*Habitat in* America *meridionali.*
Maxillæ *verſus baſin faſcia nigra.*

picatus. 3. R. roſtro rubro: apice nigro: carina compreſſa.
Pica braſilienſis. *Alb. av.* 2. *p.* 24. *t.* 25. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 19.
*Habitat in* America *meridionali.*
Roſtrum *magnum inter congeneres; etiam baſi nigricans.*

Aracari. 4. R. roſtro nigro: maxilla ſuperiore lateribus alba, baſi triloba.
Toucan. *Edw. av.* 64 *t.* 64.
Aracari. *Marcgr. braſ.* 217. *Raj. av.* 44.
*Habitat in* America *meridionali.*
Maxilla *ſuperior ad nares triloba, quod non in reliquis, faſcia abdominis anoque ſanguineis.*

## 46. BUCEROS. *Roſtrum* convexum, cultratum, magnum; Frontis calvaria nuda, oſſeo-gibboſa. *Nares* in baſi roſtri. *Lingua* acuta, brevis.

bicornis. 1. B. fronte oſſea plana antrorſum bicorni. *Amœn. acad.* 4. *p.* . .
Calao *Pet. gaz.* 43. *t.* 28. *f.* 6. & *t.* 31. *f.* 1. *Will. Ornith. t.* 17. *f.* 1.
*Habitat in* China.
Corpus *magnitudine Gallinæ, nigrum; ſubtus pectore, abdomine, femoribus album. Macula alba in remigibus alarum.* Cauda *longiuſcula.* Rectrices 10, *nigræ, extimis utrinque albis.* Pedes *vireſcentes: digitis* 3 *anticis*; 1 *poſtico.*

Rhinoceros. 2. B. cornu maxillari frontis recurvato.†
Rhinoceros. *Bont. jav.* 63. *t.* 64. *Olear. muſ. t.* 15. *f.* 4. *Will. orn. t.* 17. *f.* 3. *Worm. muſ.* 293. *Aldr. orn. l.* 12. *c.* 20.
*Habitat in* India.
*Cum Willugbæus aliique roſtrum extrorſum ſerratum ſiſtant, videtur Ramphaſti potius generis avis eſſe. Fœda fœtidaque cadaveribus victitans venatores comitatur.*

## 47. CROTOPHAGA. *Roſtrum* compreſſum, ſemiovatum, arcuatum, ſulco utrinque exaratum; Mandibula ſuperiore margine utrinque angulata. *Nares* perviæ.

Ani. 1. CROTOPHAGA.
Crotophagus ater, roſtro breviore compreſſo arcuato-cultrato. *Brown. jam.* 474.
Monedula tota nigra major garrula, mandibula ſuperiore arcuata. *Sloan. jam.* 2. *p.* 298. *t.* 256. *f.* 1. *Catesb. car.* 3. *p.* 3. *t.* 3.
Ani. *Marcgr. braſ.* 193. *Will. orn.* 120. *Raj. av.* 35. *n.* 10. & 185. *n.* 29.
*Habitat in* America, Africa; *victitans gryllis.*

## 48. CORVUS. *Roſtrum* convexum, cultratum, baſi pennis ſetaceis tectum. *Lingua* cartilaginea bifida.

Corax. 1. C. ater, dorſo cæruleſcente, cauda ſubrotundata. *Fn. ſuec.* 69.
Corvus. *Geſn. av.* 334. *Aldr. orn. l* 12 *c.* . *Jonſt. av.* 38. *t.* 16. *Will. ornith.* 82. *t.* 18. *Raj. av.* 39. *Alb. av.* 2. *p.* 19. *t.* 20. *Friſch. av. t.* 63. Sv. Korp
*Habitat in* Europa, *victitat cadaveribus, furto deditus, loqui addiſcit, feris convivalis, clamitans.*

Corone. 2. C. atro--cæruleſcens, cauda rotundata: rectricibus acutis.
Cornix. *Raj. av.* 39. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 20. *t.* 21.
*Habitat in* Europa.

frugilegus. 3. C. ater, fronte cineraſcente. *Fn. ſuec.* 70.
Cornix frugilega. *Aldr. orn. l.* 12. *c.* 3. *Will. ornith.* 84. *t.* 18. *Raj. av.* 39. *Alb. av.* 2. *p.* 21. *t.* 22. *Friſch. av. t.* 64. Råka Habitat in Oelandia, Scania.
*Habitat in* Europa, *agris infeſta, gregaria.*

Cornix. 4. C. cineraſcens, capite gula alis caudaque nigris. *Fn. ſvec.* 71.

Cornix cinerea frugilega. *Aldr. ornith. l.* 12. *c.* 4. *Will. ornith.* 84. *t.* 77. *Raj. av.* 39. *Alb. av.* 2. *p.* 22. *t.* 23. *Friſch. av. t.* 65.
*Habitat in* Europa, *victitat Larvis Tipularum, quisquiliis; apud nos relegata, at inaudita & indefenſa. Ventis adverſa conſidet.*

Monedula. 5. C. fuſca, occipite incano, fronte alis caudaque nigris. *Fn. ſvec.* 72.
Monedula ſ. Lupus. *Aldr. orn. l.* 12. *c.* 9. *Will. ornith.* 85. *t.* 19. *Raj. av.* 40. *Alb. av.* 1. *p.* 14. *t.* 14. *Friſch. av. t.* 67.
*Habitat in* Europæ *agris; gregaria.*

benghalenſis. 6. C. vertice alis caudaque cæruleis, collo griſeo.
Pica glandaria benghalenſis. *Alb. av.* 1. *p.* 17. *t.* 17.
*Habitat in* Benghala.

glandarius. 7. C. tectricibus alarum cæruleis: lineis transverſis albis nigrisque, corpore ferrugineo variegato. *Fn. ſvec.* 74.
Pica glandaria. *Geſn. av.* 700. *Aldr. ornith. l.* 12. *c.* 14. *Will. orn.* 88. *t.* 19. *Raj. av.* 41. *Alb. av.* 1. *p.* 16. *t.* 16. *Friſch. av. t.* 55. *Olin. av.* 35.
*Habitat in* Europa; *colligit nuces, glandes; ſuperfluas defodit.*

criſtatus. 8. C. tectricibus alarum lineis transverſis nigris, corpore cæruleo, collari nigro.
Pica glandaria cærulea criſtata. *Cateſb. car. p.* 15. *t.* 15.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. Præcedenti in multis aſſimilans.*

Caryocatactes. 9. C. fuſcus alboque punctatus, alis caudaque nigris: rectricibus apice albis: intermediis apice detritis.
Corvus cinereus, cauda alisque nigris. *Fn. ſvec.* 75.
Caryocatactes. *Geſn. av.* 245. *Will. ornith.* 90. *t.* 20. *Raj. av.* 42.
Pica abietum nigra guttata. *Friſch. av. t.* 56.
*Habitat in* Europa; *edit nuces.*

Pica. 10. C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi. *Fn. ſvec.* 76.
Pica varia ſ. caudata. *Geſn. av.* 695. *Aldr. orn. l.* 12. *c.* 12. *Jonſt. av.* 44. *t.* 17. *Will. ornith.* 87. *t.* 19. *Raj. av.* 41. *Alb. av. t.* 1. *p.* 15. *t.* 15. *Friſch. av. t.* 58.

*Habi-*

*Habitat in* Europa *nido artificioſo.* Skata
*Degit ad pagos, inter hoſtes offenſos ſylvarum eſor; legit quisquilias.*

paradiſi. 11. C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi, remigibus intermediis longiſſimis, capite nigro criſtato:
Manucodiota criſtata ex albo nigroque variata. *Raj. av.* 195. *t.* 2. *f.* 13.
Avis paradiſi. *Seb. muſ.* 1 *p.* 85. *t.* 52. *f.* 3. & *t.* 30. *f.* 5.
Pica orientalis, cauda duabus pennis longiſſimis. *Edw. av.* 113. *t.* 113.
*Habitat in* India.

infauſtus. 12. C. dorſo cinereo, rectricibus rufis: intermediis duabus cinereis, faſcia nigricante.
Turdus rectricibus rufis: duabus intermediis cinereis faſcia nigricante; proximis apice cinereis. *Fn. ſvec.* 187.
Merula ſaxatilis. *Will. orn.* 145. *t.* 36. *Raj. av.* 65. *Alb. av.* 3. *p.* 51. *t.* 55.
*Habitat in* Europæ *alpinis ſylvis.* Merle de Roche
*Avis proterva, ſæpe carnivora.* Buffon

## 49. CORACIAS. *Roſtrum* cultratum apice incurvato, baſi pennis denudatum. *Lingua* cartilaginea, bifida.

Garrulus. 1. C. cærulea, dorſo rubro, remigibus nigris.
Corvus dorſo ſanguineo, remigibus nigris, rectricibus viridibus. *Fn. ſvec.* 73.
Cornix cærulea. *Geſn. av.* 335. *Aldr. ornith. l.* 12. *c.* 18. & 5. *Will. orn.* 85. *t.* 20. Le Rollier Buff...
Garrulus argentoratenſis. *Raj. av.* 41. *Edw. av.* 109. *t.* 109.
*Habitat in* Europa, *victitans Scarabæis, Ranis.* Blåkråka.

caffra. 2. C. cærulea, remigibus margine exteriore luteis.
*Habitat in* Æthiopia. *J. Burmannus.*
*Femina cæruleſcente-nigra eſt.*

Oriolus. 3. C. flava alis caudaque nigris.
Ampelis flava, artibus nigris, rectricibus quinque exterioribus retrorſum flavis. *Act. Stockh.* 1750. *p.* 127. *t.* 3. *f.* 5.
Oriolus. *Geſn. av.* . . .

Gal-

Galbula. *Aldr. orn.* 854. *t.* 857. 858.
Galbula benghalenſis. *Edw. av.* 185. *t.* 185.
Picus nidum ſuſpendens. *Will. orn.* ... *t.* 36. *f.* 6. & *t.* 38. *f.* 4. *Jonſt. av.* 112. *t.* 41 *f.* 8. *Raj. av.* 68.
Flava avis benghalenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 19. *t.* 20.
*Habitat in* Europa, Aſia, *migratoria avis.*

Galbula. 4. C. fulva, capite dorſo remigibusque nigris.
Icterus ex aureo nigroque varius. *Cateſb. car.* 1. *p.* 48. *t.* 48.
*Habitat in* America.

aurea. 5. C. flavo-fulva, gula tectricibus primariis extremitateque rectricum nigris.
Paradiſea flavo-fulva. *Mrſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 15.
Paradiſea aurea. *Edw. Av.* 112. *t.* 112.
*Habitat in* Aſia.

Xanthornus. 6. C. flava, capite remigibusque primoribus nigris.
Icterus indicus, capite nigro. *Edw. av.* 77. *t.* 77.
Xanthornus major, nigro varius. *Brown. jam.* 477.
Pica luteo nigra varia. *Cateſb. car.* 3. *p.* 5. *t.* 5.
*Habitat in* America.

## 50. GRACULA. *Roſtrum* convexo-cultratum, baſi nudiuſculum.
*Lingua* integra, acutiuſcula, carnoſa.
*Pedes* digitis anticis 3, poſtico 1.

religioſa. 1. G. nigro violacea, macula alarum alba, faſcia occipitis nuda flava.
Corvus javanenſis. *Osb. iter.* 102.
Sturnus indicus. *Bont. jav.* 67. *Will. orn.* 145. *t.* 38. *Raj. av.* 68.
Minor ſ. Mino. *Edw. av.* 17. *t.* 17. *Alb. av.* 2. *p.* 35. *t.* 38.
*Habitat in* Aſia.

foetida. 2. G. nigra, remigibus extus cæruleſcentibus, faſcia collari nuda.
*Habitat in* America. *Rolander.*

Magni-

Magnitudo *Picæ*. Corpus *nigrum, at Alæ compoſitis remigibus extus cæruleſcentes absque alba macula.* Rectrices *æquales.* Caput *nigrum, plumis erectis breviſſimis quaſi holoſericeum.* Roſtrum *fere Cuculi.* Nares *ovatæ nudæ.* Lingua *integra carnoſa acuta.* Pedes *tetradactyli : uno poſt eo.*

Barita. 3. G. ſubgriſea, humeris cæruleis, remigibus extus viridibus.

*Habitat in* Americæ *Muſis, cujus fructus devaſtat. Rolander.*

Roſtrum *breviuſculum, cultratum, nigricans, baſi nudum, ſubtus albicans.* Alæ *complicatis remigibus virides; explicatæ remiges intus nigræ.* Cauda *rotundata, viridis dum complicata.*

criſtatella. 4. G. nigra, remigibus primoribus baſi rectricibusque apice albis, roſtro flavo.

Sturnus chinenſis niger. *Edw. av.* 19. *t.* 19.

*Habitat* in China.

Saularis. 5. G. nigro-cæruleſcens, abdomine macula alarum rectricibusque lateralibus albis.

Pica minor benghalenſis. *Edw. av.* 181. *t.* 181.

Dialbird. *Alb. av.* 3. *p.* 17. *t.* 17. 18.

Saularis maderaſpatanus. *Raj. av.* 197. *t.* 2. *f.* 19. 20.

*Habitat in* Aſia.

Quiſcula. 6. G. nigro-violacea, cauda ſubcuneiformi.

Monedula purpurea. *Catesb. car.* 1. *p.* 12. *t.* 12.

Merops niger, viridi-argentea. *Brown. jam.* 476.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

*Virginianis inviſa avis; aqua & igne interdicta, ſed injuſte.*

Atthis. 7. G. viridi-cærulea, abdomine ferrugineo, pedibus ſanguineis.

Corvus (*ægyptius*) viridi maculatus, dorſo medio cæruleo. *Haſſelq. iter.* 140. *n.* 20.

*Habitat in* Ægypto.

51. PA-

## 51. PARADISÆA. *Roſtrum* baſi plumis tomentoſis tectum.
*Pennæ* hypochondriorum longiores.

apoda. 1. P. pennis hypochondriis corpore longioribus, rectricibus intermediis longis ſetaceis.
Paradiſea lutea, cauda pectore abdomineque brunneis, gula azurea. *It. Wgoth.* 139. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 15.
Paradiſea avis. *Cluſ. exot.* 360. *t.* 360. *Olear. muſ.* 24. *t.* 13. *f.* 1. *Seb. muſ.* 1. *p.* 24. *t.* 13. *f.* 1. *Hern. mex.* 317. *t.* 318. *Worm. muſ.* 294. *f.* 294. *Bradl. nat. t.* 12. *f.* 1, 2.
Manucodiata major. *Edw. av.* 110. *t.* 110. *Marcgr. braſ.* 201. *Raj. av.* 21. *n.* 7.
*Habitat in* India; *gregaria.* Paradis Vogel.
*Cirrhi 2 caudæ apice attenuati, nudi, recti.*
*Apodam perperam dixere veteres; victitat Papilionibus maximis.*

regia. 2. P. cirrhis caudalibus filiformibus apice lunato-pennaceis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 15.
Rex avium paradiſæarum. *Pet. gaz.* 1. *t.* 53. *f.* 2. *Cluſ. exot.* 362. *t.* 362. *Olear. muſ.* 24. *t.* 13. *f.* 2. *Raj. av.* 22. *n.* 10. *Seb. muſ.* 1. *t.* 38. *f.* 5. *Edw. av.* 111. *t.* 111.
*Habitat in* India *orientali.*
*Purpurea pectorali cæruleſcente; cirrhi caudæ longiſſimi; Pennæ ſub alis ſunt reliquis longiores, licet cauda breviores.* (*)

## 52. CUCULUS. *Roſtrum* teretiuſculum.
*Nares* margine prominulæ.
*Lingua* ſagittata, plana, integra.

canorus. 1. C. cauda aequali nigricante albo punctata. *Fn. ſvec.* 77.
Cuculus. *Geſn. av.* 363. *Aldr. ornith. l.* 5. *c.* 107. *Bell. av.* 22: 6. *Will. ornith.* 62. *t.* 77. *Friſch. av.* 4. *t.* 40, 41, 42. *Raj. av.* 23. *Alb. av.* 1. *p.* 8. *t.* 8. *Olin. av.* 38.

*Habi-*

(*) Paradiſeas *fictas* (Seb. muſ. 1. t. 60. f. 1, 2, 3), *e Pſittacis aliisque vendidit ſæpe Muſeis aſtus chinenſium.*

*Habitat in* Europa; *victitat Larvis.* Gör.
*Ova ſua aliarum avicularum nidis imponit, cubandi impotens; variat ætate, ſexu; tempore frondeſcentiæ, floreſcentiæ, groſſificationis cuculat; occultatur caniculæ ortu; in falconem transformari perperam aſſeritur.*

Perſa. 2. C. cauda æquali, capite criſta erecta, remigibus primoribus rubris.
Touraco. *Alb. av.* 2. *p.* 19. *t.* 19. *Edw. av.* 7. *t.* 7.
*Habitat in* Africa.
*Antice viridis, poſtice ſubviolaceus, remigibus primoribus rubris; linea alba ſupra & infra palpebras ſanguineas.*

Vetula. 3. C. cauda cuneiformi, corpore ſubfuſco: ſubtus teſtaceo, ciliis rubris.
Cuculus major. *Sloan. jam.* 2. *p.* 312. *t.* 258. *f.* 1, 2.
Cuculus major olivaceus, cauda longiore, ciliis rubris. *Brown. jam.* 476.
Picus major leucophæus ſ. caneſcens, pluviæ avis & Senex dictus. *Raj. av.* 182.
*Habitat in* Jamaica.
*Voce clamoſiore pluviam præſagit.*

glandarius. 4. C. cauda cuneiformi, capite ſubcriſtato, faſcia oculari nigra.
Cuculus fulvus maculatus. *Edw. av.* 57. *t.* 57.
*Habitat in* Africa *ſeptentrionali &* Europa *auſtrali.*
Dorſum *fuſcum. Alæ albo punctatæ. Subtus teſtaceus eſt.* Caput *cinereum, ſubcriſtatum.* Linea *nigra trans oculos.*

ſcolopaceus. 5. C. cauda cuneiformi, corpore undique griſeo fuſcoque nebuloſo.
*Habitat in* Europa *boreali.* Svenſwala.
*Migrat æſtate ſupra Sveciam.*

* * * * *Ardeæ.*

Nycticorax. 9. A. criſta occipitis tripenni dependente, dorſo nigro, abdomine flaveſcente.

Nycticorax. *Geſn. av.* 628. *Aldr. orn. l.* 19. *c.* 57. *p.* 272.
Ardea cinerea minor. *Will. orn.* 204. *t.* 49. *Raj. av.* 99. *n.* 3. *Marſ. danub.* 5. *t.* 3. *Alb. av.* 2. *p.* 62. *t.* 67. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 10.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*
Frons *alba circum roſtrum.* Dorſum *nigrum*, *abdomen album.* Pennæ crinitæ 3, *teretiuſculæ*, *albæ*, *ad medium dorſi dependentes.*

cinerea. 10. A. occipite criſta pendula, dorſo cæruleſcente, ſubtus albida, pectore maculis oblongis nigris.
Ardea criſta dependente. *Fn. ſvec.* 133.
Ardea cinerea major. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 9. *Geſn. av.* 212. *Jonſt. av.* 151. *t.* 50. *Will. orn.* 203. *t.* 49. *Raj. av.* 98. *Marſ. danub.* 5. *p.* 8. *t.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 64. *t.* 67. & 3. *p.* . . *t.* 78.
*Habitat in* Europa; *nidificant in arboribus plures ſimul.* Hager.

Herodias. 11. A. occipite criſtato, dorſo cinereo, femoribus ruffis, pectore maculis oblongis nigris.
Ardea fuſca canadenſis. *Edw. av.* 135. *t.* 135.
Ardea criſtata maxima americana. *Catesb. carol.* 3. *p.* 10. *t.* 10?
*Habitat in* America.
Tempora *alba.* Capitis *pennæ longiores nigræ*, *unde poſtice criſta evadit.* Collum *ſubtus albido-teſtaceum*, *fuſco maculatum.* Brachia *antice ruſeſcentia.* Corpus *ſupra fuſcum.*

violacea. 12. A. criſta flava, corpore nigro-cæruleſcente, faſcia temporali alba.
Ardea ſtellaris criſtata americana. *Catesb. car.* 1. *p.* 79. *t.* 79.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

cærulea. 13. A. occipite criſtato, corpore cæruleo.
Ardea major griſea criſtata, capite nigro, vertice & ciliis albicantibus. *Brown. jam.* 478.
Ardea cærulea. *Catesb. car.* 1. *p.* 76. *t.* 76. *Alb. av.* 3. *p.* 74. *t.* 79. *Sloan. jam.* 2. *p.* 314. *t.* 264. *f.* 5. *Raj. av.* 189.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

14. A.

ſtriata. 14. A. occipite ſubcriſtato, dorſo cano ſtriato, collo ſeptus ferrugineo, remigibus ſecundariis apice albis. *Rolander.*
*Habitat* Surinami.
Vertex *niger nucha ſubcriſtata.* Remiges *fuſcæ, ſed ſecundariæ tantum margine apicis albæ.*

vireſcens. 15. A. occipite ſubcriſtato, dorſo viridi, pectore rufeſcente.
Ardea ſtellaris minor. *Sloan. jam.* 3. *p.* 315. *t.* 263. *Raj. av.* 189. *n.* 2. *Cateſb. car.* 1. *p.* 80. *t.* 80.
*Habitat in* America.

ſtellaris. 16. A. capite læviuſculo, ſupra teſtacea maculis transverſis, ſubtus pallidior maculis oblongis fuſcis.
Ardea vertice nigro, pectore pallido maculis longitudinalibus nigricantibus. *Fn. ſvec.* 134.
Ardea ſtellaris minor. *Geſn. av.* 215. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 16. *Will. orn.* 207. *t.* 50. 52. *Raj. av.* 100. *n.* 11. *Marſ. danub.* 5. *p.* 16. *t.* 6. *Alb. av.* 1 *p.* 65. *t.* 68.
*Habitat in* Europa. Rördrum
*Venatus falconibus magnatibus placet; Mugitus ſtentorii impares; terrefacta ſpiraliter æthera ſcandit.*

alba. 17. A. capite lævi, corpore albo, roſtro rubro.
Ardea tota alba, capite lævi. *Fn. ſvec.* 132.
Ardea alba major. *Will. orn.* 205. *t.* 43. *Raj. av.* 99. *n.* 4.
*Habitat in* Europa. in Scania rara e ad Araslöf

Ibis. 18. A. capite lævi, corpore albo, roſtro flaveſcente apice pedibusque nigris.
Ardea Ibis tota alba, pedibus atris, unguibus arcuatis maximis. *Haſſelqv. itin.* 248.
β Ibis nigra. *Raj. av.* 98.
*Habitat in* Ægypto; *regionis purificator.*
*Bellonii* Ibis *roſtro arcuato, nigra eſt; at Plinius X:* 30. Ibis *circa peluſium tantum nigra eſt, cæteris omnibus locis candida.*

æquinoctialis. 19. A. capite lævi, corpore albo, remigibus duabus primis margine exteriore fuſcis. *Rolander.*
*Habitat in* America.

*Simil-*

*Simillima* Ibidi *tota ſtructura; at vero* Remiges *primores omnes apice fuſceſcentes, & 1, 2 etiam margine exteriore longitudinali fuſcæ, cæterum eadem, ut facile pro varietate agnoſcatur.*

77. SCOLOPAX. *Roſtrum* teretiuſculum, obtuſum, capite longius.
*Pedes* tetradactyli: poſtico pluribus articulis inſiſtente.

rubra. 1. S. roſtro arcuato, pedibus rubris, corpore ſanguineo, alarum apicibus nigris.
Porphyrio amboinenſis ſ. Ardea rubra corallina. *Seb. muſ.* 1. *p.* 98. *t.* 62. *f.* 3.
Numenius ruber. *Catesb. car.* 1. *p.* 84. *t.* 84.
Numenius indicus. *Cluſ. exot.* 366.
Guara. *Marcgr. braſ.* 203. *Will. orn.* 239. *Raj. av.* 104. *n.* 6.
*Habitat in* America.

alba. 2. S. roſtro arcuato, pedibus rubris, corpore albo, alarum apicibus viridibus.
Numenius albus. *Catesb. car.* 1. *p.* 82. *t.* 82.
*Habitat in* America.

fuſca. 3. S. roſtro arcuato, pedibus rubris, corpore fuſco, cauda baſi alba.
Numenius fuſcus. *Catesb. car.* 1. *p.* 83. *t.* 83.
*Habitat in* America.
Antecedentes 1. 2. 3. *ſtructura nimis affines, ſed colore corporis diverſæ.*

Totanus. 4. S. roſtro recto baſi rubro, pedibus coccineis, remigibus ſecundariis albis. *Fn. ſvec.* 149.
Totanus. *Geſn av.* 518. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 24. *Will. orn.* 220. *t.* 53. *f.* 4. *Raj. av.* 107. *Alb. av.* 3. *p.* 82. *t.* 87.
*Habitat in* Europa.

Arquata 5. S. roſtro arcuato, pedibus cæruleſcentibus, alis nigris maculis niveis. *Fn. ſvec.* 139.

Numenius ſ. Arquata. *Geſn. av.* 222. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 21. *Will. orn.* 216. *t.* 54. *f.* 1. 2. *Raj. av.* 103. *Alb. av.* 1. *p.* 75. *t.* 79. *Marſ. danub.* . . . *t.* 17.
*Habitat in* Europa. ad Paludes.

Phæopus. 6. S. roſtro arcuato, pedibus cæruleſcentibus, maculis dorſalibus fuſcis rhomboidalibus. *Fn. ſvec.* 140.
Phæopus altera ſ. Arquata minor. *Geſn. av.* 500. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 21.
Arquata minor noſtras. *Raj. av.* 103. *n.* 2. *Will. orn.* 217.
*Habitat in* Europa. ad Paludes
*Surſum recta evolans clamando tempeſtates prænuncians.*

Ruſticola. 7. S. roſtro recto lævi, pedibus cinereis, femoribus tectis, faſcia frontis nigra.
Numenius roſtri apice lævi, capite linea utrinque nigra, rectricibus nigris apice albis. *Fn. ſvec.* 141.
Scolopax ſ. Perdix ruſtica. *Geſn. av.* 502.
Scolopax. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 51. *Will. orn.* 213. *Raj. av.* 104 *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 67. *t.* 70.
*Habitat in* Europa. Morkullen
Noctu *volitat reditque iterato eadem via aërea.*

Fedoa. 8. S. roſtro recto longo, pedibus fuſcis, remigibus ſecundariis rufis nigro punctatis.
Fedoa americana. *Edw. av.* 137. *t.* 137.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
Corpus *griſeum.* Remiges *primores fuſcæ. Linea* ſuperciliorum *alba.*

Glottis. 9. S. roſtro recto baſi inferiori rubro, pedibus vireſcentibus.
Numenius pedibus vireſcentibus, uropygio albo, remigibus lineis albis fuſciſque undulatis. *Faun. ſvec.* 142.
Pluvialis major. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 66. *Will. orn.* 220. *t.* 55. *Raj. av.* 106.
Glottis. *Geſn. av.* 520.
*Habitat in* Europa. Sv. Glutt. ad Paludes

10. S.

Species Scolopacum, Tringarum &c. *difficillime diſtinguuntur, ætate ſexuque mutabiles, colore parum diſtinctæ; quæ pedibus ſunt rubris a reliquis probe obſervandæ, cum pedes non varient.*

Limoſa. 10. S. roſtro recto lævi, pedibus fuſcis, remigibus macula alba: quatuor primis immaculatis.

Numenius uropygio albo, rectricibus nigris baſi albis, remigibus transverſa alba macula: exceptis quatuor primis. *Fn. ſvec.* 144.

*Habitat in* Europa.

Gallinago. 11. S. roſtro recto apice tuberculato, pedibus fuſcis, lineis frontis fuſcis quaternis.

Numenius capite lineis 4. fuſcis longitudinalibus, roſtri apice tuberculoſo, femoribus ſeminudis. *Faun. ſvec.* 143.

Gallinago minor. *Geſn. av.* 503. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 53. *Will orn.* 214. *Raj. av.* 105. *n.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 68. *t.* 71.

*Habitat in* Europa. *in carectis Sv: Enkelſnäppa*

*Hæc* Capella cœleſtis *cujus mas tam alte celerrimeque volitat, ut audiri, non vero oculis attingi poſſit.*

lapponica. 12. S. roſtro ſubrecurvato, pedibusque nigris, pectore ferrugineo.

*R*ecurviroſtra pectore croceo. *Fn. ſvec.* 138.

*Habitat in* Lapponia. *Rudbeck.*

Ægocephala. 13. S. roſtro recto, pedibus vireſcentibus, capite colloque ruſeſcentibus, remigibus tribus nigris baſi albis.

Barge ſ. Ægocephalus. *Will. orn.* 215. *Raj. av.* 105. *n.* 4. *Alb. av.* 2. *p.* 64. *t.* 70.

*Habitat in* Europa *auſtrali.*

Hæmaſtica. 14. S. roſtro recto flaveſcente, pedibus fuſcis, corpore ſubtus fulvo fuſco-undato.

Fedoa americana, pectore rufo. *Edw. av.* 138. *t.* 138.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Corpus *griſeum ſubtus rubro-fulveſcens.*

Rectrices *primores nigræ apice albæ.*

K 2 78. TRIN-

Scolopaces *digitis graviter inſiſtunt, per paludes vadant.* Tringæ *per campos littoraque currunt vix digito poſtico inſiſtente: uti vidit Cel. Kleynius notavit.*

## 78. TRINGA. *Roſtrum* teretiuſculum, longitudine capitis.
*Pedes* tetradactyli: poſtico uniarticulato a terra elevato.

Pugnax. 1. T. pedibus rubris, rectricibus tribus lateralibus immaculatis, facie papillis granulatis carneis. *Fn. ſvec.* 145.
Avis pugnax. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 19. *f.* 1-8. *Jonſt. av.* 152. *t.* 51. 52. *Will. orn.* 224. *t.* 56. *Raj. av.* 107. *Marſ. danub.* 52. *t.* 24. *Alb. av.* 1. *p.* 69. *t.* 72. 73.
*Habitat in* Europa *minus boreali.* Sv: Brushane
*Mares diſſimiles, pugnaciſſimi.* praesertim in Scan

Vanellus. 2. T. pedibus rubris, criſta dependente, pectore nigro. *Fn. ſvec.* 148.
Capella ſ. Vanellus. *Bell. av.* 49. *a. Geſn. av.* 764. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 63. *Will. orn.* 228. *t.* 57. *Jonſt. av.* 164. *t.* 53. 27. *Raj. av.* 110. *Alb. av.* 1. *p.* 70. *t.* 74.
*Habitat in* Europa, Africa. Wipa
*Migrat forte in Ægyptum. Ova Belgis in deliciis.*

Gambetta. 3. T. roſtro pedibusque rubris, corpore luteo cinereoque variegato, ſubtus albo. *Fn. ſvec.* 153.
Gambetta. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 26. *Raj. av.* 107.
*Habitat in* Europa.

Interpres. 4. T. pedibus rubris, corpore nigro albo ferrugineoque vario, pectore abdomineque albo. *It. gottl.* 217. *Fn. ſvec.* 154.
Morinellus canadenſis. *Edw. av.* 141. *t.* 141.
*Habitat in* Europa & America *ſeptentrionali.*

lobata. 5. T. roſtro ſubulato apice inflexo, pedibus vireſcentibus lobatis, abdomine albido.
Tringa fuſca, pedibus fulicæ. *Edw. av.* 143. *t.* 143. & 46. *t.* 46.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*, Lapponia.
Roſtrum *tenuiſſimum eſt; procelloſa tempeſtate natat gregaria.*

Fulicaria. 6. T. roſtro recto, pedibus lobatis ſubfuſcis, abdomine ferrugineo.

Trin-

Tringa fuſca canadenſis, membranis ad digitorum articulos. *Edw. av.* 142. *t.* 142.
*Habitat in* America.

alpina. 7. T. teſtaceo-fuſca, pectore nigricante, rectricibus cinereo-albidis, pedibus fuſceſcentibus.
*Habitat in* Lapponia. *Adlerheim.*
*Magnitudo Sturni; Abdomen album.*

Ocrophus. 8. Tringa roſtri apice punctato, pedibus vireſcentibus, dorſo fuſco-viridi nitido. *Fn. ſvec.* 146.
Tringa. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 54. *Will. orn.* 222. *t.* 55. *Raj. av.* 108.
Rhodophus ſ. Ocrophus. *Geſn. av.* 508. 511. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 39.
*Habitat in* Europa. Horsgiök.

Hypoleucos. 9. T. roſtro lævi, pedibus lividis, corpore cinereo lituris nigris: ſubtus albo. *Fn. ſvec.* 147.
Tringa minor. *Will. orn.* 223. *t.* 55. *Raj. av.* 108.
Gallinula hypoleucos. *Geſn. av.* 509. *Aldr. orn.* 3. *p.* 469.
*Habitat in* Europa. Beccaſin.

Canutus. 10. T. roſtro lævi, pedibus cineraſcentibus, remigibus primoribus ſerratis.
Tringa cinerea, remigibus ſecundariis baſi albis, rectricibus quatuor mediis immaculatis. *Fn. ſvec.* 150.
Canuti avis. *Raj. av.* 108.
*Habitat in* Europa.

Glareola. 11. T. roſtro lævi, pedibus vireſcentibus, corpore albo punctato, pectore ſubalbido. *Fn. ſvec.* 152.
*Habitat in* Europa. in ſylvis uliginosis.

littorea. 12. T. roſtro lævi, pedibus fuſcis, remigibus fuſcis: rachi primæ nivea. *Fn. ſvec.* 151.
*Habitat in* Europa. ad paludes.

Squatarola. 13. T. roſtro nigro, pedibus vireſcentibus, corpore griſeo ſubtus albido. *Fn. ſvec.* 155.
Pluvialis cinerea. *Raj. av.* 111. *Alb. av.* 1. *p.* 72. *t.* 76.
*Habitat in* Europa. in Scania.

## 79. CHARADRIUS. *Roſtrum* teretiuſculum, obtuſum.
## *Pedes* tridactyli.

ciſtatus. 1. C. gula pileo pectoreque nigris, occipite criſtato, dorſo teſtaceo, pedibus nigris.
Pluvialis indicus, pectore nigro. *Edw. av.* 47. *t.* 47.
*Habitat in* Perſia.
*Simillimus eſt Tringæ Vanello.*

Hiaticula. 2. C. pectore nigro, fronte nigricante faſciola alba, vertice fuſco, pedibus luteis. *Fn. ſvec.* 159.
Charadrios ſ. Hiaticula. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 67. *Jonſt. av.* 166. *t.* 53. *Will. orn.* 230. *t.* 57. *Raj. av.* 112. *Sloan. jam.* 2. *p.* 314. *t.* 169 *f.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 76. *t.* 80.
*Habitat in* Europa & America *ad ripas.*

alexandrinus. 3. C. fuſcus, fronte collarique dorſali abdomineque albis, rectricibus lateralibus utrinque candidis, pedibus nigris.
Charadrius alexandrinus. *Haſſelq. iter.* 255. *n.* 30.
*Habitat ad* Ægypti *ex Nilo canalem.*

vociferus. 4. C. faſciis pectoris colli frontis genarumque nigris, cauda lutea faſcia nigra, pedibus pallidis.
Pluvialis vociferus. *Cateſb. car.* 1. *p.* 71. *t.* 71.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

ægyptius. 5. C. faſcia pectorali nigra, ſuperciliis albis, rectricibus apice albis faſcia nigra, pedibus cæruleis.
Charadrius ægyptius. *Haſſelq. iter.* 256. *n.* 31.
*Habitat in* Ægypti *apricis.*

Morinellus. 6. C. pectore ferrugineo, faſcia ſuperciliorum pectorisque lineari alba, pedibus nigris. *Fn. ſvec.* 158. 160.
Morinellus. *Alb. av.* 2. *p.* 57. *t.* 61. 62. *Raj. av.* 111.
*Habitat in* Europa: *ad Alpes migrans per Upſaliam medio maji ſeptentrionem verſus.*
Mas *ad ſcrobiculum abdominis niger*, femina *non.*

apricarius. 7. C. pectore nigro, roſtro baſi gibbo, pedibus cinereis.
Charadrius nigro-luteſcente variegatus, pectore nigro. *Fn. ſvec.* 156. *Iter. œl.* 72.

Plu-

Pluvialis viridis maculatus, ventre nigro. *Edw. av.* 140. *t.* 140.
*Habitat in* Ocaudia, Canada. Americans

Pluvialis. 8. C. pedibus cinereis, corpore nigro viridique maculato, ſubtus albido. *Fn. ſvec.* 157.
Pluvialis viridis. *Will. orn.* 229. *t.* 57. *Raj. av.* 111. *Sloan. jam.* 2. *p.* 113. *t.* 269. *f.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 71. *t.* 75.
*Habitat in* Europa. justa alpes Dalekarlicas.

Oedicnemus. 9. C. griſeus, remigibus primoribus duabus nigris medio albis, roſtro acuto, pedibus cinereis.
Oedicnemus. *Bell. av.* . . *Raj. av.* 108. *n.* 4. *Alb. av.* 1. *p.* 66. *t.* 69.
Charadrius. *Geſn. av.* 256.
Charadrius Kervari. *Haſſelq. iter.* 210. *n.* 32. *an?*
*Habitat in* Anglia.

Himantopus. 10. C. ſupra niger, ſubtus albus, roſtro nigro capite longiore, pedibus rubris longiſſimis.
Charadrius autumnalis. *Haſſelq. iter.* 253. *n.* 29.
Himantopus. *Sibb ſcot.* . . *t.* 11. 13. *Raj. av.* 106. *Aldr. orn. l.* 20 *c.* 30. *Geſn. av.* . .
*Habitat in* Europa *auſtraliore.*

ſpinoſus. 11. C. remigibus pectore abdomine pedibusque atris, rectricibus dimidiato-albis, humeris ſpinoſis.
Charadrius ſpinoſus. *Haſſelq. itin.* 260. 270.
*Habitat in* Ægypto.
*Humeri ſpinoſi, ut in Fulica ſpinoſa, ſingulares ſunt.*

## 80. RECURVIROSTRA. *Roſtrum* depreſſo-planum, acuminatum, recurvatum. *Pedes* palmati, tetradactyli.

Avoſetta. 1. R. albo nigroque varia. *It. œl.* 89. *Fn. ſvec* 137.
Avoſetta ſ. Recurviroſtra. *Geſn. av.* 232. *Aldr. orn. l.* 19. *c.* 64. *Will. orn.* 240. *t.* 60. *Raj. av.* 117. *Marſ. danub.* 5. *p.* 72. *t.* 34. *Alb. av.* 1. *p.* 96. *t.* 101.
*Habitat in* Europa *auſtraliore.* Sv: ſkärſläcka
*Migrat in Italiam, rariſſima apud nos.*

## 81. HÆMATOPUS. *Roſtrum* compreſſum: apice cuneo æquali.
## *Pedes* tridactyli, fiſſi.

Oſtralegus. 1. HÆMATOPUS. *It. œl.* 83. *Fn. ſvec.* 161. *Bell. av.* 18. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 31. *Will. orn.* 220. *t.* 56. *Raj av.* 105. *Alb. av.* 1. *p.* 74. *t.* 78. *Catesb. car.* 1. *p.* 85. *t.* 85.
*Habitat in* Europæ, Americæ *ſeptentrionalis litoribus marinis; victitat conchis.* Oland: Strandſkära.

## 82. FULICA. *Roſtrum* convexum: Mandibula ſuperiore margine ſupra inferiorem fornicata; Mandibula inferior, pone apicem gibba.
## *Frons* calva.
## *Pedes* tetradactyli, ſublobati.

atra. 1. F. fronte calva, corpore nigro, digitis lobatis.
Fulica fronte calva æquali. *Fn. ſvec.* 130.
Fulica. *Bell. av.* 36. *b. Geſn. av.* 390. *Aldr. orn. l.* 19. *c.* 13. *Will. orn.* 239. *t.* 59. *Raj. av.* 116. *Marſil. danub.* 70. *t.* 33. *Alb. av.* 1. *p.* 79. *t.* 83. *Haſſelq. v. act. upſ.* 1751. *p.* 22. *itin.* 262.
*Habitat in* Europa; *hybernat in Gallia.* Sv: Blåsklack.
*Edit Semina, Herbas; natat ſupraque aquam currit.*

Chloropus. 2. F. fronte calva, corpore nigro, digitis ſimplicibus.
Gallinula Chloropus. *Alb. av.* 2. *p.* 66. *t.* 72. & 3. *p.* 86. *t.* 91. *Raj. av.* 113.
*Habitat in* Europa.

Porphyrio. 3. F. fronte calva, corpore violaceo, digitis ſimplicibus.
Fulica major pulla, fronte cera coccinea oblongo-quadrata. *Brown. jam.* 479.
Porphyrio. *Alb. av.* 3. *p.* 79. *t.* 84. *Raj. av.* 116. *n.* 13. *Edw. av.* 87. *t.* 87. *Dodart. act.* 3. *p.* 30?
*Habitat in* Aſia, America.

ſpinoſa. 4. F. fronte carunculata, corpore variegato, humeris ſpinoſis, digitis ſimplicibus, ungue poſtico longiſſimo.

Galli-

Gallinula alis cornubus donatis. *Edw. av.* 48. *t* 48.
*Habitat in* America *auſtrali.*
*Unguis poſticus rectus, digito longior. Pollex unius articuli inſiſtens. Remiges virides.*

## 83. RALLUS. *Roſtrum* baſi craſſius, compreſſum, dorſo attenuatum apicem verſus, æquale, acutum.
*Pedes* tetradactyli, fiſſi.
*Corpus* compreſſum.

Crex. 1. R. alis rufo-ferrugineis.
Ortygometra alis rufo-ferrugineis. *Fn. ſvec.* 162.
Ortygometra. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 23. *Will. orn.* 522. *t.* 29. *Raj. av.* 58. *Alb. av.* 1. *p.* 30. *t.* 32.
*Habitat in* Europæ *agris, carectis; victitat Lumbricis.* Angſnärpa.
*Corpus valde compreſſum; veſperi & nocte ſonorus voce ingeminata crex.*

aquaticus. 2. R. alis griſeis fuſco-maculatis, hypochondriis albo-maculatis, roſtro luteo.
Rallus aquaticus. *Alb. av.* 1. *p.* 73. *t.* 77. *Will. orn.* 234. *Aldr. orn.* . . *Raj. av.* 113. *n.* 2.
Ortygometra alis fuſcis. *Syſt. nat.* 25. Angſnärpa. Kornknarren.
*Habitat in* Europa.

lariformis. 3. R. ſubtus albido-flaveſcens, cervice cæruleſcenti maculato, digitis marginatis.†
Larus fiſſipes. *Alb. av.* 2. *p.* 75. *t.* 82.
Rallus cinereus facie Lari. *Klein. av.* 103.
*Habitat in* Europa.
Cauda *huic longiuſcula; ideoque anceps genus.*

benghalenſis. 4. R. corpore vertice oculisque albis, capite colloque nigris, alis dorſoque viridibus, remigibus primariis rubro-maculatis.
Rallus benghalenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 85. *t.* 90.
*Habitat in* Aſia.

carolinus. 5. R. griſea, fronte nigra, pectore plumbeo, roſtro flavo, pedibus vireſcentibus.

Gallinula minor canadenſis. *Edw. av.* 144. *t.* 144. *Cateſb. car.* 1. *p.* 70. *t.* 70.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

## 84. PSOPHIA. *Roſtrum* cylindrico-conicum, convexum, acutiuſculum, mandibula ſuperiore longiore. *Nares* ovatæ patulæ.

crepitans. 1. PSOPHIA.
Pſophia crepitans nigra, pectore columbino. *Barr. av.* 62.
Gallina ſylvatica crepitans, pectore columbino. *Barr. æquin.* 132.
Gallina ſylveſtris Macucagua. *Raj. av.* 53.
Macucagua. *Marcgr. braſ.* 213. *Piſ. braſ.* 88.
*Habitat in* America *meridionali.*
Roſtro *muſſitans reſpondet per anum.*

## 85. OTIS. *Roſtrum* mandibula ſuperiore fornicata. *Lingua* bifida. *Pedes* tridactyli abſque poſtico.

Tarda 1. O. jugulo utrinque criſtato.
Tarda. *Dodart. mem.* 3. *p.* 309. *Edw. av.* 73. *t.* 73. 74. *Alb. av.* 3. *p.* 36. *t.* 38. 39. L'Outarde. Buffon.
Otis ſ. Tarda avis. *Raj. av.* 58. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 12. *Edw. av.* 73. *t.* 73. 74. Trappe Germanis
*Habitat in* Poloniæ, Orientis *campis; migrat per Belgium, Angliam. Menſis eximia.*
Pondus [illegible] lib. Carnis est Falconibus venatur.

arabs. 2. O. auribus erecto-criſtatis.
Otis arabica. *Edw. av.* 12. *t.* 12.
*Habitat in* Oriente.
*Supra ſcolopacina, ſubtus albida. Aures nigræ. Cauda faſcia fuſca.*

Tetrax 3. O. capite juguloque lævi.
Anas campeſtris. *Alb. av.* 3. *p.* 33. *t.* 41. *Raj. av.* 59.
Tetrax. *Bell. av.* . . *Aldr. orn. l* 13. *c.* 13.
*Habitat in* Europa, *imprimis in* Gallia.
Haec dimidio minor prima [illegible] Outarde de Buffon.

4. O.

afra. 4. O nigra, dorſo cinereo, auribus albis.
*Habitat in* Æthiopia *I. Burmannus*
Maris *Roſtrum & Pedes flavi. Vertex cinereus. Alarum margo exterior albus.* Femina *tota cinerea, exceptis femoribus abdomineque atris.*

## 86. STRUTHIO. *Roſtrum* conicum.
## *Alæ* ad volandum ineptæ.

Camelus. 1. S. pedibus didactylis.
Struthio-Camelus. *Aldr. orn. l. 9. c. 2. Dodart. mem.* 335. *Seb. muſ. 1. t. 51. f. 6. Will. ornith.* 104. *t.* 25. *Raj. av.* 35. *Alb. av.* 3. *p.* 30. *t.* 31.
*Habitat in* Syria, Arabia, Lybia, Africa. Stricts.
*Spina ſub humeris armatur, maxima Avium; Palpebra utraque ciliata. Exterior digitus muticus. Pennæ lanatæ pro galeis bellicis criſtaque caſtrenſi. Ova ſæpe* 50, *candida, lævia, in arena excludenda deſerta. Job.* 39: 16.

Caſuarius. 2. S. pedibus tridactylis, vertice palearibusque nudis.
Caſuarius. *Olear. muſ.* 23. *t.* 13. *f.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 56. *t.* 60.
Emeu. *Dodart. mem.* 377. *Raj. av.* 36. *Cluſ. exot.* 98. *Bont. jav.* 71. *Will. ornith.* 105. *t.* 25. *Worm. muſ.* . . *Jonſt. av.* 172. *t.* 56. *Aldr. orn. l.* 20. *t.* 541.
*Habitat in* Aſia, Sumatra, Molucca, Banda. Emc.
*Callus elevatus quaſi diadema verticis. Palearia* 2 *ſub collo; Collum a tergo nudum. Ungue intermedio majore ferit; ova punctis excavatis.*

americanus. 3. S. digito poſtico rotundato mutico.
Struthio Camelus americanus. *Raj. av.* 36.
Nhanduguacu braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 190. *Piſ. braſ.* 84. Le Touyou Buffon.
*Habitat in* America *auſtrali.*

cucullatus. 4. S. pedibus tetradactylis, omnibus unguiculatis.
Gallus gallinaceus peregrinus. *Cluſ. exot.* 99. *t.* 100. *Olear. muſ.* 23. *t.* 13. *f.* 5.
Dronte Cygnus cucullatus. *Nieremb. nat.* 231. *Raj. av.* 37.
Dronte. *Bont. jav.* 70.
*Habitat in* India. Isle de France, Rodrigue etc

V. GAL-

# V. GALLINÆ. Höns

*Roſtrum convexum: mandibula ſuperiore fornicata, margine extra inferiorem dilatato.*

*Nares membrana cartilaginea convexa ſemitectæ.*

## 87. PAVO. *Caput* pennis rectis revolutis tectum. *Pennæ* dorſales elongatæ.

criſtatus. 1. P. capite criſta erecta.
Pavo cauda longa. *Fn. ſvec.* 163.
Pavo. *Geſn. av.* 656. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 1. *Jonſt. av.* 56. *t.* 22. *Will. orn.* 112. *t.* 27. *Raj. av.* 51.
*Habitat in* India *orientali*, Zeylona. Påfogel.
*Mas remigibus primoribus ferrugineis, ejulans, vindicans, ſuperbus, togam dorſalem gemmantibus ocellis, naturæ miraculo pictam erigendamque, tertio anno acquirit, qua nihil pulchrius, ſub canicula dejicit. Femina curat pullos in proximas nuptias. Sambuci floribus occiditur.*

bicalcaratus. 2. P. capite lævi, calcaribus duobus.
Phaſianus pavonicus chinenſis. *Edw. av.* 67. *t.* 67. & *t.* 69. *f.* 1.
*Habitat in* China.
*Pennæ verticis revolutæ. Pennæ poſterioris dorſi longæ ocellis pavoninis indicant hoc genus.*

## 88. MELEAGRIS. *Caput* carunculis ſpongioſis tectum.

Gallopavo. 1. M. capite caruncula frontali, criſtaque gulari, maris pectore barbato.
Meleagris. *Fn. ſvec.* 164.
Gallo-pavo ſylveſtris novæ angliæ. *Raj. av.* 51. *Alb. av.* 3. *p.* 33. *t.* 35.
β. Gallopavo. *Geſn. av.* 482. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 4. *Bell. av.* 60. *a.* *Jonſt. av.* 58. *t.* 24. *Will. orn.* 113. *t.* 27. *Raj. av.* 51.

γ Gal-

γ. Gallopavo criſtatus. *Alb. av. 2. p. 30. t. 33.*
*Habitat in* America *ſeptentrionali.* Kalkon.
*Mas exæſtuat inflato pectore, expanſa cauda, ſanguinea facie, relaxata frontis caruncula: iræ tenax; Sapida caro. Rectrices XVIII. Barba pectoris tertio anno excreſcit.*

criſtata. 2. M. capite pennis erectis criſtato, temporibus violaceis.
Quan ſ. Guan. *Edw. av.* 13. *t.* 13.
Jacupema. *Marcgr. braſ.* 198.
Coxolitli. *Hern. mex.* . .
Phaſianus braſilienſis. *Raj. av.* 56.
*Habitat in* America *auſtrali.*
Gula *caruncula compreſſa rubra ut in antecedente, capite ſupra criſta oblonga pennacea.*

Satyra. 3. M. capite cornubus duobus, corpore rubro punctis nigris albo fœtis. †
Phaſianus cornutus. *Edw. av.* 116. *t.* 116.
*Habitat in* Benghala.
Frons *nigra.* Caruncula *gularis cærulea rufo variegata.* Cornua *duo cærulea pone oculos enata.*

## 89. CRAX. *Roſtrum* baſi cera obtectum. *Pennæ* caput tegentes revolutæ.

nigra. 1. C. nigra. *Syſt. nat.* 27.
Gallus indicus. *Sloan. jam.* 2. *p.* 302. *t.* 260. *Dodart. mem.* 146.
Gallus indicus alius. *Aldr. orn.* . .
Mitu ſ. Mutu. *Will. orn.* . . *t.* 28. *Raj. av.* 52. *Marcgr. braſ.* 194. 195.
Gallus caraſſavicus. *Aldr. av.* 2. *p.* 29. *t.* 31. 32.
*Habitat in* America *auſtrali.*

rubra. 2. C. rubra, capite cæruleſcente. †
Gallina peruviana rubra. *Alb. av.* 3. *p.* 37. *t.* 40.
*Habitat in* America.
*An varietas præcedentis?*

## 90. PHASIANUS. *Genæ* cute nuda lævigata.

Gallus. 1. P. cauda compreſſa adſcendente. *Fn. ſvec.* 165.
Gallus gallinaceus ſ. Gallina. *Geſn. av.* 395. 340. *Aldr. orn. l.* 14. *c.* 1. *Will. orn.* 109. *t.* 26. *Raj. av.* 51.

*criſtatus.* β. Gallina criſta in vertice plumoſa denſiſſima. *Raj. av.* 51.

*ecaudatus.* γ. Gallina cauda ſ. uropygio carens. *Raj. av.* 51.

*criſpus.* δ. Gallina friſlandica. *Will. orn.* 110. Krollhöns
Gallina criſpa. *Raj. av.* 51. *Aldr. orn. l.* 14 *p.* 329.

*puſillus.* ε. Gallus tibiis pennatis.
Gallina bentamenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 33. *t.* 33. 34.
*Habitat in* India *Orientali: Pouli candor, &c.*
*Gallus pugnax, ſuperbus celſa criſta, erecta falcataque cauda, vigil, plaudentibus lateribus canens gallicinia, ſalax* 10. *feminis ſufficit. Gallina pulveratrix ova copioſa ponit, raro ſubventanea, niſi Capis aſſociata; cibis expetita ova, caro, juſcula galli ſenioris. Læditur baccis Sambuci; a pediculis liberatur pipere.*

Meleagris. 2. P. vertice calloſo, temporibus carunculatis.
Gallina vertice corneo. *Haſſelqv. iter.* 274.
Gallus vertice corneo. *Syſt. nat.* 28.
Gallina guinea. *Worm muſ.* 297. Perlhöns
Gallina africana. *Marcgr. braſ.* 78. La Peintade Buffon
Gallus niger, maculis ovalibus & orbiculatis. *Barr. av.* 79.*
Gallina guineenſis. *Worm. muſ.* 297. *t.* 297. *Olear. muſ.* . *t.* 15. *f.* 3. *Raj. av* 52. *Alb. av.* 2. *p.* 32. *t.* 35. *Will. orn.* 162. *t.* 26. *Aldr. av. l.* 14. *c.* 13.
*Habitat in* Africa.

colchicus. 3. P. rufus, capite cæruleo.
Phaſianus. *Raj. av* 56. *Alb. av.* 1. *p.* 24. *t.* 25. 26. *Olin. av.* 49. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 5.
*Habitat in* Africa, Aſia.
*Principum menſis dicatus.*

pictus. 4. P. criſta flava, pectore coccineo, remigibus ſecundariis cæruleis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 282. *t.* 13.
Phaſianus variis coloribus ſplendidus. *Edw. av.* 68. *t.* 68. & *t.* 69. *f.* 2.
Phaſianus ruber, e china. *Alb. av.* 3. *p.* 34. *t.* 36.
*Habitat in* China.

5. P.

nycthemerus. 5. P. albus, criſta abdomineque nigris.
Phaſianus ſinenſis albus e nigro cæruleus. *Alb. av.* 3. *p.* 35. *t.* 37. *Edw. av.* 66. *t.* 66.
*Habitat in* China.
Tempora *nuda rubra.* Maris *criſta nigra.* Femina *griſea eſt.*

## 91. TETRAO. *Supercilia* nuda, papilloſa.

* *Pedibus hirſutis.*

Urogallus. 1. T. pedibus hirſutis, rectricibus exterioribus ſubbrevioribus, axillis albis. *Fn. ſvec.* 166.
Urogallus ſ. Tetrao major. *Geſn. av.* 491. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 6. *Will. orn.* 123. *t.* 30. *Raj. av.* 53.
Muſcovian. *Alb. av.* 2. *p.* 23. *t.* 29 30.
*Habitat in* Europæ *frigidæ pinetis paludoſis.* Tjäder.
*Exæſtuat in arboribus, efflans tinnitu tamquam ecſtaſi corripitur.*

Tetrix. 2. T. pedibus hirſutis, cauda bifurcata, remigibus ſecundariis baſin verſus albis. *Fn. ſvec.* 168.
Tetrao ſ. Urogallus minor. *Geſn. av.* 494. *Aldr. orn. l. c.* 7. *Will. orn.* 124. *t.* 31. *Raj. av.* 53. *Alb. av.* 1. *p.* 22. *t.* 22.
*Habitat in* Europæ *frigidæ Ericetis, Betuletis.* Orre.
*Exæſtuat in campis obmurmurans erecta cauda tumidisque ſuperciliis, ſibilo efflans; hieme ſæpe nive ſepelitur; ova excludens odore privatur.*

canadenſis. 3. T. pedibus hirſutis, rectricibus nigris apice fulvis, lituris duabus albis ad oculos.
Urogallus maculatus canadenſis. *Edw. av.* 118. *t.* 118. *mas.* & 71. *t.* 71. *femina.*
*Habitat in* Canada.

Lagopus. 4. T. pedibus lanatis, remigibus albis, rectricibus nigris apice albis: intermediis totis albis.
Tetrao rectricibus albis: intermediis nigris apice albis. *Fn. ſvec.* 169.
Lagopus. *Geſn. av.* 577. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 21. *Will. orn.* 127. *t.* 32. *Raj. av.* 55. *Edw. av.* 72. *t.* 72.
*Habitat in* Europæ *alpinis, ex Betula nana victitans.* Snöripa.

*Pedi-*

*Pedibus lanatis leporis; hyeme albus exceptis rectricibus, ſub nive ſæpius cuniculos agens; in ſylvis loquax cachinnis.* Habitat in Lapponia & Norlandia.

Phaſia-nellus. 5. T. pedibus hirſutis, cauda cuneiformi, rectricibus tribus lateralibus albis.
Urogallus minor, cauda longiore. *Edw. av.* 117. *t.* 117.
*Habitat in* Canada.

Cupido. 6. T. pedibus hirſutis, alis ſuccenturiatis cervicalibus.
Urogallus minor fuſcus, cervice plumis alas imitantibus donata. *Catesb. car.* 3. *p.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* Virginia.
Color *Tetricis feminæ*; vertex *ſubcriſtatus*; *a tergo colli duæ parvæ alæ: ſingulæ pennis quinque.*
Confr. Phaſianus Penſylvanicus. *Act. angl.* 48. *p.* 499. *t.* 15.

Bonaſia. 7. T. pedibus hirſutis, rectricibus cinereis punctis nigris faſcia nigra: exceptis intermediis duabus. *Fn. ſvec.* 170.
Gallina corylorum. *Geſn. av.* 229. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 11. *Will. orn.* 126. *t.* 21. *Raj. av.* 55.
*Habitat in* Europæ *Coryletis.* Hjerpe.
*Fiſtula dulce canit volucrem dum decipit auceps.*

* * *Pedibus nudis.*

rufus. 8. T. roſtro pedibusque ſanguineis, gula alba cincta faſcia nigra albo-punctata
Tetrao rectricibus cinereis: ſuperiore medietate hinc inde rufis. *Fn. ſvec.* 171.
Perdix rufa ſ. major. *Geſn. av.* 682. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 18. *Jonſt. av.* 68. *t.* 27. *Will. orn.* 118. *t.* 29. *Raj. av.* 57. *Alb. av.* 1. *p.* 29. *t.* 29.
*Habitat in* Europa *auſtraliori.* Ängerhöna.

Perdix. 9. T. pedibus nudis, macula nuda coccinea pone oculos, cauda ferruginea, ſterno brunneo. *Fn. ſvec.* 172.
Perdix cinerea. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 19. *Jonſt. av.* 68. *t.* 27. *f.* 1. *Will. orn.* 119. *t.* 29. *Raj. av.* 57. *Alb. av. l. p.* 25. *t.* 27.
*Habitat in* Europæ *agris.* Rapphöna.
*Hyeme habitat intra foſſas nivis utraque extremitate apertas.*

10. T.

virginia-nus. 10. T. pedibus nudis, faſcia nigra ſupra & infra oculos, linea verticali fulva.
Perdix virginiana. *Catesb. car.* 3. *p.* 12. *t.* 12.
*Habitat in* America.

marilan-dicus. 11. T. pedibus nudis, cervice albo nigroque punctata.
Perdix novæ angliæ. *Alb. av.* 1. *p.* 26. *t.* 28.
*Habitat in* America.
*In Perdice rufa ſunt puncta alba in diſco nigro infra guttur verſus pectus, in hac vero ejusmodi a tergo colli, nec pedes rubri.*

orienta-lis. 12. T. pedibus antice piloſis: abdomine gulaque atra, collari ferrugineo, cauda cuneiformi.
Tetrao orientalis. *Haſſelq. it.* 278. *n.* 43. L'Attagas Buffon
Perdix damaſcena. *Will. orn.* 128
Francolin. *Tournef. it.* 1. *p.* 158. *t.* 158.
*Habitat in* Oriente. et Europa australi

Coturnix. 13. T. pedibus nudis, corpore griſeo-maculato, ſuperciliis albis, rectricibus margine lunulaque ferruginea. *Fn. ſvec.* 173.
Coturnix. *Geſn. av.* 353. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 22. *Jonſt. av.* 69. *t.* 28. *Raj. av.* 58. *Alb. av.* 1. *p.* 28. *t.* 30.
Tetrao iſraelitarum. *Haſſelq. it.* 279. *n.* 44. NB
*Habitat in* Europa, Aſia, Africa.
*Pennæ corporis ferrugineæ linea longitudinali albida.*
*Chinenſes vivum portando manus calefaciunt. Osb. itin.* 190.



---

Alchata ſ. *Filacotona Aldr. orn. l.* 13. *c.* 8. *Charl. onom.* 77. *t.* 77.
*Habit. in* Arabia, Monſpelii: *mihi non viſa.*

# VI. PASSERES. STARIWAR

*Roſtrum conicum, acuminatum.*
*Nares ovatæ, patulæ, nudæ.*

92. COLUMBA. *Roſtrum* rectum, verſus apicem deſcendens:
*Nares* oblongæ, membrana molli tumida ſemitectæ.
*Lingua* integra.

Oenas. 1. C. cæruleſcens, collo ſupra viridi-nitente, faſcia alarum apiceque caudæ nigricante. *Fn. ſvec.* 174.
Oenas ſ. Vinago. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 7. *Will. orn.* 136. *t.* 35. *Raj. av* 62. *Alb. av.* 3. *p.* 39. *t.* 42. 44.
*domeſtica.* β. Columba domeſtica. *Will. orn.* 130. *t.* 32. *Raj. av.* 59.
*Habitat in* Europa. Dufwa.
*Domeſtica parit quovis menſe pullos duos, per 9. partus annuos, quod intra 4 annos adſcenderet ultra 15000; vetita melancholicis; antequam coeant prius oſculantur; intra ingluviem macerata grana in os pulli evomunt; Mas & femina alternis vicibus incubant; alterque alteram compellit.*

gutturoſa. 2. C. pectore inflato.
Columba gutturoſa. *Will. orn.* 121. *t.* 34. *Raj. av.* 60.
*Habitat. . .*

cucullata. 3. C. pennis occipitis reflexo-erectis.
Columba cucullata ſ. jacobæa. *Raj. av.* 60. *Alb. av.* 3. *p. t.* 43.
Columba anglica ſ. ruſſica. *Geſn. av.* 279.
*Habitat. . .*

Turbita. 4. C. pennis in pectore recurvatis.
Columba turbita dicta. *Raj. av.* 60. *Will. orn.* 132.
*Habitat. . .*

tremula. 5. C. cauda erecta multipenni patula.
Columba tremula laticauda. *Raj. av.* 60.
*Habitat. . .*

6. C.

tabellaria. 6. C. cera lata verrucoſa, palpebris nudis.
Columba eqveſtris. *Alb. av.* 2. *p.* 30. *t.* 45.
Columba tabellaria. *Raj. av.* 60.
*Habitat. . .*
*Longiſſime licet deportata feſtinanter domum redit, hinc olim literas affigerunt per cœlum eunti nuncio.*
*Utrum antecedentes omnes ſpecies veræ diſtinctæ ſint, docebit aliquando Anatomia.*

montana. 7. C. obſcure ruſa, ſubtus flava, orbita oculorum nuda ſanguinea.
Columba minor fulva. *Edw. av.* 119. *t.* 119. *Sloan. jam.* 2. *p.* 304. *t.* 261. *f.* 1.
Perdix montana. *Raj. av.* 183.
*Habitat in* Jamaica.
*Macula alba ſub oculis, gula & ad axillas.*

aſiatica. 8. C. rectricibus cinereis apice albis: intermediis fuſcis, orbita oculorum nuda cærulea.
Turtur indicus fuſcus. *Edw. av.* 76. *t.* 76.
Columba fuſcoruſca media, iride crocea, palpebris imprimis cæruleis. *Brown. jam.* 468.
*Habitat in* Indiis.

guinea. 9. C. rectricibus cinereis apice nigris, orbita oculorum nuda rubra.
Columba maculis triquetris. *Edw. av.* 75. *t.* 75.
*Habitat in* Africa.

hiſpanica. 10. C. cinerea, remigibus rectricibus plumis pedum roſtroque albis. *It. Wgot.* 8.
*Habitat. . .*

Palumbus. 11. C. rectricibus poſtice atris, remigibus primoribus margine exteriore albidis, collo utrinque albo.
Columba collo utrinque albo, poſtice macula fuſca. *Fn. ſvec.* 175.
Palumbus torquatus. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 5. *Will. orn.* 135. *t.* 15. *Raj. av.* 62. *Alb. av.* 2. *p.* 42. *t.* 46.
*Habitat in* Europa, Aſia. Ringdufwa.
*Gregatim volant, agris ſatis infeſtæ.*

cyanocephala. 12. C. capite cæruleo.
Turtur jamaicenſis. *Alb. av.* 2. *p.* 45. *t.* 49.
*Habitat in* America.

leucocephala. 13. C. cæruleſcens, vertice depreſſo albo.
Columba capite albo. *Catesb. car.* 1. *p. t.* 25. *Sloan. jam.* 2. *p.* 303. *t.* 261.
Columba minor leucocoryphos. *Raj. av.* 184.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

leucoptera. 14. C. palpebris nudis cæruleis, iridibus oculorum fulvis.
Turtur indicus fuſcus. *Edw. av.* 76. *t.* 76.
Columba ſubfuſca media, iride crocea, palpebris impinnis cæruleis. *Brown. jam.* 468.
*Habitat in* America.

nicobarica. 15. C. cauda alba, corpore nigro, remigibus cæruleis, dorſo viridi-nitente, pennis colli elongatis.
Columba e nicombar. *Alb. av.* 3. *p.* 44. *t.* 47. 48.
*Habitat in inſula* Nicombar *prope* Pegu *indicum.*

macroura. 16. C. cauda cuneiformi longa, pectore purpuraſcente.
Columba macroura. *Edw. av.* 15. *t.* 15.
Palumbus migratorius. *Catesb. car.* 1. *p.* 23. *t.* 23.
*Habitat in* Canada; *hybernat in* Carolina.

ſinica. 17. C. rectricibus dorſoque fuſcis, abdomine ſanguineo, alis flavis, remigibus nigris.
Columba ſinica. *Alb. av.* 3. *p.* 43. *t.* 46.
*Habitat in* China.

indica. 18. C. corpore purpureo, humeris viridibus, ſuperciliis albis.
Columba alis viridibus. *Edw. av.* 14. *t.* 14.
*Habitat in* India *orientali.*
Pileus *cæruleſcens.* Remiges *primores nigræ.* Rectrices *nigræ, ſed laterales cinereæ. Flexura alarum nigra albo punctata.*

hiſpida. 19. C. plumis minimis erectis per dorſum alasque diſperſis.
*Habitat in* Africa?

Turtur. 20. C. rectricibus apice albis, dorſo griſeo, pectore incarnato, macula laterali colli.
Turtur. *Will. orn.* 134. *t.* 35. *Raj. av.* 61. *Alb. av.* 2. *p.* 43. *t.* 47.
*Habitat in* India.

riſoria. 21. C. ſupra luteſcens, lunula cervicali nigra.
Turtur indicus. *Aldr. orn. t.* 15. *c.* 9. *Will. orn.* 134 *t.* . . *Raj. av.* 61. *n.* 3. *Alb. av.* 3. *p.* 42. *t.* 45.
*Habitat in* India, *nobis communis Turtur.*

paſſerina. 22. C. rectricibus remigibusque obſcurioribus, corpore purpuraſcente, roſtro pedibusque flavis.
Turtur minimus guttatus. *Sloan. jam.* 2. *p.* 305. *t.* 261. *f.* 3. *Catesb. car.* 1. *p.* 26. *t.* 26.
Turtur minimus, alis maculoſis. *Raj. av.* 184. *n.* 25.
Turtur barbadenſis minimus. *Raj. av.* 62. *n.* 5. *Will. orn.* 135. *t.* 36.
Columba ſylveſtris minima braſilienſis. *Raj. av.* 62. *n.* 6.
Picuipinima. *Marcgr. braſ.* 204.
*Habitat in* America *inter tropicos.*
*Alæ extus in tectricibus punctis ſ. maculis fuſcis adſperſæ.*

93. **ALAUDA.** *Roſtrum* cylindrico-ſubulatum, rectum, recta protenſum: Mandibulis æqualibus, baſi deorſum dehiſcentibus.
*Lingua* bifida.
*Unguis* poſticus rectior, digito longior.

arvenſis. 1. A. rectricibus extimis duabus extrorſum longitudinaliter albis: intermediis interiori latere ferrugineis. *Fn. ſvec.* 190.
Alauda non criſtata. *Geſn. av.* 78. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 12.
Alauda vulgaris. *Will. orn.* 149. *t.* 40. *Raj. av.* 69. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 39. *t.* 41.
Alauda arvorum. *Friſch. av.* 3. *t.* 15. *f.* 1
Alauda cœlipeta. *Klein. av.* 71.
*Habitat in* Europæ *apricis.*
*Volatu perpendiculari in aëre ſuſpenſa cantillat:*
*Ecce ſuum tirile, tirile, ſuum tirile tractat;*
*Autumno ſole occidente in retia compellitur.*
*Hyeme pingueſcit in auſtralioribus carne ſapidiſſima.*
*Calculoſis noxia.*



Columbas *ad* Paſſeres *nec ad* Gallinas *pertinere, docet monogamia, oſculatio, incubatus alternus, nutritio pulli, Ova pauca, nidificatio, locus in altis.*

pratenſis. 2. A. rectricibus extimis duabus extrorſum albis, linea ſuperciliorum alba. *Fn. ſvec.* 191.
Alauda pratorum. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 15. *Will. orn.* 150. *Raj. av.* 69. *n.* 3. *Olin. av.* 27.
Alauda ſylveſtris. *Alb. av.* 1. *p.* 40. *t.* 42.
*Habitat in* Europæ *pratis.* arboribus etjam insidet

arborea. 3. A. capite vitta annulari alba cincto.
Alauda rectricibus fuſcis: prima oblique dimidiato-alba, ſecunda tertia quarta macula alba cuneiformi. *Fn. ſvec.* 192.
Alauda arborea. *Will. orn.* 149. *Raj. av.* 69. *n.* 2.
*Habitat in* Europa, *gregaria volitans.*

campeſtris. 4. A. rectricibus fuſcis inferiori medietate, exceptis intermediis duabus, albis, gula pectoreque flaveſcente. *Fn. ſvec.* 193.
Alauda minor campeſtris. *Will. orn.* 150. *Raj. av.* 70. *n.* 6.
*Habitat in* Europa.

trivialis. 5. A. rectricibus fuſcis: extima dimidiato alba, ſecunda apice cuneiformi alba, linea alarum duplici albida.
*Habitat in* Svecia, *in arborum ſummitate.*

criſtata. 6. A. rectricibus nigris: extimis duabus margine exteriori albis, capite criſtato.
Alauda criſtata major. *Raj. av.* 69. *Will. orn.* 151. *t.* 40. *Olin. av.* 13. *Alb. av.* 3. *p.* 48. *t.* 52. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 18.
*Habitat in* Europæ *viis.*

Spinoletta. 7. A. rectricibus fuſcis: extimis duabus oblique dimidiato-albis †
Spinoletta florentinis. *Raj. av.* 70. *Will. orn.* 152.
*Habitat in* Italia.

alpeſtris. 8. A. rectricibus dimidio inferiore albis, gula flava, faſcia ſuboculari pectoralique nigra.
Alauda gutture flavo. *Catesb. car.* 1. *p.* 32. *t.* 32.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*, & *viſa a Kleinio* Gedani.
Corpus *ſupra fuſcum.* Guttur *ad pectus usque flavum.* Abdomen *album.* Pectorale *transverſum nigrum.* *Faſcia nigra, obtuſa, pone ſinum oris.*

9. A.

magna. 9. A. ſubtus flava, faſcia pectorali curva nigra: rectricibus tribus lateralibus albis.
Alauda magna. *Cateſb. car.* 1. *p.* 33. *t.* 33.
*Habitat in* America, Africa.
Corpus *ſcolopacinum, magnitudine Turdi, totum ſubtus flaviſſimum. Pectus macula magna nigricante lunari.* Remiges *fuſcæ: ſecundariæ teſtaceo maculatæ.* Cauda *rotundata: Rectrices 3 laterales maximam partem albæ.* Unguis *poſticus* [illegible]*, et magis curvus quam in reliquis.* Roſtrum *rectum: Maxilla ſuperior teretiuſcula, baſi nuda.*

## 94. STURNUS. *Roſtrum* ſubulatum, angulato-depreſſum, obtuſiuſculum: Mandibula ſuperiore integerrima, marginibus patentiuſculis.
*Nares* ſupra marginatæ.
*Lingua* emarginata, acuta.

vulgaris. 1. S. roſtro flaveſcente, corpore nigro punctis albis. *Fn. ſvec.* 183.
Sturnus. *Geſn. av.* 747. *Bell. av.* 81. *a. Aldr. orn. l.* 16. *c.* 19. *Will. orn.* 144. *t.* 37. *Raj. av.* 67. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 38. *t.* 40. *Olin. av.* 18. *Haſſelqv. itin.* 284. *Stare.*
*Habitat in* Europa, Africa, *victitans inſectis. Nidificat in cavis arborum; migrat in Scaniam; garrula imitatrix; Mas nitens; gregaria avis.*

Luteolus. 2. S. luteus, capite fuſco, pectore maculato, alis fuſco-luteis.
Sturnus luteus benghalenſis. *Edw. av.* 186 *t.* 186.
Pica maderaſpatana ſturni ad inſtar maculata. *Raj. av.* 195. *n.* 7. *t.* 1. *f.* 7.
*Habitat in* India.

Contra. 3. S. fuſcus, macula oculari faſcia alari abdomineque albis.
Sturnus ex albo & fuſco varius benghalenſis. *Edw. av.* 187. *Alb. av.* 3. *p.* 20. *t.* 21.
*Habitat in* India.

Cinclus. 4. S. niger, pectore albo.
Motacilla pectore albo, corpore nigro. *Fn. ſvec.* 216.
Merula aquatica. *Geſn. av.* 609. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 54. *Will. orn.* 104. *t.* 24. *Raj. av.* 66. *n.* 7. *Alb. av.* 2. *p.* 36. *t.* 39. Watnstare.
*Habitat in* Europa *ad aquas: Hyeme ad cataractas, fonteſque non congelandos, ubi deſcendit per voragines voratura Oniſcos aquaticos Inſectaque alia: emergitque non palmipes, hyeme ſolitaria, æſtate plerumque gemina verſatur. Mere inſectivora nec granivora, naribus laminula fere clauſis diſtincta a Motacillis.*

## 95. TURDUS. *Roſtrum* tereti-cultratum, maxilla ſuperiore apice deflexo.
*Nares* nudæ, ſuperne membranula ſemitectæ.
*Lingua* lacero-emarginata.

viſcivorus. 1. T. dorſo fuſco, collo maculis albis, roſtro flaveſcente.
Turdus viſcivorus major. *Raj. av.* 64. *n.* 1. *Will. orn.* 137. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 1.
La Draine Buffon
*Habitat in* Europa.
*Sibimet ipſi malum cacat diſſeminator Viſci, Ilicisque.*

pilaris. 2. T. rectricibus nigris: extimis margine interiore apice albicantibus, capite uropygioque cano. *Fn. ſvec.* 188.
La Litorne Buffon
Turdus pilaris. *Geſn. av.* 753. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 3. *Will. orn.* 138. *t.* 37. *Raj. av.* 64. *n.* 3. *Alb. av.* 1. *p.* 34. *t.* 36. *Friſch. av. . . t.* 26. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 25.
*Habitat in* Europa. Kramsfogel, Snöskata.
*Romani in ornithone maxima diligentia alebant Turdos, altiles reddebant, care pendebant, teſte Varrone, Plutarcho.*
*Nil melius Turdo, nil vulva pulchrius ampla. Horat.*

iliacus. 3. T. alis ſubtus flaveſcentibus, rectricibus tribus lateralibus apice utrinque albis.
Turdus iliacus. *Raj. av.* 64. *n.* 4. *Klein. av.* 66. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 4.
Turdus viſcivorus maurus. *Alb. av.* 1. *p.* 31. *t.* 33.
*Habitat in* Europa.

*Linea nulla ſuperciliorum alba. Caro ob amaritiem minus accepta.*

muſicus. 4. T. alis ſubtus ferrugineis, linea ſuperciliorum albicante. *Fn. ſvec.* 189.
Turdus ſimpliciter dictus viſcivorus minor. *Will. orn.* 138. *t.* 37. *Raj. av.* 64. *n.* 2.
Turdus muſicus. *Friſch. av. t.* 27. *f.* 1. 2. *Alb. av.* 1. *p.* 32, 33. *t.* 35, 34.
*Habitat in* Europæ *ſylvis*; *nido ex luto.* Kladra La Grive Buff.
*E ſummitate arboris verè Luſciniam cantilena imitatur, Diſſeminator cum præcedentibus Juniperi.*

Canorus. 5. T. griſeus, ſubtus ferrugineus, linea alba ad latera capitis, cauda rotundata. *Chin. Lagerſtr.* 11.
Turdus chinenſis. *Osb. it.* 309.
Turdus fuſcus benghalenſis non maculatus. *Edw. av.* 184. *t.* 184.
Baniah bove benghala. *Alb. av.* 3. *p.* 18. *t.* 19.
*Habitat in* Benghala, China.

rufus. 6. T. ferrugineus ſubtus dilutior maculatus, remigibus unicoloribus, cauda rotundata.
Turdus ruffus. *Cateſb. car.* 1. *p.* 28. *t.* 28.
*Habitat in* America *ſeptentrionali & meridionali.*

polyglottos. 7. T. obſcure cinereus, ſubtus pallide cinereus, macula alarum albida.
Turdus minor cæruleo-albus immaculatus. *Sloan. jam.* 2. *p.* 306. *t.* 256. *f.* 3. *Cateſb. car.* 1. *p.* 27. *t.* 27. *Raj. av.* 185. *n.* 31.
Mocking-bird. *Kalm. itin.* 2. *p.* 335. Le Moqueur Buffon.
*Habitat in* Virginia. Carolina, Jamaica.
*Eximia voce cantillat & cantu inſtruitur.*

Orpheus. 8. T. dorſo fuſco, pectore rectricibusque lateralibus albidis, alis faſcia alba. *Brown. jam.* 469.
Turdus cinereus minor. *Edw. av.* 78. *t.* 78.
*Habitat in* America.
*Cauda longa rotundata. Rectrices extimæ albæ. E terra elevatus cantilena ſpectatorem rapit in ſui admirationem.*

plumbeus. 9. S. cæruleſcens, gula atra.
Turdus viſcivorus plumbeus. *Cateſb. car.* 1. *p.* 30. *t.* 30.
*Habitat in* America.

crinitus. 10. T. capite colloque cæruleſcente, abdomine flaveſcente, dorſo vireſcente, rectricibus remigibusque rufis, capite criſtato.

Le Moucherolle a huppe Verte. Buffon Tom VIII pag. 379.

Muſcicapa criſtata, ventre luteo. *Catesb. car.* 1. *p.* 52. *t.* 52.

*Habitat in* America. le Gobe Mouche huppé de Virginie Briſſon

roſeus. 11. T. ſubincarnatus, capite alis caudaque nigris, occipite criſtato.

Merula roſea. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 15. *Will. orn.* 143. *Raj. av.* 67. *Edw. av.* 20. *t.* 20.

Turdus roſeus, capite ex nigro cæruleo & cirrho retro compto, alis & cauda nigris. *Klein. av.* 71.

*Habitat in* Lapponia, Helvetia.

Merula. 12. T. ater, roſtro palpebriſque fulvis. *Fn. ſvec.* 184.

Merula. *Bell. av* 30. *b.* *Geſn. av.* 603. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 6. *Will. orn.* 140. *t.* 37. *Raj. av.* 65. *n.* 1. *Alb. av.* 1. 35. *t.* 37. *Friſch. av.* 27. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 29.

*Habitat in* Europæ *ſylvis, Juniperi diſſeminator.*

*Femina fuſca eſt. Pullus primo anno, etiam maſculus, roſtro nigro.* Kaltraſt.

torquatus. 13. T. nigricans, torque albo, roſtro flaveſcente. *Faun. ſvec.* 185.

Merula torquata. *Geſn. av.* 607. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 11. *Will. orn.* 143. *t.* 37. *Raj. av.* 65. *n.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 37. *t.* 39. *Friſch. av.* 30. *f.* 1. 2.

*Habitat in* Europa. in ſylvis montanis.

ſolitarius. 14. T. cæruleus, remigibus rectricibuſque nigris, abdomine lineolis cinereis undulato.

Paſſer ſolitarius. *Willugb. orn.* 191. *Raj. av.* 66. *Edw. av.* 18. *t.* 18. *Olin. av.* 14. *Act. Upſ.* 1750. *p.* 21.

*Habitat in* Oriente. et Auſtrali Europa

*Mas cærulescens; Femina cinerea, ſubtus lineolis albis & cinereis undulata.* Le Merle Bleu Buffon

arundinaceus. 15. T. griſeus, ſubtus albidus lineolis tranſverſis lunatis fuſcis, pedibus cæruleſcentibus.†

Turdus muſicus paluſtris dumetorum arundinum. *Klein. av.* 179. *f.* 3.

*Habitat in Arundinetis* Europæ *ſeptentrionalis.*

*Mas*

*Mas indeſinenter cantillans, toto die, ſub incubatu Feminæ in terra nidulantis. Klein.*

vireus. 16. T. nigro-virens, ſubtus luteſcens, ſuperciliis albis.
Oenanthe americana, pectore luteo. *Cateſb. car.* 1. *p.* 50. *t.* 50.
*Habitat in* America.

## 96. LOXIA. *Roſtrum* conico-gibbum, fronte ſubcalvum: Mandibula inferior margine laterali inflexa.

*Nares* in baſi roſtri.

*Lingua* integra.

Curviroſtra. 1. L. roſtro forficato. *Fn. ſvec.* 177. *Korsnäf.*
Loxia. *Geſn. av.* 592. *Aldr. orn l.* 12. *c.* 47. *Charl. onom.* 68. *t.* 68. *Will. orn.* 181. *t.* 44. *Raj. av.* 86. *Alb. orn.* 1. *p.* 58. *t.* 61. *Friſch. av.* 2. *t.* 11. *f.* 3. 4.
*Habitat in* Europæ *Abietis, ſtrobilos enucleans, at non in ipſa arbore, diſſeminator Abietis roſtro ſingulari.*

Coccothrauſtes. 2. L. linea alarum ſimplici alba, rectricibus latere tenuiore baſeos albis.
Coccothrauſtes. *Geſn. av.* 276. *Aldr. ornith. l.* 16. *c.* 20. *Jonſt. av.* . . *t.* 37. *Charlet. onom.* 84. *t.* 85. *Olin. av.* 37. *Raj. av.* 85. *Alb. orn.* 1. *p.* 54. *t.* 56. *Edw. av.* 188. *t.* 188. *It. ſcan.* 332. *n.* 1.* *Friſch. av.* 1. *t.* 4. *f.* 2. 3.
*Habitat in* Europa *auſtraliori, Ceraſa enucleans, diſſeminans.*

Enucleator. 3. L. linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus. *Fn. ſvec.* 176. *Swensk Papegoja, Tallsogel*
Rubicilla maxima canadenſis. *Edw. av.* 123. *t.* 123. 124.
*Habitat in* Sveciæ *ſummæ,* Canadæ *Pinetis, victitans ſtrobilis; diſſeminator Pini. Noctu egregie canorus; migrat hyeme ad auſtrales Sveciæ provincias, Upſaliam tranſit fine octobris. Junior ruber, Senior flavus.*

Pyrrhula. 4. L. artubus nigris, tectricibus caudæ remigumque poſticarum albis. *Fn. ſvec.* 178. *Domherre.*

Rubi-

Rubicilla ſ. Pyrrhula. *Geſn. av.* 733. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 31. *Jonſt. av. . . t.* 43. *Will. ornith.* 130. *t.* 43. *Raj. av.* 86. *Alb. orn.* 1. *t.* 59. 60. *Friſch. av. . . t.* 2. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 40.
*Habitat in* Europæ *ſylvis, Sorbi diſſeminator.*
*Mas ſubtus ruber, Femina ſubtus fuſco-cinerea.*

Cardinalis. 5. L. rubra, facie nigra. *Chin. Lagerſtr.* 13.
Cardinalis. *Will. orn.* 245. *t.* 44. *f.* 8.
Coccothrauſtes capenſis ruber, roſtro hiante. *Pet. gaz.* 16. *t.* 16. *f.* 7.
Coccothrauſtes rubra. *Catesb. car.* 1. *p.* 38. *t.* 38. *Friſch. ornith.* 1. *t.* 4. *f.* 1.
Coccothrauſtes indica criſtata. *Alb. orn.* 1. *p.* 55. *t.* 57. & 3. *t.* 61. *Aldr. orn l.* 16. *c.* 21. *Raj. av.* 85.
Pſittacus criſtatus ruber. *Seb. muſ.* 1. *p.* 96. *t.* 60. *f.* 4.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Dominicana. 6. L. nigra, capite gulaque coccineis, pectore abdomine remigumque margine albis. *Chin. Lagerſtr.* 14.
Rubicilla americana. *Will. orn.* 180. *Raj. av.* 86.
Cardinalis dominicanus. *Edw. av.* 127. *t.* 127.
Gviralivica. *Marcgr. braſ.* 211.
*Habitat in* Braſilia.

criſtata. 7. L. albicans, fronte criſtata, uropygio pedibusque rubris, rectricibus intermediis longiſſimis.
*Habitat in* Æthiopia. *J. Burmannus.*
*Avis inter maximas ſui generis. Criſta Maris rubra, Feminæ alba. Pectus in mare rubrum. Rectrices cinereæ: intermediæ duæ duplo longiores.*

mexicana. 8. L. rubra, alis nigris.
Avis mexicana rubra paſſeris ſpecies. *Seb. muſ.* 1. *p.* 101. *t.* 95. *f.* 1.
*Habitat in* America *auſtrali.*

eryocephala. 9. L. cineraſcens, capite purpuraſcente, pectore albo maculato.
Paſſer paradiſæus, capite rubro, pectore nigro albo maculato. *Edw. av.* 180. *t.* 180.
*Habitat in* Africa.

Cor-

Corpus *ſupra cinereum, griſeo maculatum; ſubtus totum fuſcum maculis albis rotundis.* Alæ *fuſcæ.* Remiges *margine griſeæ.* Cauda *nigra, forficata.* Caput *purpureum.*

flavicans. 10. L. flava, dorſo vireſcente, capite fulvo. *Chin. Lagerſtr.* 17.
*Habitat in* Aſia.

oryzivora. 11. L. fuſca, temporibus albis, roſtro rubro. *Chin. Lagerſtr.* 16.
Loxia remigibus rectricibusque nigris. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 18.
Fringilla capite & gula nigra, temporibus albis. *Osb. iter.* 103.
Oryzivora. *Edw. av.* 41. *t.* 41, 42.
Paſſer indicus. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 24.
*Habitat in* Aſia *&* Æthiopia *inter Oryzam.*

panicivora. 12. L. nigra, ala ſpuria alba, roſtro incarnato.
Fringilla nigra. *Alb. av.* 3. *p.* 65. *t.* 69.
*Habitat in* India.
*An præcedentis Femina?*

punctulata. 13. L. ferruginea, abdomine nigro albo-maculato.
Paſſer indicus fuſcus, ventre ex albo & nigro punctato. *Edw. av.* 40. *t.* 40.
*Habitat in* Aſia.

hordeacea. 14. L. fulva, temporibus albis, cauda pectoreque atris. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . .
*Habitat in* Indiis.
Corpus *magnitudine Motacillæ albæ. Griſea ſunt* Humeri, Femora, Ani *regio, margines* Rectricum. *Nigra ſunt* Tempora *ad roſtrum usque,* Alæ *&* Remiges, Cauda *&* Rectrices, Pectus. *Fulva ſunt* Caput, Collum, Uropygium.

ſanguinirostris. 15. L. griſea, ſubtus alba, roſtro pedibusque ſanguineis. *Chin. Lagerſtr.* 15.
*Habitat in* Aſia.

Aſtrild. 16. L. griſea fuſco-undulata, roſtro temporibus pectoreque coccineis.
Waxbill. *Edw. av.* 179. *t.* 179.

*Habi-*

*Habitat in* Canariis, America, Africa.
*Magnitudo Reguli; ſupra griſea fuſco undalata; ſubtus pectore purpurea.* Cauda *rotundata, griſea lineolis transverſis fuſcis numeroſis.* Roſtrum *coccineum, gibbum. Faſcia coccinea per oculos ducta.*

cyanea. 17. L. cærulea, remigibus rectricibusque nigris. *Chineas. Lagerſtr.* 13.
Coccothrauſtes cæruleus. *Edw. av.* 125. *t.* 125.
*Habitat in* Angola.

Lineola. 18. L. nigra, linea frontali temporibusque albis.
*Habitat in* Aſia.
Corpus *magnitudine Pari; ſupra nigrum, e cæruleo nitidum; ſubtus album.* Roſtrum *nigrum, gibbum. Linea a fronte ad verticem ducta alba. Macula alba ſupra maxilla inferiore. Remiges nigræ: Primores baſi anteriore albæ, unde macula alarum alba.* Cauda *nigra, bifurcata.*

mexicana. 19. L. griſea, fronte gula uropygio ſuperciliisque luteis.
Linaria mexicana, capite flavo. *Edw. av.* 44. *t.* 44.
*Habitat in* America. *Muſ. DeGeer.*
Magnitudo *Fringillæ. Faſciæ duæ cineraſcentesque in tectricibus alarum.* Cauda *integra.*

Chloris. 20. L. flavicanti-virens, remigibus primoribus antice luteis, rectricibus lateralibus quatuor baſi luteis.
Fringilla eadem. *Fn. ſvec.* 202. Svenska.
Chloris. *Geſn. av.* 259. *Will. orn.* 129. *Raj. av.* 85. *n.* 4. *Alb. av.* 1. *p.* 56. *t.* 58. *Friſch. av. l.* 8. *f.* 3. 4. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 18.
*Habitat in* Europa. in sepibus, ova sex maculis sanguineis
*Media quaſi inter Loxias & Emberizas, ſed roſtrum craſſius quam in Emberizis.*

butyracea. 21. L. vireſcens, fronte ſuperciliis pectore abdomineque flavis, caudæ apice albo.
*Habitat in* India.
Corpus *magnitudine & figura Ligurini, viride, fuſco maculatum; ſubtus totum flavum.* Frons *& inde linea ſupra oculos flava.* Tempora *flava.* Cauda *nigricans, bifurca, apice alba.*

22. L

Collaria. 22. L. flaveſcens, pectore collarique flavis, temporibus nigris.
*Habitat in* Indiis.
Roſtrum *nigrum.* Pedes *fuſci.* Frons *calva.* Genæ *nigræ.* Pectus & *ferme* Collare *flava.* Corpus *viride flaveſcens*, *magnitudine Pari minimi.*

benghalenſis. 23. L. griſea, pileo flavo, temporibus albidis, abdomine albido fuſco-maculato.
Paſſer benghalenſis, capite flavo. *Edw. av.* 189. *t.* 189. *Alb. av.* 2. *p.* 48. *t.* 52.
*Habitat in* Benghala.

malabarica. 24. L. cinerea, remigibus rectricibusque nigris, gula anoque albis.
*Habitat in* Indiis.
Corpus *magnitudine & facie Pari.* Roſtrum *nigrum.* Gula *alba.* Remiges & Rectrices *nigræ.* Ani *regio albida.*

fuſca. 25. L. fuſca, ſubtus albida, remigibus a tertia ad nonam baſi omnino albis. *Chin. Lagerſtr.* 19.
*Habitat in* Benghala.

melanocephala. 26. L. lutea, capite atro.
Coccothrauſtes gambogia. *Alb. av.* 3. *p.* 58. *t.* 62.
*Habitat in* Gvinea.

cana. 27. L. cana, remigibus rectricibusque fuſcis, pedibus rubris.
Linaria cinerea orientalis. *Edw. av.* 179. *t.* 179. *f.* 1.
*Habitat in* Aſia.
*Margines rectricum & oris regio albida.*

nigra. 28. L. nigra, macula alba humeri remigumque duarum exteriorum.
Rubicilla minor nigra. *Catesb. car. p.* 68. *t.* 68. *Alb. av.* 3. *p.* 65. *t.* 69.
*Habitat in* America *auſtrali.*

cærulea. 29. L. cærulea, alis fuſcis faſcia baſeos purpurea.
Coccothrauſtes cærulea. *Catesb. car.* 1. *p.* 39. *t.* 39.
*Habitat in* America.

violacea. 30. L. violacea, ſuperciliis gula anoque rubris.
Coccothrauſtes purpurea. *Cateſb. car.* 1. *p.* 40. *t.* 40.
*Habitat in* America.

minuta. 31. L. griſea, uropygio ſubtusque ferruginea, remigibus 4, 5, 6, baſi utrinque albis, cauda integra. *Rolander.*
*Habitat* Surinami.
*Avicula vix Regulo major; Roſtrum breve, craſſum, ſubobtuſum.*

bicolor. 32. L. fuſca, ſubtus rubra.
Rubicilla fuſca minima. *Edw. av.* 83. *t.* 83. *f.* 1.
*Habitat in* India.
*Magnitudo L. minutæ.*

## 97. EMBERIZA. *Roſtrum* conicum.

*Mandibulæ* baſi deorſum a ſe invicem diſcedentes: inferiore lateribus inflexo-coarctata; ſuperiore anguſtiore.

nivalis. 1. E. remigibus albis: primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis.
Alauda remigibus albis: primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. *Act. Stockh.* 1740. *p.* 368. *t.* 1. *f.* 9. *Fn. ſvec.* 194. *t.* 1. *f.* 194.
Pied-Chaffinch. *Alb. av.* 2. *p.* 50. *t.* 54. & 3. *p.* 67. *t.* 71.
Avis ignota piperini. *Geſn. av.* 798.
Fringilla albicans. *Aldr. orn. l.* 8. *c.* 357. *t.* 15. *f.* 1.
Montifringilla calcaribus alaudæ. *Will. orn.* 187. *t.* 77. *Raj. av.* 88.
Miliaria nivis. *Friſch. av.* 2. *t.* 6. *f.* 1. 2.
Avis nivis. *Martenſ. ſpitsb.* 53. *t. K. f. B. Edw. av.* 126. *t.* 126. *Snöſparſ.*
*Habitat in alpibus* Lapponiæ, Spitsbergæ *ad ſinum* Hudſonis *alibique, terræ inſidens; intenſiore hyeme ad nos migrans; avena nutritur, Sapidiſſima; hyeme alba; noctu vigil.*

Calandra. 2. E. griſea nigro-maculata. *Fn. ſvec.* 206. *It. ſcan.* 292. *t.* 4.

Em-

Emberiza alba. *Geſn. av.* 561. *Raj. av.* 93. *Will. orn.* 195. *t.* 40. *Alb. av.* 2. *p.* 46. *t.* 50. *Olin. av.* 50.
Alaudæ congener. *Aldr. orn.*
Miliaria cana. *Friſch. av.* . . *t.* 6. *f.* 4.
*Habitat in* Europa. Kornlärkna.
*Præcedenti valde affinis.*

Hortulana. 3. E. remigibus nigris: primis tribus margine albidis, rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorſum nigris. *Fn. ſvec.* 208.
Hortulanus. *Geſn. av.* 570. *Friſch. av.* . . *t.* 37. *Will. orn.* 167. *t.* 40. *Raj. av.* 93. *n.* 6. *Olin. av.* 22. *Albin. av.* 2. *t.* 50.
Miliaria pinguescens. *Friſch. av.* 2. *t.* 5. *f.* 3. 4.
*Habitat in* Europa.
Oculorum *orbita ſ. palpebræ nudæ flavæ, ut oculi annulo flavo cingantur nudo, & caput ſubtus ad maxillam inferiorem flavum.* Transmigrans menso martii

Citrinella. 4. E. rectricibus nigricantibus: extimis duabus latere interiore macula alba acuta. *Fn. ſvec.* 205.
Emberiza flava. *Geſn. av.* 653. *Will. orn.* 196. *t.* 40. *Raj. av.* 93. *n.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 63. *t.* 66.
Luteæ alterum genus. *Aldr. orn.*
Miliaria lutea. *Friſch. av.* 2. *t.* 5. *f.* 2.
*Habitat in* Europa, *nidificat humi in pratis.* Gohlſpinck
*Hyeme domeſtica; æſtate colligit larvas Braſſicæ.*

Orix. 5. E. griſea, fronte abdomineque nigris, collo uropygioque fulvis, roſtro nigro.
Paſſer angolenſis, capite nigro, collo & uropygio flavis. *Edw. av.* 178. *t.* 178.
*Habitat in* Africa *interiore.*

Quelea. 6. E. dorſo griſeo, fronte nigra, roſtro coccineo.
*Habitat in* India.
Roſtrum *coccineum, craſſum Loxiæ, at non incurvum, maxillis Emberizæ.* Frons *undique circum roſtrum atra.* Caput, Humeri, Alæ *nigro griſeoque maculatæ ut Paſſeris domeſtici.* Pectus & Abdomen *albo ſubincarnata.* Remiges Rectriceſque *nigricantes margine undique cinereo.* Pedes *Ungueſque incarnati.*

militaris. 7. E. fuſca, pectore gula humerisque ſanguineis.
Turdus ater, pectore coccineo. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 18. *Chin. Lagerſtr.* 12.
Rubicilla fuſca major. *Edw. av.* 82. *t.* 82.
*Habitat in* America, Aſia.
Magnitudo *Sturni.* Color *ſupra e ſcolopacino fuſcus, ſubtus ſanguineus.* Roſtrum *baſi ſubcalvum.* Remiges *fuſcæ:* 1, 2 *margine exteriore griſeæ.* Rectrices *æquales, fuſcæ: apice faſciis pallidioribus variæ.*

atrata. 8. E. atra nitens.
*Habitat in* India.
*Tota, etiam roſtro, aterrima, corpore ſupra parum e cæruleo vireſcente, nitido ut in Corvo; magnitudo Turdi.*

familiaris. 9. E. griſeo-maculata, apicibus rectricum albis, dorſo poſtico flavo.
Motacilla capite & roſtro nigro, uropygio luteo. *Osb. iter.* 102.
*Habitat in* Aſia.
Corpus *magnitudine Ligurini, ſupra cinereum maculis fuſcis, ſubtus cinereum.* Dorſum *ſub alis & verſus caudam flavum.* Tectrices *caudæ albæ.*

flaveola. 10. E. griſea, facie flava.
*Habitat in* calidis *regionibus.*
Corpus *magnitudine Ligurini.* Frons *&* Gula *flavæ.*

pſittacea. 11. E. cinereo-fuſca, alis fulvis, rectricibus duabus longiſſimis.
Fringilla braſilienſis. *Seb. muſ.* 1 *p.* 103. *t.* 66. *f.* 5.
*Habitat in* America *auſtrali.*

paradiſæa. 12. E. fuſca, pectore rubro, rectricibus duabus longioribus acuminatis, intermediis duabus longiſſimis.
Paſſer indicus. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 23. *Will. orn.* 184. *t.* 45.
Paſſer pſittacus indicus, cauda longa. *Pet. gaz. . . t.* 55. *f.* 1.
Paſſer pectore rubro, cauda longiſſima. *Edw. av.* 86. *t.* 86.
*Habitat in* Africa.
*Nigra eſt ſed* cervice *&* pectore *coccineo. Deponit quotannis longas caudæ pennas, uti Pavo.*

13. E.

Ciris. 13. E. capite cæruleo, abdomine fulvo, dorſo viridi, pennis viridi-fuſcis. *Act. Stockh.* 1750. *p.* 278. *t.* 7. *f.* 1.
Fringilla tricolor. *Cateſb. car.* 1. *p.* 44. *t.* 44.
Fringilla tricolor mexicenſis. *Edw. av.* 130. *t* 130.
Fringilla chinenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 64. *t.* 68.
β. Liniaria cærulea. *Cateſb. car.* 1. *p.* 44. *t.* 44.
*Habitat in* America.
Caput *totum* & Collum *cæruleum.* Dorſum, Alæ Caudaque *ſupra viridia; tota ſubtus lutea, ſed* Pectus *antice fulvum.* β. Femina *cærulea ſolo abdomine albo, hieme fere griſea evadit.*

Alario. 14. E. capite pectoreque atro, abdomine albo, alis rubris.
Paſſer capenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 63. *t.* 67.
*Habitat ad* Cap. b. Spei.

## 98. FRINGILLA. *Roſtrum* conicum, rectum, acutum.

oryzivora. 1. F. fuſca, cervice fulva, macula alarum dorſoque poſtico albis.
Hortulanus carolinenſis. *Cateſb. car.* 1. *p.* 14. *t.* 14.
Emberiza carolinenſis. *Klein. av.* 92.
*Habitat in* Cuba, *ubi autumno conſumta Oryza, feminæ ſolæ deſcendunt in* Carolinam.
*Femina griſea tota a mare colore differt.*

cœlebs. 2. F. artubus nigris, remigibus utrinque albis: tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis. *Fn. ſvec.* 199. *t.* 2. *f.* 199.
Fringilla. *Geſn. av.* 387. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 6. *Will. orn.* 186. *t.* 45. *f.* 4. *Raj. av.* 88. *Alb. av.* 1. *p.* 60. *t.* 63. *Friſch. av.* . . *t.* 1. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 31.
*Habitat in* Europa. Dofinck.
*Femina ſola migrat per Belgium in Italiam. Mas capite pileato, vere mutato ſono æſtatem annunciat.*

Montifringilla. 3. F. alarum baſi ſubtus flaviſſima. *Fn. ſvec.* 198. *t.* 2. *f.* 198.
Montifringilla ſ. Fringilla montana. *Jonſt. av.* 99. *t.* 38. *Will. orn.* 187. *t.* 45. *f.* 5. *Raj. av.* 88. *Alb. av.* 3. *p.* 60. *t.* 64. *Friſch. av.* . *t.* 3. *f.* 2. 3. *Olin. av.* 32. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 7
*Habitat in* Europa. Norrqvint.

lulenſis. 4. F. fuſca, pectore humeriſque rufis, alis nigris macula rufa. *Fn. ſvec.* 197.
*Habitat in* Svecia. ad Luleå West

lapponica. 5. F. capite nigricante maculato: macula pone oculos alba. *Fn. ſvec.* 196.
Fringilla major. *Alb. av.* 3. *p.* 59. *t.* 63.
*Habitat in* Lapponia. ad Torneo.

ſylvatica. 6. F. artubus remigibus rectricibuſque nigris: duabus utrinque extimis a medio extrorſum albis. *Fn. ſvec.* 200.
*Habitat in* Svecia.

melancholica. 7. F. griſea nigro-punctata, area a roſtro per latera colli atra.
Embriza fuſca americana. *Edw. av.* 85. *t.* 85.
*Habitat in* America *auſtrali.*

erythrophthalma. 8. F. nigra rubro relucens, abdomine rufeſcente, macula alarum alba.
Paſſer niger, oculis rubris. *Catesb. car.* 1. *p.* 34. *t.* 34.
*Habitat in* America.

Carduelis. 9. F. remigibus antrorſum luteis: extima immaculata, rectricibus duabus extimis medio reliquiſque apice albis. *Fn. ſvec.* 195.
Carduelis. *Geſn. av.* 242. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 3. *Jonſt. av.* 97. *t.* 37. *Will. orn.* 189. *t.* 46. *Raj. av.* 89. *n.* 1. *Merian. inſ. t.* 173. *Alb. av.* 1. *p.* 61. *t.* 64. *Friſch. av.* . *t.* 1. *f.* 3. 4. *Olin. av.* 10.
*Habitat in* Europæ *juniperetis*; *hyeme in capitatis plantis.* Stiglitsa.

Melba. 10. F. facie caudaque rubris, abdomine albo nigroque undato, dorſo viridi.
Carduelí affinis viridis. *Edw. av.* 128. *t.* 128.
*Habitat in* China.

Amandava. 11. F. rectricibus purpureis medietate poſtica atris.
Amandava. *Alb. av.* 3. *p.* 72. *t.* 77.
*Habitat in* India *orientali.*
Mas *totus purpureus*; Femina *cinerea exceptis* roſtro & rectricibus.

12. F.

Gyrola. 12. F. viridis, capite rubro, collari flavo, pectore cæruleo.
Paſſer viridis, capite rubro. *Edw. av.* 23. *t.* 23.
*Habitat in* America.

rubra. 13. F. rubra tota.
Muſcicapa rubra. *Cateſb. car.* 1. *p.* 56. *t.* 56.
*Habitat in* America.

triſtis. 14. F. flava, fronte nigra, alis fuſcis.
Carduelis americana. *Cateſb. car.* 1. *p.* 43. *t.* 43.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Zena. 15. F. capite nigro, faſcia alba alarum ſupra infraque oculos, pectore fulvo.
Fringilla bahamenſis. *Cateſb. car.* 1. *p.* 42. *t.* 42.
*Habitat in* America *meridionali.*

braſiliana. 16. F. cauda cuneiformi, corpore rufeſcente, temporibus uropygio abdomineque violaceis, roſtro rubro.
Fringilla coloribus rufo & cæruleo braſilienſis. *Edw. av.* 191. *t.* 191.
*Habitat in* Braſilia.

butyracea. 17. F. virens, ſuperciliis pectore abdomineque flavis, remigibus primoribus margine exteriore albis.
Chloris indicus. *Edw. av.* 84.
*Habitat in* Madera.
*Similis Loxiæ butyraceæ, ſed roſtrum minus.*

Canaria. 18. F. roſtro corporeque albicante, rectricibus remigibusque vireſcentibus. *Fn. ſvec.* 207.
Canaria. *Geſn. av.* 240. *Aldr. orn. l.* 18 *c.* 5.
Paſſer canarienſis. *Jonſt. av. t.* 26. *Will. orn.* 192. *t.* 46. *Raj. av.* 91. *n.* 6. *Alb. av.* 1. *p.* 62. *t.* 65. *Friſch. av.* 2. *t.* 12. *f.* 5. *Olin. av.* 7.
*Habitat in* Canariis *inſulis.* Canariefogel.
*Seminibus Phalaridis imprimis victitans; hybrida parit, ſed non ejus nepos.*

Spinus. 19. F. remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis, rectricibus baſi flavis apice nigris. *Fn. ſvec.* 203.
Acanthus avicula. *Geſn. av.* 1.
Spinus ſ. Ligurinus. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 4. *Will. orn.* 192 *t.* 46. *Raj. av.* 91. *n.* 1. *Alb. av.* 3. *p.* 71. *t.* 76. *Friſch. av.* 2. *t.* 11. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 15.
*Habitat in* Europæ *juniperetis.* Grönsiska

flammea. 20. F. fuſca, criſta flammea. *Faun. ſvec.* 201.
Linaria ſ. Luteola nigra. *Klein. av.* 93.
*Habitat in* Europa. imprimis Norlandia

flaviroſtris. 21. F. fuſca, roſtro flavicante. *Faun. ſvec.* 204.
*Habitat in* Europa. Sv: Rifska.

cannabina. 22. F. remigibus primoribus rectricibusque nigris utroque margine albis. *Fn. ſvec.* 209.
Linaria rubra major. *Will. orn.* 191. *t.* 46. *Raj. av.* 90. *n.* 2. *Alb. av.* 3. *p.* 68. *t.* 72. 73. *Friſch. av.* 2. *t.* 9. *f.* 1. 2.
*Habitat in* Europa. Hämpling.

Linaria. 23. F. remigibus rectricibusque fuſcis margine obſolete pallido, litura alarum albida. *Fn. ſvec.* 210.
Linaria rubra. *Geſn. av.* 591. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 9. *Will. orn.* 191. *Raj. av.* 91. *n.* 3. *Alb. av.* 3. *p.* 70. *t.* 75. *Friſch. av. t.* 19. *f.* 3. 4.
*Habitat in* Europa. Gråsiska.

angolenſis. 24. F. dorſo fuſco, abdomine caudaque cæruleis.
Fringilla ventre cæruleo. *Edw. av.* 131. *t.* 131.
*Habitat in* Angola & Africa.

violacea. 25. F. violacea, fronte ſubtusque flaviſſima. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . .
*Habitat in* Calidis *regionibus.*
*Nigro-cærulea ſunt* Dorſum, Collum, Remiges, Rectrices *ſupra. Flaviſſima ſunt* Frons, Pectus, Abdomen, Collum *ſubtus.* Roſtrum *breviſſimum, trigonum, nigrum apice incurvo.*

ſchœniclus. 26. F. rectricibus fuſcis: extimis duabus macula alba cuneiformi, corpore griſeo nigroque, capite nigro.
Fringilla capite nigro, maxillis rufis, torque albo, corpore rufo-nigricante. *Fn. ſvec.* 211.
Paſſer aquaticus ſ. Schœniclos. *Geſn. av.* 652.
Junco ſ. Paſſer arundinaceus. *Aldr. orn.* 529.
Paſſer torquatus in arundinetis nidificans. *Will. orn.* 196. *Raj. av.* 93. *n.* 3.
Cannevarola. *Alb. av.* 2. *p.* 47. *t.* 51.
*Habitat in* Europa. Säf-Sparf
*Similis F. domeſticæ gula nigra, ſed capite nigro, collari albo, cauda maxime forcipata.*

27. F.

domeſtica. 27. F. remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, faſcia alarum alba ſolitaria.

Fringilla remigibus rectricibusque fuſcis, gula nigra, temporibus ferrugineis. *Fn. ſvec.* 212.

Paſſer domeſticus. *Geſn. av.* 643. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 10. *Will. orn.* 182. *t.* 44. *Raj. av.* 86. *Alb. av.* 1. *p.* 5. 9. *t.* 62. *Friſch. av. . . t.* 8. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 42.

*Habitat in* Europa *prope rura.* Tätting. Gråſparf.

*Salaciſſimus qui vigeſies ſæpe coit. Hortis peſſima.*

montana. 28. F. remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, alarum faſcia alba gemina.

Paſſer montanus. *Aldr. orn. t.* 15. *c.* 15. *Olin. av.* 46. *Raj. av.* 87.

*Habitat in* Europa.

*Simillima Fr. domeſticæ ſed minor & faſcia duplex in alarum tegetibus alba ſ. tectrices alarum primi ſecundique ordinis albi, at in F. domeſtica tantum ſecundi.*

chinenſis. 29. F. ferruginea, capite atro, roſtro cæruleo.

Paſſer chinenſis. *Alb. av.* 2. *p.* 49. *t.* 53. *f.* 1. *Edw. av.* 43. *t.* 43.

*Habitat in* China.

*Roſtrum craſſum fere Loxiæ.*

hyemalis. 30. F. nigra, ventre albo.

Paſſer nivalis. *Catesb. car.* 1. *p.* 36. *t.* 36.

*Habitat in* America.

Zena. 31. F. capite pectoreque nigris, dorſo alis caudaque obſcure vireſcentibus.

Paſſer bicolor bahamenſis. *Catesb. car.* 1. *p.* 37. *t.* 37.

*Habitat in* America.

## 99. MOTACILLA. *Roſtrum* ſubulatum, rectum: Mandibulis ſubæqualibus. *Nares* obovatæ. *Lingua* lacero-emarginata.

Luſcinia. 1. M. rufo-cinerea, genuum annulis cinereis. *Fn. ſvec.* 221.
Luſcinia. *Geſn. av.* 592. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 2. *Will. orn.* 161. *t.* 41. *Raj. av.* 78. *n.* 2. *Alb. av.* 3. *p.* 49. *t.* 53. Næktergahl.
*Habitat in* Europæ *frondoſis, noctu veſpereque cantillans: tanta vox tam parvo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus; ſpiritu ſimul efficiens quam cantu. Plin. X:* 29. *Miratrix avis, nutritur ovis Formicarum.*

Calidris. 2. M. ſupra fuſco-vireſcens, ſubtus fulva, linea oculari ſubocularique nigra.
Luſcinia americana. *Edw. av.* 121. *t.* 121. *f.* 2.
Icterus minor nidum ſuſpendens. *Sloan. jam.* 2. *p.* 299. *Raj. av.* 184. *n.* 27.
*Habitat in* America.
*Rectrices apice luteæ.*

modularis. 3. M. ſupra griſeo-fuſca, tectricibus alarum apice albis, pectore cæruleſcente-cinereo. *Fn. ſvec.* 223.
Curruca cantu luſciniæ. *Friſch. av. t.* 21. *f.* 3. *Klein. av.* 73. *t.* 1.
*Habitat in* Europa. Jærnſparf.

Schœnobænus. 4. M. teſtaceo-fuſca, ſubtus pallide teſtacea, capite maculato. *Fn. ſvec.* 222.
*Habitat in* Europa. in ſcirpos ſcaniæ.

campeſtris. 5. M. griſea, capite cinereo, rectricibus concoloribus, abdomine albido.
Curruca jamaicenſis. *Edw. av.* 122. *t.* 122. *f.* 2.
*Habitat in* Jamaica.

Curruca. 6. M. ſupra fuſca, ſubtus albida, rectricibus fuſcis: extima margine tenuiore alba. *Fn. ſvec.* 233.

Cur-

---

Motacillæ *pleræque inſectivoræ, nec granivoræ, hinc hyemem verſus e borealibus ad meridionales terras migrant.*

Curruca. *Geſn. av.* 370. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 34. *Will. orn.* 157. *Raj. av.* 79. *n.* 6.
*Habitat in* Europa. Knika.

Hippolais. 7. M. virescenti-cinerea, ſubtus flaveſcens, abdomine albido, artubus fuſcis. *Fn. ſvec.* 234.
Ficedula ſeptima. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 37. *Raj. av.* 79. *n.* 7.
*Habitat in* Europa. in arboribus.

Salicaria. 8. M. cinerea, ſubtus alba, ſuperciliis albis.
Luſcinia ſalicaria. *Klein. av.* 74.
Salicaria Gesneri. *Will. orn.* 158. *Raj. av.* 81. *Alb. av.* 3. *p.* 56. *t.* 60.
*Habitat in* Europa.

Sylvia. 9. M. fuſco-cinerea, ſubtus alba, rectrice prima longitudinaliter dimidiato alba, ſecunda apice alba. *Fn. ſvec.* 228.
*Habitat in* Europa. Skogsknektar. Ukesar.

Philomela. 10. M. fuſco-griſea, ſubtus cinerea, remigibus primoribus apice obſoletis.
Luſcinia altera. *Klein. av.* 73. *t.* 1.
*Habitat in* Europa.

Ficedula. 11. M. fuſceſcens, ſubtus alba, pectore cinereo maculato. *Fn. ſvec.* 231.
Ficedula cannabina. *Will. orn.* 163. *Raj. av.* 81. *n.* 12. *Alb. av.* 3. *p.* 25. *t.* 26.
*Habitat in* Europa. in hortis.

alba. 12. M. pectore nigro, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis.
Motacilla pectore nigro. *Fn. ſvec.* 214.
Motacilla. *Geſn. av.* 615. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 23. *Bell. av.* 88. 6. *Will. orn.* 171. *t.* 42. *Raj. av.* 75. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 49. *t.* 49. *Friſch. av.* . *t.* 23. *f.* 4. *Olin. av.* 43.
*Habitat in* Europa. Sädesärla.

flava. 13. M. pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. *Fn. ſvec.* 215.

Motacilla flava. *Geſn. av.* 618. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 24. *Will. orn.* 172. *t.* 68. *Raj. av.* 75. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 54. *t.* 58. *Friſch. av.* . *t.* 23. *f.* 3.
*Habitat in* Europa.

Tiphia. 14. M. viridis, ſubtus flaveſcens, alis nigris: faſciis duabus albis.
Paſſer viridis indicus. *Edw. av.* 79. *t.* 79.
*Habitat in* Benghala.
*Faſciæ alarum ex apicibus tectricum albis.*

Ruticilla. 15. M. nigra, pectore macula alarum baſique remigum rectricumque fulvis.
Motacilla americana. *Cateſb. car.* 1. *p.* 67. *t.* 67.
Serino affinis avicula e croceo & nigro varia. *Sloan. jam.* 2. *p.* 312. *Raj. av.* 188. *n.* 51.
Ruticilla minor americana. *Edw. av.* 80. *t.* 80.
*Habitat in* America.

hiſpanica. 16. M. ferruginea, area oculorum alis caudaque fuſcis, rectricibus extimis latere albis.
Oenanthe fulva. *Edw. av.* 31. *t.* 31.
*Habitat in* Hiſpania.

Oenanthe. 17. M. dorſo cano, fronte alba, oculorum faſcia nigra. *Fn. ſvec.* 217.
Oenanthe ſ. Vitiflora. *Jonſt. av.* 123. *t.* 45. *f.* 13. *Will. orn.* 168. *t.* 41. *f.* 4. *Raj. av.* 75. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 53. *t.* 55. Steinſquetta.
β. Motacilla ſubtus pallida, rectricibus introrſum albis, dorſo undulato. *Fn. ſvec.* 219.
Oenanthes vitifloræ femina. *Alb. av.* 3. *p.* 50. *t.* 54.
*Habitat in* Europæ *apricis lapidoſis.*
*Sexu & ætate varia; ceſſante nocturno frigore advenit.*

Rubetra. 18. M. nigricans, ſuperciliis albis, macula alarum alba, gula pectoreque flaveſcente. *Fn. ſvec.* 218. & 230. *t.* 1. *f.* 3, 4.
Muſcicapa ſ. Oenanthe tertia. *Aldr. orn.* 735. *Raj. av.* 76. *n.* 4. *Will. orn.* 169. *t.* 41. *f.* 5.
Curruca major altera. *Friſch. av.* . *t.* 22. *f.* 2.
Rubetra. *Alb. av.* 1. *p.* 50. *t.* 52.
Ficedula ſ. Atricapilla alia. *Jonſt. av.* . *t.* 45. *f. ult.*
Ficedula 3. aldrovandi. *Edw. av.* 30. *t.* 30.
*Habitat in* Europa.

19. M.

Buffon anförer mycket om sin: Gobe-mouche Tom VIII pag: 304.

*orn.* 162. *t.* 41. *Raj. av.* 78. *n.* 8. *Friſch. av. t.* 24. *f.* 1. *Olin. av.* 9. Gobe-Mouche Buffon
*Habitat in* Europa. Praesertim in Scania.

Emeria. 20. M. griſea, ſubtus alba, temporibus uropygioque rubris.
Ruticilla bengalenſis. *Edw. av.* 190. *t.* 190. *Alb. av.* 3. *p.* 52. *t.* 56.
*Habitat in* Benghala.

Phœnicurus. 21. M. gula nigra, abdomine ruſo, capite dorſoque cano. *Fa. ſvec.* 2 4.
Ruticilla. *Will orn.* 159. *Raj. av.* 78. *n.* 5. *Alb. av.* 1 *p.* 48. *t.* 50.
Phœnicurus media, penna caudæ ſubnigra. *Friſch. av. t.* 20. *f.* 3.
*Habitat in* Europa. Rödstiert.

Erithacus. 22. M. dorſo remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rufis: extimis duabus cinereis. *Fn. ſvec.* 225.
*Habitat in* Europa.

Titys. 23. M. remigibus nigricantibus, rectricibus rufis: intermedio pari nigro extrorſum ruſeſcente. *Fn. ſvec.* 227.
*Habitat in* Europa.

ſvecica. 24. M. pectore ferrugineo faſcia cærulea, rectricibus fuſcis verſus baſin ferrugineis.
Motacilla pectore cæruleo: macula flaveſcente albedine cincta. *Fn. ſvec.* 220.
Wegflecklin. *Geſn av.* 796. *Aldr. orn.* 749. *Will. orn.* 160. *Raj. av.* 78.
Ruticilla gutture cæruleo. *Edw. av.* 28. *t.* 28.
Phœnicurus pectore cæruleo. *Friſch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 3. 4.
β. Wydengyckerlin. *Geſn. av.* 796.
*Habitat in* Europæ *alpinis.*

Sialis. 25. M. ſupra cærulea, ſubtus tota rubra.
Rubecula dorſo cæruleo. *Catesb. car.* 1. *p.* 47. *t.* 47. *Edw. av.* 24. *t.* 24.
*Habitat in* Bermudis & America *calidiore.*

26. M.

Atricapilla. 19. M. teſtacea, ſubtus cinerea, pileo obſcuro. *Fn. ſvec.* 229.
Atricapilla ſ. Ficedula. *Aldr. orn. l. 17. c. 36. Will. orn.* 162. *t.* 41 *Raj. av.* 78. *n.* 8. *Friſch. av. t.* 21. *f.* 1. *Olin. av.* 9. Gobe-Mouche Buffon
*Habitat in* Europa. Stosestum in Scania.

Emeria. 20. M. griſea, ſubtus alba, temporibus uropygioque rubris.
Ruticilla bengalenſis. *Edw. av.* 190. *t.* 190. *Alb. av.* 3. *p.* 52. *t.* 56.
*Habitat in* Benghala.

Phœnicurus. 21. M. gula nigra, abdomine ruſo, capite dorſoque cano. *Fn. ſvec.* 224.
Ruticilla. *Will orn.* 159. *Raj. av.* 78. *n.* 5. *Alb. av.* 1 *p.* 48. *t.* 50.
Phœnicurus media, penna caudæ ſubnigra. *Friſch. av. t.* 20. *f.* 3.
*Habitat in* Europa. Rödstiert.

Erithacus. 22. M. dorſo remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rufis: extimis duabus cinereis. *Fn. ſvec.* 225.
*Habitat in* Europa.

Titys. 23. M. remigibus nigricantibus, rectricibus rufis: intermedio pari nigro extrorſum ruſeſcente. *Fn. ſvec.* 227.
*Habitat in* Europa.

ſvecica. 24. M. pectore ferrugineo faſcia cærulea, rectricibus fuſcis verſus baſin ferrugineis.
Motacilla pectore cæruleo: macula flaveſcente albedine cincta. *Fn. ſvec.* 220.
Wegflecklin. *Geſn av.* 796. *Aldr. orn.* 749. *Will. orn.* 160. *Raj. av.* 78.
Ruticilla gutture cæruleo. *Edw. av.* 28. *t.* 28.
Phœnicurus pectore cæruleo. *Friſch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 3. 4.
β. Wydengyckerlin. *Geſn. av.* 796.
*Habitat in* Europæ *alpinis.*

Sialis. 25. M. ſupra cærulea, ſubtus tota rubra.
Rubecula dorſo cæruleo. *Catesb. car.* 1. *p.* 47. *t.* 47. *Edw. av.* 24. *t.* 24.
*Habitat in* Bermudis & America *calidiore.*

26. M.

Velia. 26. M. cærulea, ventre clunibusque rufeſcentibus.
Muſcicapa cærulea, ventre rubro. *Edw. av.* 22. *t.* 22.
*Habitat* Surinami.

Spiza. *27. M. viridis, remigibus primoribus nigricantibus.
Muſcicapa viridis, capite nigro. *Edw. av.* 25. *t.* 25. *f.* 1.
β. Muſcicapa viridis, capite cæruleo. *Edw. av.* 25. *t.* 25. *f.* 2.
*Habitat* Surinami.

Rubecula. 28. M. griſea, gula pectoreque fulvis. *Fn. ſvec.* 226.
Rubecula. *Will. orn.* 160. *t.* 38. *Raj. av.* 78. *n.* 3. *Alb. av.* 1. *p.* 49. *t.* 51. *Friſch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 2. *Olin av.* 16.
*Habitat in* Europa. Rödgel.

Troglodytes. 29. M. griſea, alis nigro cinereoque undulatis. *Fn. ſvec.* 232.
Paſſer troglodytes. *Geſn. av.* 651. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 4. *Will. orn.* 164. *t.* 42. *Raj. av.* 80. *Alb. av.* 1. *t.* 53. *f.* B.
Trochilus remigibus teſſellatis. *Friſch. av. . . t.* 2. 4. *f.* 3.
*Habitat in* Europa.

Regulus. 30. M. remigibus ſecundariis exteriori margine flavis, medio albis. *Fn. ſvec.* 235.
Regulus criſtatus. *Will. orn.* 163. *t.* 41. *Raj. av.* 79. *n.* 9. *Alb. av.* 1. *p.* 51. *t.* 53. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 1. *Friſch. av. . t.* 24. *f.* 4. *Catesb. car.* 3. *p.* 13. *t.* 13.
*Habitat in* Europa. rarior apud nos. Kongsfogel.

Trochilus. 31. M. cinereo-virens, remigibus ſubtus flaveſcentibus, ſuperciliis luteis. *Fn. ſvec.* 236.
Regulus non criſtatus. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 2. *Will. orn.* 164. *t.* 42. *Raj. av.* 80. *n.* 10. *Alb. av.* 2. *p.* 55. *t.* 59. *f.* A. *Friſch. av. . . t.* 24. *f.* 2.
*Habitat in* Europa.
*Conj. Locuſtella. Will. orn.* 151. *Alauda minima locuſtæ voce. Raj. av.* 70; *pro eadem habet. Muſ. petron.* 380.

32. M.

Acredula. 32. M. ſupra cinereo-vireſcens, remigibus fuſcis: ſeptimo octavo nono apice albis. *Fn. ſvec.* 237.
*Habitat in* Europa. *ad Upsalam*

Penduli-nus. 33. M. capite ferrugineo, macula nigra oculari, remigibus rectricibusque fuſcis margine utroque ferrugineis.
Lanius minimus. *Edw. av.* 55. *t.* 55.
Parus montanus. *Alb. av.* 3. *p.* 53. *t.* 59.
Parus minimus Remiz. *Titius Lipſ.* 1755. *diſſertatio.*
Parus lithuanicus nidum ſuſpendens. *Klein. av.* 86.
Pendulinus. *Act. Bonon.* 2. 2. *p.* 57. *t.* 7.
Remiz. *Rhaczynſk. polon.* 1. *p.* 294.
*Habitat in* Polonia, Lithuania, Hungaria, Italia, *miſſa a DD. Montio.*

minuta. 34. M. griſea, capite nigro punctis albis ſparſis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . .
*Habitat in* India..
Corpus *magnitudine Reguli.* Dorſum *Alæque ſupra griſea.* Pectus *flaveſcens lineis tranſverſis nigris.* Cauda *fuſca, lateribus pallida.* Caput *nigrum, adſperſum punctis rotundis albis, in ſingula penna ſingulis.*
Mas *antice in capite lineis carneis, poſtice punctis albis.*

## 100. PARUS. *Roſtrum* integerrimum. *Lingua* truncata, ſetis terminata.

criſtatus. 1. P. capite criſtato. *Fn. ſvec.* 239.
Parus criſtatus. *Geſn. av.* 642. *f. med. Aldr. orn. l.* 17. *c.* 20. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 74. *n.* 6. *Alb. av.* 2. *p.* 53. *t.* 57. *f.* 2. *Friſch. av.* . . *t.* 14. *f.* 2.
*Habitat in* Europa. *Tofsmyssa .*

major. 2. P. capite nigro, temporibus albis, nucha lutea. *Fn. ſvec.* 238.
Parus major. *Geſn. av.* 640. *Bell. av.* 95. *a. Aldr. orn. l.* 17. *c.* 13. *Will. orn.* 174. *Raj. av.* 73. *n.* 3. *Alb. av.* 1. *p.* 44. *t.* 46. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 28.
*Habitat in* Europa. *Talgoxe .*

3. P.

americanus. 3. P. cærulescens, temporibus pectore dorſoque flaveſcentibus, hypochondriis purpuraſcentibus.
Parus Fringillago. *Cateſb. car.* 1. *p.* 64. *t.* 64.
*Habitat in* America *ſeptentrionali; an ſola varietas Pari majoris.*

cæruleus. 4. P. remigibus cæruleſcentibus: primoribus margine exteriore albis, fronte alba, vertice cæruleo. *Fn. ſvec.* 240.
Parus cæruleus. *Bell. av.* 96. *a. Geſn. av.* 641. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 17. *Will. orn.* 175. *Friſch. av.* 3. *t.* 14. *f.* 1.
*Habitat in* Europa. Blåmees.

ater. 5. P. capite nigro, dorſo cinereo, occipite pectoreque albo. *Fn. ſvec.* 241.
Parus ater. *Geſn. av.* 641. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 19. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 73. *n.* 2. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 3.
*Habitat in* Europa. in alnetis

paluſtris. 6. P. capite nigro, temporibus albis, dorſo cinereo. *Faun. ſvec.* 242.
Parus paluſtris. *Geſn. av.* 642. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 18. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 73. *n.* 3. *Alb. av.* 3. *p.* 54. *t.* 58. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 4.
*Habitat in* Europa. Entita.

caudatus. 7. P. vertice albo, cauda corpore longiore. *Fn. ſvec.* 243. *t.* 1. *f.* 243.
Parus caudatus. *Geſn. av.* 642. *fig. infima. Aldr orn. l.* 17. *c.* 15. *Will. orn.* 176. *t.* 43. *Raj. av.* 74. *n.* 8. *Alb. av.* 2. *p.* 53. *t.* 57. *f.* 1.
*Habitat in* Europa. ahltita

biarmicus. 8. P. vertice cano, cauda corpore longiore.
Parus beardmanicus. *Alb. av.* 1. *p.* 46. *t.* 48.
Lanius minimus. *Edw. av.* 55. *t.* 55.
*Habitat in* Europa.

Pipra. 9. P. ater, capite ſupra albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*
Avicula toto corpore nigra, cum vitta alba. *Seb. muſ.* 2. *p.* 102. *t.* 96. *f.* 5.
*Habitat in* Indiis.

Statu-

Statura *Motacillæ*, *ſimilis ſequenti*, *ſed roſtrum paulo validius.* Corpus *totum nigrum.* Caput *totum album.* Vibriſſæ *ad os*, *validiores quam in congeneribus.*

erythrocephalus. 10. P. niger, capite femoribusque fulvis.
Parus auricapillus. *Klein. av.* 86.
Parus niger, capite fulvo. *Edw. av.* 21. *p.* 21.
*Habitat in* America *auſtrali.*

Aureola. 11. P. niger, capite pectoreque coccineis, remigibus antrorſum macula alba. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*
Parus niger & fulvus. *Edw. av.* 83. *t.* 83. *f* 2.
Avicula ſurinamenſis nigra, capite e luteo coccineo. *Pet. gaz.* 73. *t.* 46. *f.* 10.
Avicula mexicana de Chichil totolh altera. *Seb. muſ.* 1. *p.* 96. *t.* 60. *f.* 8. 7.
*Habitat in* America.

Cela. 12. P. niger, roſtro albo, macula alarum baſique caudæ flavis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . .
*Habitat in* Indiis.

## 101. HIRUNDO. *Roſtrum* minimum, incurvum, ſubulatum, baſi depreſſum. *Rictus* capite amplius.

ruſtica. 1. H. rectricibus, exceptis duabus intermediis, macula alba notatis. *Fn. ſvec.* 244.
Hirundo domeſtica. *Geſn. av.* 548. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 6. *Jonſt. av.* 115. *t.* 42. *Will. orn.* 155. *t.* 39. *Raj. av.* 71. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 43. *t.* 45. *Friſch. av. t.* 18. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *domibus intra tectum.* Hirundo *ruſtica & urbica autumno demergitur*, *vereque emergit.*

eſculenta. 2. H. rectricibus omnibus macula alba notatis.
Hirundo nidis edulibus. *Bont. jav.* 66. *Raj. av.* 72.
Capus marina. *Rumph. herb.* 6. *p.* 183. *t.* 75. *f.* 4. *Olear. muſ.* 25. *t.* 14. *f.* 2. 6.
*Habitat in* China *ad ripas*, *nidis gelatinoſis eſculentis.*

3. H.

Hirundines *in aëre piſcantur inſecta.*

urbica. 3. H. rectricibus immaculatis, dorſo nigro-cæruleſcente. *Fn. ſvec.* 245. *It. œl.* 41.
Hirundo agreſtis ſ. ruſtica. *Geſn. av.* 564. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 7. *Will. orn* 155. *Raj. av.* 71. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 52. *t.* 56. *f. A. Friſch. av.* 3. *t.* 17. *f.* 2.
*Habitat in* Europa, *ad parietes ſub tecto.*
*Venit venit Hirundo, pulchra tempora adducens & pulchros annos. Heſych.* Husſwala

riparia. 4. H. cinerea, gula abdomineque albis. *Fn. ſvec.* 247.
Hirundo riparia ſ. Drepanis. *Geſn. av.* 566. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 8. *Will. orn.* 156. *t.* 39. *Raj. av.* 71. *n.* 3. *Alb. av.* 2. *p.* 52. *t.* 56. *f. B. Friſch. av. t.* 18. *f.* 2.
*Habitat in* Europæ *collibus arenoſis abruptis, foramine ſerpentino.* Strandſwala.

Apus. 5. H. nigricans, gula alba, digitis omnibus quatuor anticis.
Hirundo tota nigra, gula albicante. *Fn. ſvec.* 246.
Hirundo Apus. *Bel. av.* 100. *a. Geſn. av.* 165. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 10. *Jonſt. av.* 119. *t.* 42. *Will. orn.* 156. *t.* 39. *Raj. av.* 72. *n.* 4. *Alb. av.* 2. *p.* 51. *t.* 55. *Friſch. av.* 3. *t.* 17. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *altis.*
*In terram decidens non evolat; capitur hamo Cicadæ inſerto. Bell.* 16. Ringſwala.

Subis. 6. H. nigro-cæruleſcens, ore ſubtusque cinereo-exalbido.
Hirundo cærulea canadenſis. *Edw. av.* 120. *t.* 120.
*Habitat ad ſinum* Hudſonis.

pelagica. 7. H. rectricibus æqualibus apice ſubulatis, nudis.
Hirundo, cauda aculeata, americana. *Catesb. car.* 3. *p.* 8. *t.* 8.
*Habitat in* America.

Melba. 8. H. fuſca, gula abdomineque albis.
Hirundo riparia maxima. *Edw. av.* 27. *t.* 27. *Klein. av.* 83.
*Habitat ad fretum* Herculeum.

102. CA-

**102. CAPRIMULGUS.** *Roſtrum* incurvum, minimum, ſubulatum, baſi depreſſum.
*Vibriſſæ* ad os ſerie ciliari.
*Rictus* ampliſſimus.

europæus. 1. C. narium tubis obſoletis.
Hirundo cauda integra, ore ſetis ciliato. *Fn. ſvec.* 248.
Caprimulgus. *Bell. av.* 28. *a. Geſn. av.* 242. *Jonſt. av.* 53. *t.* 20. *Will. orn.* 70. *t.* 14. *Raj. av.* 26. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 10. *t.* 10. *Friſch. av. . . t.* 101. *Cateſb. car.* 1. *p.* 8. *t.* 8.
β. Caprimulgus minor americanus. *Cateſb. car.* 3. *p.* 16. *t.* 16. *Edw. av.* 63. *t.* 63.
*Habitat in* Europa & America. Nattſkráfwa.
*Varietatem* β. *judico ex macula alba alarum & rectricum, ut in mare avis europeæ.*
*Victitat Phalænis & inſectis nocturnis. Nidus orbiculatus e luto inter rupes.* nocte ſola exit, proditur ſibilo ſuſurro continuo

americanus. 2. C. narium tubulis eminentibus
Caprimulgus ſ. Noctua ſylvatica jamaicenſis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 298. *t.* 255. *f.* 1. *Raj av.* 180
Hirundo major ſubfuſca miſcella, macula alba ſphærica in utraque ala. *Brown. jam.* 467.
*Habitat in* America *calidiore.*

N *CLAS-*

---

Caprimulgus *genere differt ab* Hirundine, *ut* Strix *a* Falcone, Phalæna *a* Papilione.

# CLASSIS III.

# AMPHIBIA.

PESSIMA tetraque Animalia *Corde uniloculari uniaurito*, *Pulmonibus arbitrariis*, *Pene duplici* dignoſcuntur.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Colore lurido, Sceleto cartilagineo, Cute fœda, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco ſqualido, Veneno horrendo; non itaque in horum numerum ſeſe jactavit eorum Auctor.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque conceſſit: Aliis *Metamorphoſin* ſubire, aliis *Senectam* exuere; aliis *Ovo* naſci, aliis *nudos* fœtus parere; aliis in *ſicco humidoque* promiſcue vivere, aliis dimidio anno *hyemare*; aliis prædam niſu aſtuve aſſequi, aliis faſcino quaſi eandem in fauces revocare.

REPTILES pedati, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex ſtructura agunt: *Teſtudines* muniuntur Teſta; *Dracones* evolant Alis; *Lacertæ* fugiunt Pedibus; *Ranæ* abſconduntur Loco; nec omnes Veneno prorſus carent, ut Bufo, Salamandra, Gecko.

SERPENTES apodes, absque *Auribus* ſurdos, a Piſcibus ſeparant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra rejectos, artuum miniſterio expertes, omnium injuriæ expoſitos, armavit Natura conſervatrix ſuis *armis*, horrentibus exſecrabili *Veneno*, in diverſis diverſo. Sunt

autem

autem hæc *Tela* dentibus ſimillima, ſed extra maxillam ſuperiorem collocata, proque lubitu exſerenda & retrahenda, ſacculo ſaniei affixa, quam vulnere inſtant in ſanguinem, tum diri effectus cauſſam, cæterum inertem; ſicque Catonia hæc morſu virus habent & fatum dente minantur, pocula morte carent, prout ſolide *Redi.* Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quæ ipſis ſuppreſſent, nimium ſævirent, decimam quamque tantum ſpeciem armavit (♂) imperans, ſed verſipelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus; at Beneficus Homini dedit INDIS *Ichneumonem* cum *Ophiorhiza*, AMERICANIS *Suem* cum *Senega*, EUROPÆIS *Ciconiam* cum *Olea.*

DIAGNOSIN, qui velit horum, eandem deſumat a Pedum ſuccedaneis *Scutis abdominalibus caudalibusque*; ne vero numerus alteri demtus alterique additus ſeducat, juvat etiam uterque connumeratus (*Act. Stockh.* 1752. *p.* 206.); ab ano utrinque Longitudo illuſtrat. & Color in nonnullis; cave vero ne renata ſit mutilata cauda.

NANTES pinnatos aquaticos (*Chondropterygios* cartilagineosve dictos Piſces) Amphibiorum claſſem nunc ſubire jubent Pulmones (*) arbitrarii, Latere licet, non vero branchiis liberis, ſed adnatis, reſpirantes; Maresque Pene duplici inſidentes Feminis! ovis concatenatis fœtis, fœdaque Cutis, Oſſaque cartilaginea, cætera. Neque hi omnes Toxico expertes, teſte Paſtinaca, Torpedine.

AMPHIBIOLOGI omnium pauciſſimi ſunt, nullique veri. *Seba* numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit & delineavit, ſed multiplicavit, minimeque deſcripſit. *Catesbaeus* nec paucos Serpentes pulchrius delineavit, quam notavit.



(*) *Pulmones horum pectinati ut Piſcium, ſed adnati vaſi arcuato cylindrico tubuloſo, absque radio oſſeo, nec piſcium ſimili, niſi externa figura.*

# CLASSIS III.

# AMPHIBIA.

PESSIMA tetraque Animalia *Corde uniloculari uniaurito*, *Pulmonibus arbitrariis*, *Pene duplici* dignoſcuntur.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Colore lurido, Sceleto cartilagineo, Cute fœda, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco ſqualido, Veneno horrendo; non itaque in horum numerum ſeſe jactavit eorum Auctor.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque conceſſit: Aliis *Metamorphoſin* ſubire, aliis *Senectam* exuere; aliis *Ovo* naſci, aliis *nudos* fœtus parere; aliis in *ſicco humidoque* promiſcue vivere, aliis dimidio anno *hyemare*; aliis prædam niſu aſtuve aſſequi, aliis faſcino quaſi eandem in fauces revocare.

REPTILES pedati, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex ſtructura agunt: *Teſtudines* muniuntur Teſta; *Dracones* evolant Alis; *Lacertæ* fugiunt Pedibus; *Ranæ* abſconduntur Loco; nec omnes Veneno prorſus carent, ut Bufo, Salamandra, Gecko.

SERPENTES apodes, absque *Auribus* ſurdos, a Piſcibus ſeparant Pulmones, Ovorum catena, Peniſque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra rejectos, artuum miniſterio expertes, omnium injuriæ expoſitos, armavit Natura conſervatrix ſuis *armis*, horrentibus exſecrabili *Veneno*, in diverſis diverſo. Sunt autem

autem hæc *Tela* dentibus ſimillima, ſed extra maxillam ſuperiorem collocata, proque lubitu exſerenda & retrahenda, ſacculo ſaniei affixa, quam vulnere inflant in ſanguinem, tum diri effectus cauſſam, cæterum inertem; ſicque Catonia hæc morſu virus habent & fatum dente minantur, pocula morte carent, prout ſolide *Redi.* Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quæ ipſis ſupereſſent, nimium ſævirent, decimam quamque tantum ſpeciem armavit (♂) imperans, ſed verſipelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus; at Beneficus Homini dedit INDIS *Ichneumonem* cum *Ophiorhiza*, AMERICANIS *Suem* cum *Senega*, EUROPÆIS *Ciconiam* cum *Olea*.

DIAGNOSIN, qui velit horum, eandem deſumat a Pedum ſuccedaneis *Scutis abdominalibus caudalibusque*; ne vero numerus alteri demtus alterique additus ſeducat, juvat etiam uterque connumeratus (*Act. Stockh.* 1752. *p.* 206.); ab ano utrinque Longitudo illuſtrat, & Color in nonnullis; cave vero ne renata ſit mutilata cauda.

NANTES pinnatos aquaticos (*Chondropterygios* cartilagineosve dictos Piſces) Amphibiorum claſſem nunc ſubire jubent Pulmones (*) arbitrarii, Latere licet, non vero branchiis liberis, ſed adnatis, reſpirantes; Maresque Pene duplici inſidentes Feminis! ovis concatenatis fœtis, fœdaque Cutis, Oſſaque cartilaginea, cætera. Neque hi omnes Toxico expertes, teſte Paſtinaca, Torpedine.

AMPHIBIOLOGI omnium pauciſſimi ſunt, nullique veri. *Seba* numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit & delineavit, ſed multiplicavit, minimeque deſcripſit. *Catesbæus* nec paucos Serpentes pulchrius delineavit, quam notavit.



(*) *Pulmones loram pectinati ut Piſcium, ſed adnati vaſi arcato cylindrico tubuloſo, absque radio oſſeo, nec piſcium ſimili, niſi externa figura.*

## GENERUM Characteres.

I. REPTILES pedati, ſpirantes ore:

103. TESTUDO *Corpus Teſta munitum.*
104. DRACO *Corpus Alis volatile.*
105. LACERTA *Corpus (Teſta Aliſve) nudum, caudatum.*
106. RANA *Corpus ſimiliter nudum, e caudatum.*

II. SERPENTES apodes, ſpirantes ore:

107. CROTALUS *Scuta Abdominalia Caudaliaque cum Crepitaculo.*
108. BOA *Scuta Abdominalia Caudaliaque absque Crepitaculo.*
109. COLUBER *Scuta Abdominalia; Squamæ Caudales.*
110. ANGUIS *Squamæ Abdominales Caudalesque.*
111. AMPHISBÆNA *Annuli Abdominales Caudalesque.*
112. COECILIA *Rugæ nudæ laterales.*

III. NANTES pinnati, ſpirantes lateribus:

113. PETROMYZON *Spiracula 7.*
114. RAJA *Spiracula 5 ſubtus. Corpus depreſſum.*
115. SQUALUS *Spiracula 5 lateralia. Corpus teres.*
116. CHIMÆRA *Spiracula 1. Dentes primores inciſores 2.*
117. LOPHIUS *Spiracula 1. Pinnæ pectorales brachio inſertæ.*
118. ACIPENSER *Spiracula 1. Os retractile.*

# I. REPTILES.

*Os reſpirans.*
*Pedes quatuor.*

## 103. TESTUDO. *Corpus* tetrapodum, caudatum, teſta obtectum.

Mydas. 1. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum binis, plantarum ſolitariis, teſta ovata.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 138. Teſtudo unguibus acuminatis: palmarum duobus, plantarum unico.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 50. Teſtudo atra.
*Osb. iter.* 293.
*Geſn. quadr.* 78. Teſtudo marina.
*Aldr. quadr.* 712. *t.* 714.
*Grew muſ.* 38. *t.* 3. *f.* 4.
*Olear. muſ.* 27. *t.* 17. *f.* 1.
*Bradl. natur. t.* 4. *f.* 4.
β. *Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 9. Teſtudo marina americana Mydas dicta.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 137. Teſtudo eadem.
*Marcgr. braſ.* 241. Jurucuja braſilienſibus.
*Raj. quadr.* 256.
γ. *Amœn. acad.* 1. *p.* 287. *n.* 7. Teſtudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque ſolitariis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 50. Teſtudo eadem.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 79. *f.* 4. 5. 6.
*Habitat ad inſulas* Pelagi: *inſulam* Adſcenſionis &c. *ova membranacea noctu in Arena calcarea rotunda defodit.*
*Caro virideſcens, eſculenta; reſupinata in mare dormiens natat; incedit tot hominibus, quot ei inſiſtant; in terra reſupinata non erigitur. Teſta olim pro ſcutis, fornicibus.*

Caretta. 2. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum plantarumque binis, teſta ovata acute ſerrata.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 85. *n.* 69. Teſtudo pedibus natatoriis, unguibus acuminatis binis.
*Brown. jam.* 465. Teſtudo unguibus utrinque binis acutis, ſquamis dorſi quinque gibbis.

*Catesb. car.* 2. *p.* 39. *t.* 39. Teſtudo Caretta Rochef.
*Raj. quadr.* 258. Teſtudo Caretta.
*Habitat ad inſulas* Americanas.

orbicularis. 3. T. pedibus palmatis, teſta orbiculata planiuſcula.
*Raj. quadr.* 254. Teſtudo aquarum dulcium?
*Habitat in meridionalibus* Europæ.
Teſta *parva integerrima orbiculata, nec antice nec poſtice emarginata.* Sternum *poſtice bifidum.* Pedum *digiti membrana connexi in plantam orbiculatam.*

ſcabra. 4. T. teſta planiuſcula, ſcutellis omnibus intermediis dorſatis.
*Habitat in* Indiis.
*Corpus & teſtæ latera ſubtus albo nigroque varia: Sternum antice truncatum.*

lutaria. 5. T. pedibus ſubpalmatis, cauda corpore dimidio breviore, teſta ſubconvexa poſtice tribus ſcutellis carinata.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 139. *n.* 23. Teſtudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque quaternis.*
*Habitat in* Italia, Oriente.
Palmæ *magis palmatæ*, plantæ *minus. Sternum poſtice truncatum.*

græca. 6. T. pedibus ſubdigitatis, teſta gibba margine laterali obtuſiſſimo, ſcutellis planiuſculis.
Teſtudo teſſellata minor africana. *Edw. av.* 204. *t.* 204.
*Habitat in* Africa.
*Corpus caudatum, palmis unguibus 5, plantis vero 4.*

carolina. 7. T. pedibus digitatis, teſta gibba, cauda nulla.
Teſtudo teſſellata minor caroliniana. *Edw. av.* 205. *t.* 205.
*Habitat in* Carolina.
*Palmæ pentadactylæ, Plantæ tetradactylæ.*

carinata. 8. T. pedibus digitatis, teſta gibboſa, ſcutellis dorſalibus quatuor anterioribus carinatis, ſterno integro.
*Habitat in* Calidis *regionibus.*

9. T.

*Teſtudines abſciſſo capite ſæpe 14 dies vivunt; hyeme in frigidioribus hybernant terreſtres. Nullum animal Teſtudine tardius; copula cohærent ſæpe per menſem.*

geometrica. 9. T. pedibus poſticis palmatis, teſtæ ſcutellis elevatis truncatis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 50. Teſtudo unguibus acuminatis: palmarum 5, plantarum 4.
*Worm. muſ.* 317. Teſtudo picta ſ. ſtellata.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 139. *n.* 24.
*Grew. muſ.* 36. *t.* 3. *f.* 1, 2. Teſtudo teſta teſſellata major.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 8. Teſtudo minor amboinenſis.
*Piſ. braſ. t.* 105. Teſtudo nigricantibus & flaveſcentibus figuris geometricis.
*Raj. quadr.* 259. Teſtudo teſſellata minor.
*Habitat in* Aſia.
*Teſta nigra ſcutellis flavis radios flavos anaſtomoſantes emittentibus.*

puſilla. 10. T. teſta hemiſphærica: ſcutellis convexis trapeziis margine ſtriatis diſco punctatis.
*Grew. muſ.* 38. *t.* 3. *f.* 3. Teſtudo virginea.
*Worm. muſ.* 313. Teſtudo terreſtris puſilla ex India orientali.
*Raj. quadr.* 259. Teſtudo eadem.
*Habitat in* India.

ſerpentina. 11. T. pedibus digitatis, teſta ſubconvexa poſtice obtuſa acute quinque-dentata.
*Habitat in* Calidis *regionibus.*

## 104. DRACO. *Corpus* tetrapodum, caudatum, alatum.

volans. 1. Draco. *Syſt. nat.* 36. *Gron. muſ.* 2. *p.* 73. *n.* 46.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 40. Draco.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 126. Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, alis femore connexis, criſta gulæ triplici.
*Bont. jav.* 57. *t.* 57. Lacertus volans ſ. Dracunculus.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 86. *f.* 3. Lacerta africana volans ſ. Draco volans.



---

*Teſtudinibus Pedum digiti antici 5, poſtici 4, totidem unguibus, exceptis marinis pinniformibus pedibus. Scuta teſtæ numero ſæpius conveniunt, unde diagnoſis Specierum difficillima.*

Dracones *omnes reliqui authorum fabuloſi ſunt, ut* HYDRA, *Seb. muſ.* 1. *t.* 102. *f.* 1. *Hamburgi a nobis viſa, non naturæ, ſed artis opus eximium.*

*Bradl. natur. t. 9. f. 5.* Lacerta volans.
*Habitat in* India, Africa.

## 105. LACERTA. *Corpus* tetrapodum, caudatum, nudum.

* *Cauda compreſſa.*

Crocodilus. 1. L. cauda compreſſa, pedibus triunguiculatis, palmis pentadactylis, plantis tetradactylis palmatis.
*Amœn. acad. 1. p. 121.* Lacerta eadem.
*Muſ. Ad. Fr. 1. p. 40.* Lacerta eadem.
*Gron. muſ. 2. p. 74. n. 47.* Crocodilus.
*Bellon. aquat. 41.* Crocodilus.
*Geſn. quadr. 9.* Crocodilus.
*Aldr. aquat. 677.* Crocodilus.
*Jonſt. quadr. t. 79. f. 3.* Crocodilus.
*Raj. quadr. 261.* Lacertus maximus.
*Bont. jav. t. 55.* Crocodylus Cayman.
*Marcgr. braſ. 242.* Jacare.
*Olear. muſ. 8. t. 7. f. 3.* Crocodylus.
*Bell. muſ. 47. t. 13.* Crocodilus niloticus.
*Sloan. jam. 2. p. 332.* Crocodilus.
*Seb. muſ. 1. t. 103. 104.* Crocodilus.
*Merian. ſur. 49. f. 69.* Crocodil.
*Vallisn. nat. 1. t. 43.*
*Cateſb. car. 2. t. 63.* Lacertus maximus.
*Habitat in* Africæ, Aſiæ, Americæ *Aquis.*
*Anatome Crocodili. Haſſelq. iter. 292.*
*Ova centena deponit, effodiuntur ab Ichneumone, avicula; excluſos pullos Mater in tergum provocat, ad aquas ducit, deciduos Mas Feminaque ingurgitant; ſub aqua vorat; in catenam adſociati aquatilia exagitant. Leviathan Jobi. 40: 20; 41: 24.*
*Fugientibus atrox; edocti dorſo ipſius inſiliunt, regunt.*

Caudiverbera. 2. L. cauda depreſſo-plana pinnatifida, pedibus palmatis.
*Fevill. peruv. 2. p. 319. t. 319.*
*Seb. muſ. 2. t. 62. f. 9.*
*Habitat in* Peru.

ſupercilioſa. 3. L. cauda carinata, dorſo ſuperciliisque ciliatis.
*Muſ. Ad. Fr. 1. p. 40.* Lacerta eadem. *

*Seb.*

*Seb. muſ.* 1. *t.* 109. *f.* 4.
*Habitat in* Indiis.

ſcutata. 4. L. cauda ſubcompreſſa mediocri, ſutura dorſali dentata, occipite bimucronato.
feſtivus. 37. S. muticus, ſcutello nullo, thorace nigro maculato elytrisque rubro-æneis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Magnitudo *S. Melolonthæ, at brevior, niger.* Caput *nigrum, lunatum, integrum.* Thorax *lævis, convexus, rubroæneus, poſtice rotundatus absque Scutello: Macula lobata nigra in diſco; unica nigra utrinque ab angulo laterali thoracis exiens; unica utrinque nigra parva intra angulum thoracis ad punctum impreſſum.* Elytra *rubro-ænea, ſtriata, longitudine thoracis.*

lineola. 38. S. muticus niger, lineola flava a capite ad ſcutellum ducta.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Minor S. ſtercorario, niger.* Lineola *flava longitudinalis thoracis.* Maris *Elytra immaculata.* Feminis *maculæ* 3 *flavæ, ſparſæ in ſingulis elytris & poſtica abdominis, quæ pone elytra luteo maculata.* Femora *utrisque flaveſcentia.*

punctatus. 39. S. muticus niger, thorace elytrisque teſtaceis: punctis octo nigris. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Thorax puncto utrinque nigro laterali notatus.*

40. S.

Sepicola. 40. S. muticus ferrugineus, thorace elytriſque piloſis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Habitus S. Horticolæ, ſed triplo major.*

ſyriacus. 41. S. muticus, capite thoraceque piloſo viridibus, elytris piloſis ciliatis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Statura S. Horticolæ.*

Horticola. 42. S. muticus, capite thoraceque cæruleo piloſo, elytris griſeis, pedibus nigris. *Fn. ſvec.* 351.
*It. ſcan.* 116, 321. Scarabæus friſius.
*Habitat in* Europæ *hortis, Pomonam devaſtat, imprimis Pyro communi.*

Melolontha. 43. S. muticus teſtaceus, thorace villoſo, cauda inflexa, inciſuris abdominis albis. *Fn. ſvec.* 345.
*Aldr. inſ.* 454. *t. ſuper. f.* 2. *Mouff. lat.* 160. *f.* 2.
*Hoffn. inſ. t.* 1. *f.* 11. *Merian. europ.* 1. *p.* 2. *f.* 4.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 78. *Friſch. inſ.* 4. *t.* 14.
*Alb. inſ.* 60. *Raj. inſ.* 109. *n.* 1.
*Rœſ. inſ.* 2. *Scarab.* 1. *t.* 1. *Pet. gaz. t.* 9. *f.* 2.
*Leuwenh. epiſt.* 1. *p.* 18.
*Habitat in* Europa. Sem. Mäykefwer
*Exedunt radices ſegetis Larvæ; Scarabæi folia arborum, Fagi, aliarumque.*

ſolſtitialis. 44. S. muticus teſtaceus, thorace villoſo, elytris luteo pallidis: lineis tribus albis parallelis. *Fn. ſvec.* 346.
*Mouff. inſ.* 160. *f.* 3. *Liſt. mut.* 18. *f.* 17.
*Pet. gaz. t.* 22 *f.* 9. *Friſch inſ.* 9. *t.* 15. *f.* 3.
*Habitat in* Europa. *Volitat veſperi imprimis.*

hemipterus. 45. S. muticus, thorace tomentoſo rugis duabus longitudinalibus marginato, elytris abbreviatis.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkål.*
Clypeus *apice emarginato.* Antennæ *piceæ.* Corpus *nigrum.* Thorax *marginatus, planiuſculus, rugis duabus longitudinalibus elevatis.* Elytra *abdomine dimidio breviora.* Abdomen *pone elytra ſæpe cinereus.* Plantæ *piceæ.* Aculeus *ani feminæ ſerratus.*

46. S.

---

Scarabæorum *hirſutorum larvæ ſub radicibus plantarum degunt & easdem conſumunt; at volatiles foliis Arborum paſcuntur.*

Fullo. 46. S. muticus, antennarum lamellis ſeptenis æqualibus, corpore nigro albedine irrorato. *Fn. ſvec.* 343.
*Mouff. inſ.* 160. *f.* 4. *Hoffn. pict. t.* 7.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 1. *f.* 1. *Raj. inſ.* 93. *n.* 9.
*Habitat in* Europæ *duris, arenoſis.*

faſciatus. 47. S. muticus, niger tomentoſo-flavus, elytris faſciis duabus luteis coadunatis. *Fn. ſvec.* 348.
*Mouff. inſ.* 161. *f.* 6,
*Habitat in* Europæ *floribus Syringæ, Filipendulæ.*

indus. 48. S. muticus, thorace hirſuto: elytris lividis fuſco punctatis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Statura S. faſciati. Thorax poſtice emarginatus. Scutellum nudum.*

brunnus 49. S. muticus teſtaceus, elytris ſtriatis, thorace utrinque puncto notato. *M. L. U.*
*Habitat in* Europa.

capenſis. 50. S. muticus ruber adſperſus punctis albis. †
*Pet. gaz. t.* 8. *f.* 6. *Rœſ. inſ.* 2. *ſcar* 1. *t. B. f.* 6.
*Habitat ad* Cap. b. Spei.

Lanius. 51. S. muticus ruber adſperſus punctis nigris.
*Sloan. jam.* 2. *t.* 237. *f.* 7, 8. *Rœſ. inſ.* 2. *ſcar.* 1. *t. B. f.* 3.
*Habitat in* America.

auratus. 52. S. muticus auratus, ſegmento abdominis ſecundo latere unidentato.
*Fn. ſvec.* 344. Scarabæus muticus glaber æneus.
*Hoffn. pict. t.* 6. *f. prior. Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *f.* 1.
*Raj. inſ.* 76. *n.* 7. *Rœſ. inſ.* 2. *t.* 2. *f.* 9, 8.
*Habitat in* Europæ *acervis formicarum, plantarum, delectatur floribus.*
*Pectoris latera poſtice in dentem exeunt.*

variabilis. 53. S. muticus lævis opacus ater, elytris punctatis. *M. L. U.*
*Rœſ. inſ.* 2. *ſcarab.* 1. *t.* 3.
*Habitat in* Europæ *Quercubus rarius.*
*Mas femina quintuplo minor eſt; variat colore aureo & rubro.*

nobilis. 54. S. muticus lævis opacus, abdomine poſtice albo punctato.
*Rœſ. inſ.* 2. *ſcar.* 1. *t.* 3. *f.* 3, 4, 5.
*Udam. diſſ.* 1. Scarabæus viridi æneus, thorace ſulcato, elytris rugoſis.
*Habitat in* Europæ *Floribus.*

rufipes. 55. S. muticus ater, antennis pallidis, elytris lævibus. *Fn. ſvec.* 356.
*Habitat in* Europæ *ſtercoratis.*
*Simillimus S. ſubterraneo, ſed elytra ſtriis minime crenatis & thorax minus gibbus.*

aquaticus. 56. S. muticus piceus, elytris ſtriatis, antennis flaveſcentibus filiformibus. *Fn. ſvec.* 357.
*Habitat in aqua* Europæ *cum Dytiſcis.*

Ceratoniæ. 57. S. muticus, thorace ſcabro lateribus tridentato, elytris griſeis. †
*Haſſelqv. iter.* 409. *n.* 99. Scarabæus ceratoniæ.
*Habitat in* Ceratonia *Cairi.*

* * *Os maxillis forcipatis.*

Cervus. 58. S. maxilloſus: maxillis exſertis apice bifurcatis.
*Fn. ſvec.* 377. Scarabæus cornibus duobus mobilibus æqualibus apice bifurcatis: introrſum ramis denticulisque inſtructis.
*Mouff. inſ.* 148. Cervus volans.
*Aldr. inſ.* 151. *f.* 1. *Jonſt. inſ. t.* 14. *f.* 1. 2
*Hoffn. inſ. t.* 6. *Mer. eur. t.* 168.
*Worm. muſ.* 242. *Raj. inſ.* 74.
*Olear. muſ. t.* 16. *f.* 5. Taurus volans.
*Rœſ. ſcar.* 1. *t.* 4. 5. *f.* 7. 9.
β. Scarabæus maxillis lunatis prominentibus dentatis, thorace inermi. *Fn. ſvec.* 338. (fœmina).
*Rœſ. inſ.* 2. *t.* 5. *f.* 8.
γ. *Merian. Europ.* 168. *optime.*
*Habitat in* Europæ *ligno quercino putrido, in* America *triplo minor &c.*
*Cornua officinalia ſunt. Maxillæ, in hac ſpecie majores, ſpecioſæ.*

Z 59. S.

*Scarabæi maxilloſi *Larvæ in ligno putrido vitam degunt.*

interruptus. 59. S. maxilloſus, antennis arcuatis, corpore oblongo depreſſo, vertice ſubcornuto, thorace abdomineque remotis. *M. L. U.*
*Merian. ſur. t.* 50. *Pet. gaz. t.* 27. *f.* 7.
*Brown. jam.* 429. *t.* 44. *f.* 7. Dermeſtes.
*Habitat in* America.
*Facies Sc. valgi, & ſumma affinitas.*

carinatus. 60. S. maxilloſus depreſſus, thorace mutico capite breviore: angulis poſticis excavatis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Abdomen breviſſimum, non longius thorace cum capite. Pectus poſtice terminatum angulo acuto.*

tridentatus. 61. S. maxilloſus, thorace utrinque tridentato. *Fn. ſvec.* 339. *It. œl.* 152.
*Habitat in* Europa.

parallelipipedus. 62. S. maxilloſus depreſſus niger, maxillis dente laterali elevato.
*Habitat in* Germania.
*Ita ſimilis facie, ſtructura, antennis & omnibus S. Cervo fœminæ, ut niſi* 8:*ies minor eſſet, eundem dicerem; ſed color ater, non purpuraſcenti-niger, & corpus magis depreſſum.*

Caraboides. 63. S. maxilloſus, maxillis lunulatis, thorace marginato.
*Uddm. diſſ. n.* 40. Carabus cæruleſcens.
*Habitat in* Europa.

## 171. DERMESTES.

*Antennæ* clavatæ: capitulo perfoliato articulis tribus craſſioribus.
*Thorax* convexus, vix marginatus.
*Caput* ſub thorace inflexum condens.

lardarius. 1. D. niger, elytris antice cinereis. *Fn. ſvec.* 360.
*Gœd. inſ.* 2. *t.* 41. *Mer. inſ.* 2. *t.* 33.
*Blank. inſ. t.* 11. *f. K. L. M.* *Friſch. inſ.* 5. *t.* 9.
*Raj. inſ.* 107. *n.* 4.
*Habitat in* Europæ *animalibus, lardo, carnibus.*

2. D

undatus. 2. D. niger, faſcia lineari alba duplici undulata. *Fn. ſvec.* 361.
*Habitat in* Europæ *putridis.*

pellio. 3. D. niger, coleoptris punctis albis binis. *Fn. ſvec.* 362.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 8.
*Habitat in* Europæ *cibariis*, *pellibus.*

pectinicornis. 4. D. fuſcus, antennis luteis pennatis.
*Habitat in* Europa.

clavicornis. 5. D. niger, antennis clavatis piloſis.
*Habitat in* Europa.

pertinax. 6. D. fuſcus, antennis filiformibus.
*Fn. ſvec.* 384. Caſſida nigra, antennis ſetaceis, corpore teretiuſculo.
*Habitat in* Europæ *domibus*, *quiſquiliis*, *veſtimentis.*
*Potius occiditur*, *quam captus ſe movet.*

mollis. 7. D. teſtaceus, oculis fuſcis, antennis filiformibus.
*Habitat in* Europa.
*Affinis Chryſomelis*, *ſed ſtatura D. pertinacis.*

Capucinus. 8. D. niger, elytris abdomineque rubris, thorace emarginato retuſo.
*Habitat in* Europæ *truncis*, *parietibus ligneis.*

typographus. 9. D. teſtaceus piloſus, elytris ſtriatis retuſis præmorſo dentatis. *Fn. ſvec.* 366. *It. œl.* 26. 195.
*Raj. inſ.* 100. *n.* 10. Scarabæus.
*Habitat in* Europa *intra cortices truncorum*; *in* America. *Kalm.*

micrographus. 10. D. teſtaceus glaber, elytris apice villoſis obtuſis. *Fn. ſvec.* 367.
*Habitat in* Europa *intra cortices arborum emortuarum.*

poligraphus. 11. D. teſtaceus piloſus, elytris glaucis obtuſiuſculis.
*Habitat in* Europa *ſub arborum corticibus*: *labyrinthis pinnatis.*

piniperda. 12. D. niger ſubvilloſus, elytris piceis integris, plantis rufis.



Dermeſtis *Larvæ exedunt & deſtruunt Animalium cadavera*, *res culinares*, *Pelles*, *Cortices*, *Ligna*, *Semina & pleraque alia.*

*Habitat in* Europæ *ramulis inferioribus Pini, quos perforat, exſiccat.*

violaceus. 13. D. nigro-cærulescens, thorace villoſo.
*Fn. ſvec.* 373. Dermeſtes nigro-cæruleus.
*Habitat in* Europa.

feneſtralis. 14. D. caſtaneus, capite nigricante, thorace fuſco.
*Fn. ſvec.* 443. Chryſomela fuſca, capite nigricante.
*Habitat in* Europa.

domeſticus. 15. D. niger, elytris griſeis margine nigris, thorace villoſo.
*Fn. ſvec.* 368.
*Habitat in* Europa.
*Thorax valde gibbus & fere hemiſphæricus.*

melanocephalus. 16. D. niger ovatus glaber, elytris griſeis. *Fn. ſvec.* 369.
*Habitat in* Europa.

murinus. 17. D. tomentoſus oblongus, fuſco cinereoque nebuloſus, ſcutello luteo. *Fn. ſvec.* 365.
*Friſch. inſ.* 4. *t.* 18.
*Habitat in* Europæ *cadaveribus.*
*Subtus ex nigredine albus.*

pilula. 18. D. tomentoſus ovatus fuſco-nebuloſus.
*Fn. ſvec.* 536. Mordella ſubrotunda, colore murino.
*Habitat in* Europa *ſub lapidibus.*

Scarabæoides. 19. D. ovatus ater glaber, elytris maculis duabus obſolete ferrugineis.
*Habitat in* Europa.

Scrophulariæ. 20. D. tomentoſus maculatus.
*Fn. ſvec.* 411. Coccinella villoſa, coleoptrorum margine inflexo, thoracis macula baſeos utrinque alba.
β. Coccinella villoſa, coleoptrorum margine inflexo, ſuturis rubris. *Fn. ſvec.* 412.
*Habitat in* Europæ Scrophulariis.

Piſorum. 21. D. tomentoſus griſeus, antennis filiformibus, elytris abbreviatis, podice albo: maculis duabus nigris.
*Kalm. it.* 2. *p.* 294. Bruchus americæ ſeptentrionalis.
*Amœn. acad.* 3. *p.* 347. Curculio piſorum.
*Habitat in* Americæ *ſeptentrionalis ſeminibus Piſi.*

*Piſa*

*Piſa per Americam ſeptentrionalem miſere deſtruit. Statura Curculionis ſed absque roſtro; Antennæ filiformes, nec capitatæ.*

paniceus. 22. D. ferrugineus, oculis rufis.
*Habitat in* Europæ *pane, quod exedit.*
*Magnitudo Milii, obtuſus, totus caſtaneus, etiam antennis, vix villoſus. Oculi magis rubent.*

euſtatius. 23. D. ater glaber obtuſiſſimus, pedibus ferrugineis.
*Habitat in inſulæ* Euſtatii fungis. *Rolander.*
*Magnitudo Pediculi, ater, glaberrimus, poſtice valde obtuſus, elytris tamen tectus.*

ſtercoreus. 24. D. oblongus glaber teſtaceus, oculis nigris. *Faun. ſvec.* 375.
*Habitat in* Europæ *viis, imprimis in fimo Equino.*

pedicularius. 25. D. oblongus teſtaceus, elytris abbreviatis.
*Fn. ſvec.* 441. Chryſomela dilute teſtacea hemiptera.
*Habitat in* Europa.

pulicarius. 26. D. oblongus niger, elytris abbreviatis, abdomine acuto. *Fn. ſvec.* 370.
*Raj. inſ.* 108.
*Habitat in* Floribus *curſitans.*

pſyllius. 27. D. ovatus niger, abdomine obtuſo, thorace elytrisque marginatis.
*Habitat in* Floribus.

ſcanicus. 28. D. fuſcus, thorace teſtaceo. *Fn. ſvec.* 376.
*Habitat in* Europa.

Colon. 29. D. thoracis lateribus flavis, elytris griſeis puncto nigro.
*Habitat in* Europa.
Corpus *ovatum.* Caput *nigrum.* Thorax *fuſcus lateribus flavis.* Elytra *obſcure teſtacea ſ. griſea, cum puncto nigro in medio verſus marginem inferiorem.*

ſurinamenſis. 30. D. teſtaceus, elytris ſtriatis, thorace ſtriis tribus elevatis marginibusque denticulato.
*Habitat* Surinami. *Rolander.*
*Oblongus, magnitudine Pediculi.*

hemipterus. 31. D. elytris abbreviatis baſi exteriore apiceque teſtaceis.
*Habitat* Surinami. *Rolander.*
Magnitudo *Pediculi.* Antennæ *capitatæ.* Pedes *ferruginei.* Elytra *abdomine* ½. *breviora, ſingulis macula glauca cuneiformis in apice, & punctum glaucum ad baſin exteriorem elytri.*

## 172. HISTER. *Antennæ* capitatæ capitulo ſolidiuſculo; infimo articulo compreſſo, decurvato.

*Caput* intra corpus retractile. *Os* forcipatum.

*Elytra* corpore breviora.

unicolor. 1. H. totus ater, elytris ſubſtriatis.
*Fn. ſvec.* 410. Coccinella atra glabra, elytris abdomine brevioribus margine inflexis.
*Habitat in* Europæ, Indiæ *arena, terra, ſtercore*
*In Indiis decuplo major.*

pygmæus. 2. H. totus ater, elytris læviſſimis.
*Habitat in* Svecia.
*Simillimus primo, ſed quadruplo minor, & elytra minime ſtriata, ſi non unica tantum ſtria arcuata.*

bimaculatus. 3. H. ater, elytris poſtice rubris.
*Udm. diſſ.* 20. Coccinella atra glabra, elytris abdomine brevioribus, maculis duabus rubris.
*Habitat in* Europa.

4-maculatus. 4. H. ater, elytris bimaculatis.
*Gadd. ſatag.* 76. Scarabæus ovatus niger glaber, maculis duabus rubris in ſingulo elytro.
*Habitat in* Europa.
*Major reliquis: in antica parte elytri macula rubra inæqualis, in poſtica vero macula rubra lunata.*

173. SIL-

## 173. SILPHA. *Antennæ* extrorſum craſſiores.
*Elytra* marginata. *Caput* prominens.
*Thorax* planiuſculus, marginatus.

germanica. 1. S. oblonga atra, clypeo obrotundo inæquali marginato, elytris obtuſiſſimis margine laterali ferrugineis.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkåhl.*
*Reliquis major. Tota atra, glabra.* Clypeus *figura ſequentis, ſed latior quam longus.* Elytra *obtuſiſſima & fere truncata. Margo lateralis elytrorum inflexus & occultatus ferrugineus eſt.*

Veſpillo. 2. S. oblonga, clypeo orbiculato inæquali, elytris faſcia duplici ferruginea.
*Fn. ſvec.* 347. Scarabæus clypeo marginato, elytris nigris, faſciis duabus transverſis rubris.
*Gleditſch. Act. Berol.* 1752. *p.* 53. Veſpillo.
*Mouff. inſ.* 147. *lin.* 7. *f.* 3. & *app. tab. ult.*
*Imp. alt.* 692. *t.* 2. *f.* 2.
*Blank. inſ.* 168. *t.* 14. *f.* 1.
*Friſch. inſ.* 12. *p.* 28. *t.* 2. *f.* 2.
*Rœſ. inſ.* 4. *p.* 3. *t.* 1. *f.* 1, 2, 3.
*Raj. inſ.* 106. Scarabæus fœtidus 1 aldrovandi.
*Habitat in* Europæ, Americæ *Cadaveribus.*
*In America Septentrionali decuplo major.*
*Sepelit cadavera minora ſub terra eandem effodiendo. Gleditſch. act. berol.*

bipunctata. 3. S. oblonga nigra, elytris ſingulis puncto unico rubro.
*Fn. ſvec.* 363. Dermeſtes niger, coleoptris punctis rubris binis.
*Habitat in* Europæ *Carnibus, Lardo.*

4-punctata. 4. S. oblonga nigra, elytris punctis duobus ferrugineis.
*Fn. ſvec.* 364. Dermeſtes niger, coleoptris punctis rubris quaternis.
*Friſch. inſ.* 9. *p.* 36. *t.* 19. Scarabæus parvus luteomaculatus, erucæ lanigeræ.
*Habitat in* Europæ *arboribus putridis, feneſtris.*



Silphæ *Larvæ & volatilis Animalium imprimis cadaveribus paſcuntur.*

indica. 5. S. nigra, elytris faſciis duabus ferrugineis, thorace antice bidentato. *M. L. U.*
*Habitat in* India.

americana. 6. S. ovata fuſca, clypeo flavo: centro nigro intra annulum fulvum.
*Catesb. car.* 3. *p.* 10. *t.* 10. *f.* 5. Blatta americana.
*Habitat in* America.
*Magnitudo S. veſpilionis.*

ſeminulum. 7. S. ovata atra nitida immaculata.
*Habitat in* Europæ *ligno putrido Abietis. Rolander.*
*Componit teſtam, uti Daſypus, & ſimilis ſemini terrejacta caput & pectus abdomini applicat, ut exacte granum, glabrum, lucidum referat, facile inventorem ſeducens, quiete jaciendo. Abdomen rubrum eſt.*

agaricina. 8. S. ovata atra glaberrima hemiptera.
*Habitat in* Agaricis.

maura. 9. S. oblongiuſcula atra, thoracis marginibus elevatis, elytris ſulcatis.
*Habitat in* Mauritania. *E. Brander.*
*Thorax lateribus margine dilatato poſtice utrinque acuminato. Elytra ſulcis profundis poſtice connexis.*

ruſtica. 10. S. oblonga rufa, antennis elytris pectoreque nigris.
*Uddm. diſſ.* 7. Dermeſtes elytris nigris, capite clypeo & abdomine rubro.
*Habitat in* Europa.

littoralis. 11. S. atra, elytris lævibus: lineis elevatis tribus, clypeo orbiculato nitido.
*Fn. ſvec.* 380. Caſſida atra, elytris lineis tribus elevatis, antennis antice teſtaceis.
*Friſch. inſ.* 6. *p.* 12. *t.* 8. Scarabæus campeſtris.
*Habitat in* Europa, *ſub Fucis putridis.*

atrata. 12. S. atra, elytris ſubpunctatis: lineis elevatis tribus lævibus, clypeo antice integro. *Fn. ſvec.* 385.
*Habitat in* Europa.

thoracica. 13. S. nigra, elytris obſcuris: linea elevata unica, clypeo retuſo teſtaceo.
*Fn. ſvec.* 386. Caſſida nigra, clypeo ferrugineo, elytris linea elevata.

*Raj.*

*Raj. inſ.* 90. Scarabæus primo ſimilis parum canaliculatus, ſcapulis croceis.
*Gadd diſſ.* 25. Caſſida nigra, clypeo latiſſimo pallide rufo, macula lata nigra nitida.
*Habitat in* Europa.

opaca. 14. S. fuſca; elytris concoloribus: lineis elevatis ſubternis, thorace antice truncato.
*Habitat in* Europa.

rugoſa. 15. S. nigricans, elytris rugoſis: lineis elevatis tribus, thorace emarginato.
*Fn. ſvec.* 379. Caſſida atra, elytris ſtriis quinque punctisque elevatis.
*Raj. inſ.* 90. Scarabæus niger inter cadavera frequens, depreſſus, parum canaliculatus, undique niger.
*Habitat in caſis* Lapponum, *&* *alibi per* Europam.

ſabuloſa. 16. S. fuſca, elytris lineis elevatis tribus utrinque dentatis, thorace ſubemarginato.
*Fn. ſvec.* 382. Caſſida nigra, elytris ſtriis quinque utrinque dentatis, clypeo emarginato.
*Uddm. diſſ.* 5. Dermeſtes niger, inter elytrorum lineas, quatuor elevatis ſcrobiculis exaratus.
*Habitat in Arena* Europæ.
*Similis Scarabæo ſabuloſo.*

obſcura. 17. S. nigra, elytris punctatis: lineis elevatis tribus, clypeo truncato.
*Uddm. diſſ.* 8. Caſſida ovata nigra, elytris lineis tribus elevatis: media longiſſima.
*Habitat in* Europa.
*Differt a S. atrata, quod Color non lucidus, & aliter punctata.*

ferruginea. 18. S. teſtacea, elytris lineis elevatis ſenis, thorace emarginato. *Fn. ſvec.* 387.
*Habitat in* Europa.

groſſa. 19. S. nigra, elytris confertim punctatis: lineis elevatis tribus, thorace emarginato.
*Habitat in* Europa.
*Differt a ſequenti, quod ovata nec oblonga; puncta conferta confuſa, nec ſerie longitudinali digeſta.*

oblonga. 20. S. nigra, elytris ſtriis punctatis: lineis elevatis ſenis, thorace emarginato.
*Faun. ſvec.* 381. Caſſida atra, elytris ſtriis 10 elevatis, punctis excavatis ſtriatis.
*Habitat in* Europa.
*Differt a præcedenti, quod magis oblonga, minusque emarginata.*

aquatica. 21. S. cinerea, elytris ſubſtriatis, thorace emarginato longitudinaliter rugoſo vireſcente.
*Habitat in* Europæ *aquis, Bupreſti ſimilis, ſed parva.*

colon. 22. S. nigra, elytris ferrugineo variis, thorace emarginato: tergo duplici puncto impreſſo.
*Habitat in* Europa.

depreſſa. 23. S. ferruginea, elytris lævibus, thorace emarginato.
*Habitat in* Europa.

griſea. 24. S. griſea, elytris lævibus, thorace emarginato.
*Habitat in* Europa.

æſtiva. 25. S. teſtacea ſubtomentoſa, oculis nigris.
*Habitat in* Europæ floribus.

pedicularis. 26. S. nigra, elytris lævibus, thorace marginato.
*Habitat in* Europa.
*Magnitudo Pediculi, ſed obtuſa, pallidius nigra.*

## 174. CASSIDA. *Antennæ* ſubfiliformes, extrorſum craſſiores.
*Elytra* marginata.
*Caput* ſub thoracis clypeo plano reconditum.

viridis. 1. C. viridis.
*Fn. ſvec.* 377. — *Raj. inſ.* 107. *n.* 5.
*Gœd. inſ.* 1. *p.* 94. *t.* 43. — *Friſch. inſ.* 13. *p.* 35. *t.* 29.
*Blank. inſ.* 89. *t.* 11. *f. F.* — *Reaum. inſ.* 3. *t.* 18.
*Merian. europ. t.* 115. — *Rœſ. inſ.* 2. *ſcar.* 3. *p.* 13. *t.* 6.
*Volk. heſp.* 1. *p.* 166. *f.* 4.
*Habitat in Plantis* verticillatis *Europæ.*

2. C.

nebuloſa. 2. C. pallido-nebuloſa.
*Fn. ſvec.* 378. *Gœd. inſ.* 1. *p.* 96. *t.* 44.
*Raj. inſ.* 88. Scarabæus minor ſordide fulvus.
*Habitat in* Carduis.

nobilis. 3. C. griſea, elytris linea cærulea nitidiſſima.
*Habitat in* Europa.
*Linea cærulea elytrorum perit cum vita.*

cruciata. 4. C. pallida, elytris diſco fuſco-cruciato.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Elytra *pallida, ſupra dorſum inſecti fuſca, inde brachium fuſcum pictum excurrit utrinque ad angulos thoracis & tertium brachium per utrumque elytron ad anum.*

bifaſciata. 5. C. pallida, corpore faſciis duabus fuſcis.
*Habitat in* America *meridionali. Rolander.*

flava. 6. C. flava immaculata, corpore teſtaceo.
*Habitat in* America. *Rolander.*

purpurea. 7. C. flava ſupra corpus purpurea.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Parva, teſta omni flava, ſed ſupra corpus inſecta purpurea lata macula.*

marginata. 8. C. teſtacea, margine thoracis elytrorumque flavo.
*Habitat in* America. *Rolander.*

reticularis. 9. C. flava nigro-punctato reticulata.
*Habitat in* America. *Rolander.*

variegata. 10. C. rufa, elytris nigro variegatis: lateribus faſciatis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Maxima. Faſciæ duæ nigræ in margine lato laterali.*

groſſa. 11. C. ſanguinea, elytris diſco punctis nigris ſparſis, margine lineis ramoſis nigris.
*Habitat in* India. *De Geer.*
*Hæc omnium maxima. Thorax immaculatus.*

clatrata. 12. C. ferruginea, elytris margine omni, linea longitudinali, ſemique transverſali nigris.
*Habi-*

Caſſidæ *Larvæ folia plantarum ſubtus exedunt, & proprio ſtercore ſeſe ſæpius obtegunt.*

*Habitat in* India. *De Geer.*
Thorax *immaculatus.* Elytra *latiſſima, margine undique etiam ſuturæ longitudinalis nigra.* Linea longitudinalis *nigra per medium ſinguli elytri.* Linea *inter præcedentes longitudinales nigra utrasque combinat.* Femina *habet lineas dimidiatas transverſales tres.*

jamaicenſis. 13. C. luteo-ænea, elytris immaculatis excavato-punctatis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 208. *t.* 233. *f.* 27. 28.
*Habitat in* America.

cyanea. 14. C. cyaneo-ænea, elytris immaculatis excavato-punctatis. *Pet. gaz. t.* 57. *f.* 6.
*Habitat in* Braſilia.

inæqualis. 15. C. ferrugineo-ænea, elytris macula flava ſubovata diſci: *Muſ. petrop.* 650. *n.* 130.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Elytrorum ſuperficies inæqualis eſt.*

lateralis. 16. C. fuſco-ænea, elytris macula flava laterali.
*Habitat in* America. *Rolander.*

diſcoides. 17. C. viridi-ænea, elytris maculis duabus flavis diſci.
*Habitat in* America. *Rolander.*

petiveriana. 18. C. nigra, elytris maculis quatuor flaveſcentibus. *Pet. gaz.* 7. *t.* 71. *f.* 1. *Act. angl.* 271. *p.* 861.
*Habitat in* Aſia.

## 175. COCCINELLA. *Antennæ* ſubclavatæ, truncatæ. *Palpi* clava ſemicordata. *Corpus* hemiſphæricum, thorace elytrisque marginatis, Abdomine plano.

* *Coleoptris* rubris *flavisque*; *Punctis nigris maculatis.*

unipunctata. 1. C. coleoptris flaveſcentibus: puncto communi nigro.
*Habitat in* Europa.

2-punctata. 2. C. coleoptris rubris: punctis nigris duobus. *Fn. ſvec.* 388.

*Pet.*

*Pet. gaz.* 34. *t.* 21. *f.* 4.
*Merian. inſ.* 69. *t.* 136. *Liſt. loqu.* 383. *n.* 8.
*Raj. inſ.* 86. *n.* 2. *Bradl. natur. t.* 27. *f.* 4.
*Friſch. inſ.* 9. *p.* 33. *t.* 16. *f.* 4. *Reaum. inſ.* 3. *t.* 31. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *Alnetis.*
*Puncta duo in medio coleoptrorum.*

3-puncta-ta. 3. C. coleoptris rubris: punctis nigris tribus.
*Habitat in* Europa
*Puncta duo ad apicem coleoptrorum.*

hebræa. 4. C. coleoptris luteis: maculis nigris ſex longitudinalibus difformibus.
*Habitat in* Europa.

5-puncta-ta. 5. C. coleoptris ſanguineis: punctis nigris quinque. *Fn. ſvec.* 392.
*Habitat in* Pruno *ſpinoſa.*
*Elytra ſanguinea ſunt.*

trifaſcia-ta. 6. C. coleoptris rubris: faſciis nigris tribus. *Faun. ſvec.* 390.
*Habitat in* Lapponia.

hierogly-phica. 7. C. coleoptris luteis: maculis duabus nigris longitudinalibus ſinuatis.
*Habitat in* Svecia.

7-puncta-ta. 8. C. coleoptris rubris: punctis nigris ſeptem. *Fn. ſv.* 391.
*Friſch. inſ.* 4. *p.* 1. *t.* 1. *f.* 4. *Raj. inſ.* 86. *n.* 1.
*Pet. gaz.* 33. *t.* 21. *f.* 3. *Merian. eur.* 24. *f.*
*Gœd. inſ.* 2. *p.* 58. *t.* 18. *Alb. inſ.* 61. *f. C.*
*Roeſ. inſ.* 2. *ſcar.* 3. *p.* 7. *t.* 2.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 31. *f.* 18. *Bradl. nat. t.* 27. *f.* 4
*Habitat in* Europæ *agris & plantis.*

9-puncta-ta. 9. C. coleoptris rubris: punctis nigris novem.
*Uddm. diſſ.* 14. Coccinella nigra, elytris rubris, punctis novem nigris.
*Habitat in* Europæ *Juniperetis.*

10-punctata. 10. C. coleoptris fulvis: punctis nigris decem.
*Habitat in* Europa.

11. C.

Coccinellæ *Larvæ Aphides conſumunt, eoque plantas a Phthiriaſi hac purgant.*

11-punctata. 11. C. coleoptris rubris: punctis nigris undecim. *Faun. ſvec.* 394.
*Merian. europ.* 168.
*Habitat in* Europa.

13-punctata. 12. C. coleoptris luteis: punctis nigris tredecim. *Fn. ſvec.* 395.
*Habitat in* Europæ *Armoracia.*

14-punctata. 13. C. coleoptris flavis: punctis nigris quatuordecim: quibusdam contiguis. *Fn. ſvec.* 396.
*Habitat in* Europa.

ocellata. 14. C. coleoptris luteis: punctis nigris quindecim. *Faun. ſvec.* 398.
*Gadd ſat.* 26. Coccinella elytris flavo-luteis, punctis 15 nigris ocello flavo cinctis.
*Merian. inſ.* 48. *f.* 5.
*Habitat in* Europa.
*Hæc reliquis major.*

19-punctata. 15. C. coleoptris flavis: punctis nigris novendecim.
*Habitat in* Europa.

22-punctata. 16. C. coleoptris flavis: punctis nigris viginti duobus. *Fn. ſvec.* 401.
*Habitat in* Europa.
*Thorax punctatus eſt.*

24-punctata. 17. C. coleoptris rubris: punctis nigris viginti quatuor. *Fn. ſvec.* 402.
*Habitat in* Europa.

25-punctata. 18. C. coleoptris rubris: punctis nigris viginti quinque.
*Habitat in* Europa.

conglobata. 19. C. coleoptris rubris: punctis nigris plurimis ſubcontiguis. *Fn. ſvec.* 403.
*Friſch. inſ.* 9. *p.* 34. *t.* 17. *f.* 6.
*Habitat in* Europa.

conglomerata. 20. C. coleoptris flaveſcentibus: punctis nigris plurimis contiguis. *Fn. ſvec.* 404.
*Raj. inſ.* 87. *n.* 15. *Liſt. loqu.* 383. *n.* 9.
*Friſch. inſ.* 9. *t.* 17. *f.* 4, 5.
*Habitat in* Europa.

* * *Coleoptris rubris flavisve: albo maculatis.*

guttato-punctata. 21. C. coleoptris rubris: punctis albis quatuordecim, nigris tribus.
*Habitat in* Europa.

14-guttata. 22. C. coleoptris rubris: punctis quatuordecim albis. *Fn. ſvec.* 397.
*Liſt. loqu.* 383. *n.* 10.
*Habitat in* Europæ *Salicibus.*

16-guttata. 23. C. coleoptris rubris: punctis albis ſedecim. *Fn. ſvec.* 399.
*Habitat in* Europa.

18-guttata. 24. C. coleoptris rubris: punctis albis ſedecim: duobus primis lunatis.
*Habitat in* Svecia.

20-guttata. 25. C. coleoptris rubris: punctis albis viginti. *Fn. ſvec.* 400.
*Habitat in* Europa.

oblongo-guttata. 26. C. coleoptris rubris, lineis punctisque albis. *Fn. ſvec.* 389.
*Habitat in* Europa.

obliterata. 27. C. coleoptris flavis: punctis quatuor rufis: anticis obſoletis.
*Habitat in* Europa.

* * * *Coleoptris nigris: rubro maculatis.*

2-puſtulata. 28. C. coleoptris nigris: punctis rubris duobus, abdomine ſanguineo. *Fn. ſvec.* 409.
*Friſch. inſ.* 9. *p.* 34. *t.* 16. *f.* 6.
*Rœſ. inſ.* 2. *ſcar.* 3. *p.* 10. *t.* 3.
*Habitat in* Europæ *Sorbis*; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*
*Singulum punctum e tribus componitur.*

4-puſtulata. 29. C. coleoptris nigris: punctis rubris quatuor: interioribus longioribus. *Fn. ſvec.* 408.
*Habitat in* Europæ *Urticis*, *Rubis.*

6-puſtulata. 30. C. coleoptris nigris, punctis rubris ſex. *Fn. ſvec.* 407.
*Raj. inſ.* 87. *n.* 4.
*Habitat in* Europa.

10-puſtulata. 31. C. coleoptris nigris: punctis fulvis decem. *Fn. ſvec.* 404. *Friſch. inſ.* 9. *t.* 17. *f.* 4. 5. *Liſt. loq.* 383. *n.* 9. *Raj. inſ.* 87. *n.* 15.
*Habitat in* Europa.

14-puſtulata. 32. C. coleoptris nigris: punctis rubris quatuordecim. *Fn. ſvec.* 406.
*Uddm. diſſ.* 15. Coccinella coleoptris nigris, maculis decem pallide flavis.
*Habitat in* Europa.
*Maculæ aliis flavæ, aliis fulvæ, aliis rubræ.*

16-puſtulata. 33. C. coleoptris nigris, punctis fulvis ſedecim.
*Habitat in* Europa.

gigantea. 34. C. coleoptris nigris: punctis fulvis numeroſiſſimis.
*Habitat in* India. *De Geer.*
Gigas *in hac gente, & Scarabæo ſtercorario par, media inter Coccinellas & Chryſomelas.* Corpus *nigrum ovatum.* Thorax *marginatus & emarginatus.* Antennæ *clavatæ.* Elytra *valde convexa marginata, punctis, in maculas ſæpe confluentibus, numeroſiſſimis, rufo-fulvis adſperſa.*

* * * * *Coleoptris nigris albo flavove maculatis.*

pantherina. 35. C. coleoptris nigris: punctis flavis octo.
*Habitat in* Europa.

tigrina. 36. C. coleoptris nigris: punctis albidis viginti. *Fn. ſvec.* 405.
*Uddm. diſſ.* 11. Coccinella coleoptris nigris, punctis viginti albis.
*Habitat in* Europa.

## 176. CHRYSOMELA. *Antennæ* moniliformes, extrorſum craſſiores.
*Thorax*, nec elytra, marginatus.

* *Corpore ovato.*

göttingenſis. 1. C. ovata atra, pedibus violaceis.
*Rœſ. inſ.* 2. *ſcar.* 3. *t.* 5.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkåhl.*

2. C.

Tanaceti. 2. C. ovata atra punctata, antennis pedibusque nigris.
*Fn. ſvec.* 413. Chryſomela atra, punctis excavatis contiguis.
*It. goth.* 270.
*Habitat in* Tanaceto *vulgari.*

hæmorrhoidalis. 3. C. ovata nigra nitida, antennis baſi flaveſcentibus, ano ſupra rubro.
*Fn. ſvec.* 419. Chryſomela nigra glabra, antennarum baſi ſubflava.
*Habitat in Betula* Alno.

Graminis. 4. C. ovata viridis nitida, antennis pedibusque concoloribus.
*Fn. ſvec.* 419. Chryſomela viridi-cærulea.
*Habitat in* Gramine *pratorum.*

ænea. 5. C. ovata viridis nitida, abdomine poſtice ferrugineo.
*Fn. ſvec.* 420. Chryſomela viridis nitida, thorace antice excavato.
*Habitat in Betula* Alno.

Alni. 6. C. ovata violacea, elytris punctis excavatis ſparſis. *Fn. ſvec.* 416.
*Habitat in Betula* Alno.

Betulæ. 7. C. ovata violacea, elytris punctis excavatis ſtriatis. *Fn. ſvec.* 415.
*Habitat in* Betula *alba.*

hæmoptera. 8. C. ovata violacea, alis rubris.
*Habitat in* Europa.

occidentalis. 9. C. ovata viridi-ænea, pedibus antennisque flavis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Similis C. vitellinæ.*

Padi. 10. C. ovata nigra, elytris apice lividis.
*Habitat in Pruno* Pado.
*Pulice major, tota nigra, elytris apice lividis.*

Armoraciæ. 11. C. ovata cœruleo-viridis, ſubtus nigra.
*Habitat in Cochlearia* Armoracia.



Chryſomelæ *Larvæ conſumunt folia, relictis ſæpe eorum vaſis, pulpa contentæ.*

Hypochæridis. 12. C. ovata aurata, antennis nigris, elytris abbreviatis. *It. ſcan.* 210.
*Habitat in* Hypochæridis maculatæ *floribus.*

vulgatiſſima. 13. C. oblongo-ovata cærulea, antennis baſi ferrugineis.
*Habitat in* Europa.
*Differt a ſequenti quod major, non ænea, ſed cærulea & magis oblonga.*

vitellinæ. 14. C. ovata ænea.
Chryſomela ænei coloris. *Fn. ſvec.* 426.
*Rœſ. inſ.* 2. *ſcar.* 3. *p.* 5. *t.* 1.
*Habitat in* Salicibus glabris Populoque, *folia ſubtus conſumens.*
*Dum paſcuntur larvæ diſponuntur per lineas parallelas.*

Polygoni. 15. C. ovata cærulea, thorace femoribus anoque rufis.
*Fn. ſvec.* 440.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 17. *f.* 15.
*Habitat in* Polygono aviculari, *terreſtris.*

pallida. 16. C. ovata flaveſcens tota, oculis nigris.
*Fn. ſvec.* 423. Chryſomela pallido-griſea.
*Habitat in* Salicibus.

ſtaphylæa. 17. C. ovata obſcure teſtacea tota. *Fn. ſvec.* 422.
*Habitat in* Europa.

polita. 18. C. ovata, thorace aurato, elytris rufis.
*Fn. ſvec.* 427. Chryſomela viridi-ænea, elytris rubicundis.
*Habitat in* Salice, Populo.

clavicornis. 19. C. ovata nigra, elytris abdomineque rubris; antennis clavatis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Facies C. populi. Antennarum caput articulis tribus nigris.*

Populi. 20. C. ovata, thorace cæruleſcente, elytris rubris apice nigris.
*Fn. ſvec.* 428. *It. œl.* 38. Chryſomela nigro cærulea, elytris rubris apice nigris.
*Merian. inſ.* 14. *t.* 27. *Alb. inſ.* 63. *f. C.*
*Habitat in* Populo *tremula.*

21. C.

viminalis. 21. C. ovata nigra, thorace bimaculato, elytris teſtaceis.
*Fn. ſvec.* 429. Chryſomela thorace elytriſque rubris.
*Habitat in* Salicibus.

10-punctata. 22. C. ovata, thorace rubro poſtice nigro, elytris rufis: punctis ſubquinis nigris.
*Fn. ſvec.* 436. Chryſomela ſupra rufa, thoracis punctis nigris duobus, elytrorum pluribus.
*Friſch. inſ.* 13. *t.* 28.
β. Chryſomela rubra, elytro ſingulo maculis quinque nigris. *Fn. ſvec.* 1354.
*Habitat in* Populo *tremula*, Aſparago.

lapponica. 23. C. ovata, thorace viridi, elytris rubris: faſcia inter punctum maculamque lunatam cærulea.
*Fn. ſvec.* 431. Chryſomela thorace viridi, coleoptris rubris cruce cœrulea.
*Habitat in* Europa.

Boleti. 24. C. ovata nigra, elytris faſciis tribus flavis repandis.
*Uddm. diſſ.* 4. *t.* 1. *f.* 3. Dermeſtes ater nitens, elytris nigris, faſciis duabus flavis undulatis.
*Habitat in* Europa.

collaris. 25. C. ovata violacea, thorace marginibus luteo: puncto nigro. *Fn. ſvec.* 417.
*Habitat in* Salicibus.

ſanguinolenta. 26 C. ovata nigra, elytris margine ſanguineis.
*Habitat in* Europa.

marginata. 27. C. ovata nigro-ænea, elytris margine luteis. *Fn. ſvec.* 437.
*Habitat in* Europa.

marginella. 28. C. oblongo ovata nigro-cærulea, thorace elytriſque margine luteis.
*Habitat in* Europa.

æſtuans. 29. C. oblongo-ovata rufo-teſtacea, elytris maculis 4 flaveſcentibus alternis.
*Habitat in* America. *Rolander.*

coccinea. 30. C. ovata, thorace emarginato ſanguineo macula nigra, elytris ſanguineis: maculis duabus nigris.

 *Uddm.*

*Uddm. diſſ.* 13. Coccinella coleoptris rubris, maculis 4 nigris.
*Habitat in* Europa.

philadelphica. 31. C. ovata viridis, elytris flavis: punctis vireſcentibus oblongiuſculis, antennis pedibusque ferrugineis.
*Habitat in* Penſylvania. *C. De Geer.*

americana. 32. C. ovata viridi-cæruleſcens, elytris lineis tribus rubris, alis ſanguineis.
*Habitat in* America, *lecta inter Coccos officinarum.*
Corpus *totum nitidum, cæruleo-vireſcens, ovale; ſultus totum piceo-fuſcum.* Caput Thorax & Elytra *nigro viridi-caruleſcentia.* Elytron *ſingulum pictum lineis 3 longitudinalibus, a baſi ad apicem elytri exaratis; harum interior recta a baſi ad apicem excurrit; extima marginalis duplicata.*

ſacra. 33. C. ovata ſupra rufa, thoracis linea punctis duobus elytrorumque ſutura nigris.
*Habitat in* Palæſtina. *Haſſelqviſt.*
*Linea extima baſi coiens cum intima; intermedia parum flexuoſa ante apicem deſinit; ramulus ruber in medio lineæ marginalis antrorſum ſpectans.* Alæ *ſanguineæ.*

minuta. 34. C. ovata nigra, elytris pedibus thoracisque lateribus griſeis.
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*
*Gerit faciem ſimillimam Dytiſcis, ſed pedes unguiculati.*

* * Saltatoriæ *femoribus poſticis craſſiſſimis.*

oleracea. 35. C. ſaltatoria, corpore vireſcenti-cæruleo.
*Fn. ſvec.* 539. Mordella ſubrotunda atro-cærulea.
*Habitat in* Europæ *cotyledonibus plantarum.*

chryſocephala. 36. C. ſaltatoria, corpore atro-cæruleo, capite pedibusque quatuor anterioribus luteis.
*Habitat in* Svecia.

Hyoſcyami. 37. C. ſaltatoria, corpore vireſcenti-cæruleo, pedibus teſtaceis, femoribus poſticis violaceis.
*Fn. ſvec.* 540. Mordella ovata cœrulea nitida, tibiis ferrugineis.
*Habitat in* Hyoſcyamo *nigro.*

erythro-cephala. 38. C. ſaltatoria, corpore atro-cæruleo, capite geniculisque pedum rufis.
*Habitat in* Svecia.

Helxines. 39. C. ſaltatoria, corpore viridi-æneo, antennis pedibusque omnibus teſtaceis.
*Fn. ſvec.* 539. Mordella atro-ænea ſubrotunda.
*Habitat in Polygono* Fagopyro.

exſoleta. 40. C. ſaltatoria, corpore flaveſcente, pedibus teſtaceis.
*Fn. ſvec.* 533. Mordella flava.
*Habitat in* Europa.

nitidula. 41. C. ſaltatoria, elytris cæruleis, capite thoraceque aureo, pedibus ferrugineis.
*Habitat in* Europa.

nemorum. 42. C. ſaltatoria, corpore atro, elytris linea flava, pedibus pallidis.
*Fn. ſvec.* 542. Mordella oblonga atra, elytris longitudinaliter in medio flaveſcentibus.
*Habitat in* Pulmonariis, Dentariis.

rufipes. 43. C. ſaltatoria cærulea obovata, thorace pedibus capite antennisque rufis.
*Habitat in* Europa.

holſatica. 44. C. ſaltatoria nigra nitida, elytris apice puncto rubro.
*Fn. ſvec.* 544. Mordella nigra, elytris apice rubris.
*Habitat in* Europa.

hemiſphærica. 45. C. ſaltatoria, corpore nigro hemiſphærico, tibiis piceis.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkåhl.*

ſurinamenſis. 46. C. ſaltatoria flaveſcens, elytris margine faſciaque ſanguineis.
*Habitat* Surinami. *Rolander.*
*Antecedentibus major. Antennæ pedesque pallidi.*

S. litera. 47. C. ſaltatoria pallida, elytris nigris: linea longitudinali flexuoſa alba.
*Habitat* Surinami. *Rolander.*
*Linea alba in ſingulo elytro refert S literam, neque hac parva eſt.*



Chryſomelæ *ſaltatoriæ plantarum cotyledonibus & tenellis foliis infeſtæ ſunt.*

æquino-ctialis. 48. C. ſaltatoria, thorace rubro, elytris violaceis: maculis 4 albis alternis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Magnitudo Coccinellæ biſunctatæ. Antennæ & Pedes nigri; maculæ Elytrorum ſubrotundæ.*

*** *Corpore cylindrico.*

tridenta-ta. 49. C. cylindrica, thorace cæruleo, elytris teſtaceis.
*Habitat in* Lonicera Xyloſteo.

4-puncta-ta. 50. C. cylindrica, thorace nigro, elytris rubris: punctis duobus nigris, antennis brevibus.
*Fn. ſvec.* 432. Chryſomela oblonga nigra, coleoptris rubris: maculis quatuor nigris.
*Habitat in* Europa.

2-puncta-ta. 51. C. cylindrica, thorace nigro nitido, elytris rubris: punctis duobus nigris, antennis longis.
*Uddm. diſſ.* 22. Chryſomela atra, elytris rubris, punctis 4 nigris.
β. *Uddm. diſſ.* 21. Chryſomela nigra, elytris rubris macula nigra longitudinali.
*Gadd. diſſ.* 25. Caſſida nigra, elytris flavis nitidis, maculis quatuor nigris, quarum duæ poſteriores majores & quaſi ex duabus aliis connatæ.
*Habitat in* Europa.

[illegible] C. cylindrica, thorace nigro, elytris nigris: maculis duabus rubris marginalibus.
*Gadd. diſſ.* 28. Caſſida nigra nitida, clypeo caput fere [illegible], macula ad apicem & baſin elytrorum lutea.
*Habitat in* Europa.

[illegible] C. cylindrica, thorace cæruleo nitido, elytris cæruleis, pedibus teſtaceis.
*Habitat in* Europa.

[illegible] 54. C. cylindrica, thorace cæruleo, elytris pedibusque cæruleis.
*Fn. ſvec.* 418. Chryſomela viridis nitida, thorace æquali, elytris punctis excavatis contiguis.
*Habitat in* Salicibus.

55. C.

Coryli. 55. C. cylindrica, thorace elytrisque teſtaceis, pedibus nigris.
*Habitat in* Europa.

Pini. 56. C. cylindrica teſtacea, elytris pallidioribus, pedibus concoloribus, antennis fuſcis.
*Habitat in* Pino.

bothnica. 57. C. cylindrica atra, thorace linea longitudinali rubra.
*Habitat in* Weſterbotnia. *D. C. Solander.*
*Statura C. cordigeræ, ſed atra. Thorax margine antico & linea longitudinali ruber. Caput in fronte macula quadrata rubra.*

cordigera. 58. C. cylindrica, thorace variegato, elytris rubris: punctis duobus nigris.
*Uddm. diſſ.* 23. Chryſomela nigra, elytris ſubflavis punctis quatuor nigris.
*Habitat in* Europa.
*Macula media poſtica thoracis antrorſum bifida eſt.*

6-punctata. 59. C. cylindrica, thorace variegato, elytris rubris: maculis tribus nigris.
*Habitat in* Europa.
*Genicula tibiarum puncto albo notata.*

10 maculata. 60. C. cylindrica, thorace variegato, elytris flavis punctis quinque nigris.
*Habitat in* Europa.

obſcura. 61. C. ſubcylindrica, thorace nigro, elytris pedibusque nigris.
*Habitat in* Europa.
*Elytrorum anguli exteriores verſus pectus gibboſiores ſunt, ut in Curculionibus.*

* * * * *Corpore oblongo Thorace anguſtiore.*

merdigera. 62. C. oblonga rubra, thorace utrinque impreſſo. *Faun. ſvec.* 425.
*Blank. inſ.* 91. *t.* 11. *f. J.* *Valliſn. nat.* 1. *p.* 265. *t.* 32.
*Merian. inſ.* 71. *Reaum. inſ.* 3. *t.* 17. *f.* 1. 2.
*Habitat in* Lilio, Convallaria.

Nymphææ. 63. C. oblonga fuſca, elytris margine prominulo flaveſcentibus. *Fn. ſvec.* 444.
*Habitat in* Nymphæis.

Caprea. 64. C. oblonga, thorace elytriſque griſeis, antennis nigris longis.
*Fn. ſvec.* 424. Chryſomela nigra, thorace elytriſque griſeis.
*Habitat in* Salicibus.

4-maculata. 65. C. oblonga, thorace flavo, elytris flavis: maculis duabus nigris remotiſſimis.
*Gadd ſat.* 77. Chryſomela fuſco lutea, elytrorum punctis quatuor nigris.
*Habitat in* Europa.

cyanella. 66. C. oblonga cærulea, thorace cylindrico lateribus gibbis.
*Habitat in* Europa.

12-punctata. 67. C. oblonga rufa, elytris punctis ſex, pectore pedumque geniculis nigris.
*Habitat in* Europa.

melanopus. 68. C. oblonga cærulea, thorace pedibuſque rufis.
*Habitat in* Europa.

Phellandrii. 69. C. oblonga nigra, thorace elytriſque lineis duabus luteis. *Fn. ſvec.* 438.
*Habitat in* Phellandrio *aquatico.*

Aſparagi. 70. C. oblonga, thorace rubro, punctis duobus nigris, elytris flavis: cruce punctiſque quatuor nigris. *Faun. ſvec.* 430.
*Friſch. inſ.* 1. *p.* 27. *t.* 6. *Rœſ. inſ.* 2. *ſcar.* 3. *p.* 11. *t.* 4.
*Habitat in* Aſparago *officinali.*
*Conſ. Cancarellum Aſparagi Valliſn. oper.* 1. *t.* 7.

Ceraſi. 71. C. oblongiuſcula griſea: oculis nigris. †
*Fn. ſvec.* 435. Chryſomela livida, oculis nigris.
*Habitat in* Europæ *Pruno* Pado.

ſulphurea. 72. C. oblonga flava tota.
*Habitat in* Norvegia. *D. C. Solander.*

cervina. 73. C. oblonga livida.
*Habitat in* Europa.
*Color dorſi conſtat e pilis vix conſpicuis glauco-fuſcis.*

74. C.

cerambοides. 74. C. oblonga nigra, elytris teſtaceis, antennis ſerratis.
*Habitat in* Europa.

murina. 75. C. oblonga nigra, elytris pedibusque teſtaceis.
*Habitat in* Europa.

hirta. 76. C. oblonga villoſa nigra, elytris teſtaceis.
*Habitat in* Europa.

inda. 77. C. oblonga cyanea, pedibus longitudine corporis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Magnitudo Scar. ſtercorarii. Elytra lævia. Pedes longiores quam in reliquis.*

elongata. 78. C. elongata atra, thorace rubro ſubvilloſo.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkåhl.*
*Hæc reliquis longior & admodum anguſta ratione congenerum.*

## 177. CURCULIO. *Antennæ* ſubclavatæ, roſtro inſidentes. *Roſtrum* corneum prominens.

* *Longiroſtres femoribus ſimplicibus.*

Palmarum. 1. C. longiroſtris ater, thorace ovato planiuſculo, elytris abbreviatis ſtriatis. *M. L. U.*
*Rumph. herb.* 1. *p.* 79, 83. *t.* 17. *f. G.* Coſſus Saguarius.
*Pet. gaz. t.* 35. *f.* 5. *Merian. ſurin. t.* 48. *f.* 3.
*Habitat in* Indiæ *Palmis.*
*Antennæ apice quaſi bifariam truncatæ.*

indus. 2. C. longiroſtris ater, thorace ſubovato excavato-punctato, elytris rugoſo-ſulcatis, tibiis ſpinoſis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Magnitudo præcedentis. Roſtrum apice bilobum.*

hemipterus. 3. C. longiroſtris obſcure purpuraſcens, elytris abbreviatis maculatis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Thorax lineis tribus nigris longitudinalibus.*

violaceus. 4. C. longiroſtris violaceus, proboſcide thoracis longitudine. *Fn. ſvec.* 451.
*Habitat in* Europa.

Alliariæ. 5. C. longiroſtris violaceus totus.
*Fn. ſvec.* 468. Curculio nigro-cæruleſcens.
*Habitat in* Eryſimo Alliaria & *affinibus.*

cyaneus. 6. C. longiroſtris ater, elytris violaceis, ſcutello albo. *Fn. ſvec.* 467.
*Habitat in* Europa, *imprimis in* Salicibus.

aterrimus. 7. C. longiroſtris ater, elytris nitidis. *Fn. ſvec.* 466.
*Habitat in* Europa.

Ceraſi. 8. C. longiroſtris ater, elytris opacis oblongis. *Fn. ſvec.* 465. *It. ſcan.* 355.
*Habitat in foliis* Ceraſi & Pyri, *epidermidem exedens, commaculans.*

acridulus. 9. C. longiroſtris piceus, abdomine ovato. *Fn. ſvec.* 463.
*Habitat in* Europæ *plantis tetradynamiæ.*

purpureus. 10. C. longiroſtris purpureus nitens. *Fn. ſvec.* 457.
*Pet. gaz. t.* 22. *f.* 5. Scarabæus miniatus minimus.
*Liſt. loqu.* 394.
*Habitat in* Europa.

frumentarius. 11. C. longiroſtris ſanguineus. *Fn. ſvec.* 475.
*Act. Stockh.* 1750. *p.* 186. *n.* 1.
*Leuwenh. arc.* 168. *aug.* 6. *p.* 83. *f.* 1.
*Habitat in* Europæ frumento.

granarius. 12. C. longiroſtris piceus oblongus, thorace punctato longitudine elytrorum. *Fn. ſvec.* 462.
*Raj. inſ.* 88. Scarabæus parvus ſordide ſ. obſcure fulvus, proboſcide longa deorſum arcuata.
*Habitat frequens in* granulis *avenaceis, in mercatorum tabernis frequens.*

dorſalis. 13. C. longiroſtris, elytris rubris: ſutura nigra.
*Fn. ſvec.* 475. Curculio niger, elytris in medio rufeſcentibus.
*Habitat in* Floribus.

14. C.

Curculionum *longiroſtrium larvæ pleræque fructus & ſemina, breviroſtrium vero folia conſumunt; variæ etiam caules perforant.*

melano-cardius. 14. C. longiroſtris cinereus, coleoptris faſcia cordata fuſca. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Macula utraque elytra combinans literam V refert.*

Pini. 15. C. longiroſtris, elytris teſtaceis: faſciis nebuloſis. *Fn. ſvec.* 446.
*It. œl.* 26. Curculio ſubfuſcus, elytris faſciis duabus teſtaceis.
*Pet. gaz.* 14. *t.* 8. *f.* 6. Curculio norvegicus.
β. Curculio longiroſtris, elytris macula ferruginea. *Fn. ſvec.* 447.
*Habitat in* Pini *ſylveſtris cortice & reſina.*
*Vidi α & β copula junctos.*

Rumicis. 16. C. longiroſtris griſeus nigro-nebuloſus oblongus, pedibus antennisque ſubfuſcis. *Fn. ſvec.* 454.
*Habitat in* Rumicibus Lapathis, *folia ſubtus exedendo maculans.*

Lapathi. 17. C. longiroſtris albo nigroque varius muricatus.
*Habitat in* Rumicibus *Lapathis.*

cupreus. 18. C. longiroſtris obſcure æneus, ſubtus obſcurior.
*Habitat in* Europa.

ſcaber. 19. C. longiroſtris cinereus, pedibus rufis, elytris ſcabris.
*Habitat in* Europa.

T.album. 20. C. longiroſtris ater, abdominis lateribus poſticisque lacteis.
*Habitat in* Weſterbothnia. *D. Solander.*
*Major pediculo; ad abdominis latera juxta pectus linea utrinque alba T literam referens.*

Quercus. 21. C. longiroſtris pallide flavus, oculis nigris. *Uddm. diſſ.* 25.
*Habitat in* Quercus *Roboris foliis, inter venas majores ſubcutaneus, folia maculans. Magnitudo Pediculi.*

arator. 22. C. longiroſtris teſtaceus, coleoptrorum ſutura nigra repanda.
*Habitat in* Svecia. *T. Bergman.*
*Thorax obſcurior lineis 3 flavis. Elytra valde ſtriata & lineis 3 nigris plerumque interruptis.*

2-puncta-tus. 23. C. longiroſtris cinereus, elytris macula nigra, tibiis flaveſcentibus. *Fn. ſvec.* 470.
*Habitat in* Europa.

4-maculatus. 24. C. longiroſtris nigricans, coleoptris maculis quatuor albidis.
*Habitat in* Europa.

5-maculatus. 25. C. longiroſtris griſeus, coleoptris maculis quinque albidis.
*Habitat in* Europa.

pericarpius. 26. C. longiroſtris ſubgloboſus nebuloſus, coleoptris macula cordata alba. *Fn. ſvec.* 461.
*Habitat in* Scrophulariis *cum ſequente.*

Scrophulariæ. 27. C. longiroſtris ſubgloboſus, coleoptris maculis duabus atris dorſalibus.
*Fn. ſvec.* 460. Curculio ſubgloboſus punctis duobus nigris ſuturæ longitudinalis coleoptrorum, thorace exalbido.
*Liſt. loqu.* 395. Scarabæus exiguus cinereus, duabus maculis nigris.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 2. *f.* 12.
*Habitat in* Scrophularia, *Verbaſco.*
*Larva viſcoſa excedit fructus, ſuosque folliculos ſubſtituit.*

vittatus. 28. C. longiroſtris, elytris lineis albis luteisque.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 210. Scarabæus curculio proboſcide longa deorſum arcuata, elytris faſciis albis & luteis variegatis.
*Habitat in* Europa.

paraplecticus. 29. C. longiroſtris cylindricus ſubcinereus, elytris mucronatis.
*Fn. ſvec.* 445. *It. ſcan.* 184. Curculio fuſcus oblongus, elytris rectis acuminatis.
*Habitat in* Phellandrio, *Sio.*
*Larva intra caulem ſæpe ſub aqua hæret. Equis Paraplegiam cauſſari creditur.*

algirus. 30. C. longiroſtris ſubcylindricus lævis fuſcus punctis prominulis adſperſus.
*Habitat* Algiriæ. *E. Brander.*

Sta-

*Statura antecedentis; ſed poſtice minus acutus & ſubcineraſcens.*

Bacchus. 31. C. longiroſtris aureus, roſtro plantisque nigris.
*Habitat in* Vite.

Betulæ. 32. C. longiroſtris, thorace antrorſum ſæpe ſpinoſo, corpore viridi aurato, ſubtus concolore.
*Fn. ſvec.* 486. Curculio cæruleo-viridis nitens, antennis atris.
*Habitat in* Betula, Alno.
*Alter ſexus thoracis ſpinas habet; alter non.*

Populi. 33. C. longiroſtris, thorace antrorſum ſpinoſo, corpore viridi ignito ſubtus ſubatro.
*Habitat in* Populo, Corylo.
*Mas thorace utrinque ſpinoſo, Femina vero non.*

* * *Longiroſtres, ſaltatorii femoribus poſticis craſſis.*

Alni. 34. C. longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, elytris lividis: maculis duabus obſcuris.
*Fn. ſvec.* 473. Curculio lividus, coleoptris maculis quatuor obſcuris.
*Habitat in* Alno *Betulæ.*

Salicis. 35. C. longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, elytris atris: faſciis duabus albis.
*Habitat in* Salicis *floribus.*

Fagi. 36. C. longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, corpore atro, femoribus pallidis. *Fn. ſvec.* 469. *It. ſcan.* 111.
*Habitat in* Fagi *foliis.*

Segetis. 37. C. longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, corpore piceo, elytris oblongis. *Fn. ſvec.* 464.
*Habitat in agris ſuper ſpicas.*

* * * *Longiroſtres femoribus dentatis.*

Pomorum. 38. C. longiroſtris, femoribus anticis dentatis, corpore griſeo nebuloſo. *Fn. ſvec.* 458.
*Friſch. inſ.* 1. *p.* 32. *t.* 8. Curculio in floribus arborum.
*Habitat in Floribus* Pomonæ.

ovatus. 39. C. longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, corpore ovato nigro albo-maculato.
*Habitat in* Europa.

carbonarius. 40. C. longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, corpore nigro oblongo, elytris ſtriatis.
*Habitat in* Europa. *D. C. Solander.*

mucoreus. 41. C. longiroſtris, femoribus quatuor anterioribus dentatis, elytris polline flaveſcentibus ſupra apicem gibboſis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.

puſio. 42. C. longiroſtris, femoribus quatuor poſterioribus dentatis, elytris nigris ſtriatis linea repanda griſea. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Linea griſea repanda in ſingulo elytro longitudinaliter excurrit.*

vaginalis. 43. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris ſtriatis: tuberculis ſparſis juxta apicem mucronatis. *M. L. U.*
*Habitat in* America, Surinami.
*Thoracis foſſula pro roſtro. Elytrorum ſtriæ ex punctis cavis villoſis.*

ſtigma. 44. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris maculis ferruginea. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Foſſula inter pedes pro roſtri receptione, ut in antecedente.*

depreſſus. 45. C. longiroſtris, femoribus dentatis, thorace depreſſo lateribus obtuſe angulato. *M. L. U.*
*Habitat in* America.
*Corpus griſeum punctis nigris glabris prominulis*

annulatus. 46. C. longiroſtris, femoribus dentatis, thorace elytrisque faſciis linearibus nigris. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Thorax linea unica, elytra duabus cinguntur; oculi annulo albo.*

diſpar. 47. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris emarginatis rubro-ſtriatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

*Anten-*

*Antennæ filiformes. Corpus nigrum.* Femina *roſtro brevi valide forcipato.*

anchorago. 48. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris flavo ſtriatis, thorace elongato. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Thorax longitudine ſæpe abdominis, unde ſtructura ſingularis, & roſtrum longitudine thoracis.*

Abietis. 49. C. longiroſtris, elytris fuſcis: faſciis duabus linearibus interruptis griſeis; femoribus dentatis.
*Fn. ſvec.* 447. *It. œl.* 26. C. ſubfuſcus.
*Pet. gaz.* 14. *t.* 8. *f.* 6. C. norvegicus.
*Habitat in* Pini ſylveſtris *Cortice & reſina.*

germanus. 50. C. longiroſtris, femoribus ſubdentatis, corpore ovato nigro punctis teſtaceis adſperſo.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkåhl.*
*Inter maximos Europæos.* Roſtrum *craſſiuſculum.* Thorax *ſubrotundus utrinque punctis* 3 *ferrugineis.* Coleoptra *abdomen tegentia, ovata, nigra punctis ferrugineis adſperſa.* Femora *poſtica obſoletius dentata; anteriora* 4 *mutica cum rudimento dentis. Similis C. pini.*

Nucum. 51. C. longiroſtris, femoribus dentatis, corpore griſeo longitudine roſtri.
*Uddm diſſ.* 24. Curculio ovatus griſeus, roſtro filiformi longitudine corporis.
*Rœſ. inſ. ſuppl.* 385. *t.* 67. *f.* 5. 6.
*Habitat in* Nucibus Coryli *Avellanæ.*

5-punctatus. 52. C. longiroſtris, femoribus dentatis, elytris ſutura alba, maculisque duabus.
*Habitat in* Europa.

hiſpidus. 53. C. longiroſtris, femoribus dentatis, corpore ſulcato adſperſo ſquamis erectis.
*Habitat in* Europa.

rectiroſtris. 54. C. longiroſtris, femoribus dentatis, roſtro rubro, elytris obſolete faſciatis.
*Habitat in* Europa.

pedicularius. 55. C. longiroſtris, femoribus dentatis, corpore rubro, elytris albido-ſubfaſciatis.
*Habitat in* Europa.

**** *Bre-*

* * * * *Breviroſtres femoribus dentatis.*

Liguſtici. 56. C. breviroſtris, femoribus ſubdentatis, abdomine ſubovato murino.
*Habitat in* Liguſtico Leviſtico.

Pyri. 57. C. breviroſtris, femoribus dentatis, æneo-fuſcus. *Fn. ſvec.* 449.
*Fn. ſvec.* 455. *It. ſcan.* 355. Curculio viridis opacus, pedibus antennisque magis fuſcis.
*Habitat in* Pyri *foliis.*

oblongus. 58. C. breviroſtris oblongus, femoribus dentatis, antennis elytris pedibusque ferrugineis.
*Habitat in* Svecia. *D. C. Solander.*
*Magnitudo Dermeſtidis.*

argentatus. 59. C. breviroſtris, femoribus dentatis, corpore viridi argentato. *Fn. ſvec.* 449.
*Fn. ſvec.* 459. Curculio femoribus omnibus denticulo notatis, corpore viridi oblongo.
*Habitat in Europæ* Urtica.

ovatus. 60. C. breviroſtris, femoribus dentatis, abdomine ovato nigro, pedibus antennisque rufis.
*Habitat in* Europa.

cervinus. 61. C. breviroſtris, femoribus dentatis, antennis baſi rufeſcentibus.
*Habitat in* Europa.

* * * * * *Breviroſtres femoribus muticis.*

argyreus. 62. C. breviroſtris, femoribus ſubmuticis, corpore toto viridi-argenteo-aureoque maculato. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Facies C. argentati. Sub femoribus primoribus ſpina obſoleta.*

viridis. 63. C. breviroſtris, femoribus muticis, corpore viridi ſupra obſcuro, ſubtus flavidiore.
*Habitat in* Europa.
*Magnitudo & ſtatura C. Pyri, ſupra totus e viridi fuſcus, ſubtus e flavo viridis, quo colore etiam latera elytrorum lucent. Antennæ & Pedes nigri.*

ſpecioſus. 64. C. breviroſtris, femoribus muticis, corpore luteo viridi-nitente, elytris ſpinis ſparſis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Elytra ſingula in dorſo protuberant ſpinis quinque.*

ruficornis. 65. C. breviroſtris, femoribus muticis, corpore atro, thorace bituberculato, antennis rubris.
*Habitat in* Europa.

albinus. 66. C. breviroſtris niger, fronte anoque albis, thorace tuberculato.
*Uddm. diſſ.* 27. Curculio niger, aculeis thoracis tribus, elytrorum ſex.
*Habitat in* Europa.
*Color fere Curculionis Lapathi.*

lineatus. 67. C. breviroſtris griſeus, thorace ſtriis tribus pallidioribus. *Fn. ſvec.* 450.
*Habitat in* Europa.

incanus. 68. C. breviroſtris cinereus oblongus, elytris obtuſiuſculis. *Fn. ſvec.* 452.
*Habitat in* Europa.

cloropus. 69 C. breviroſtris niger, antennis tibiisque ferrugineis.
*Habitat in* Europa.
*Magnitudo Pulicis.*

rufipes. 70. C. breviroſtris cinereus oblongus, pedibus rufis. *Fn. ſvec.* 483.
*Habitat in* Europa.

nebuloſus. 71. C. breviroſtris oblongus canus, elytris faſciis obliquis nigris.
*Fn. ſvec.* 448. Curculio albo nigroque varius, proboſcide planiuſcula carinata thoracis longitudine.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 32. *t.* 23. *f.* 3.
*Habitat in* Europa.

ater. 72. C. breviroſtris oblongus ater, antennis rufis.
*Habitat in* Europa.

emeritus. 73. C. breviroſtris niger, thorace elytrisque ſpinoſis, fronte excavata. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

*Facies triſtis aranei. Elytra adſperſa verrucis piloſis. Abdomen multum elytris tectum.*

barbarus. 74. C. breviroſtris ater, thorace ſubſpinoſo, elytris angulo duplici criſpato.
*Habitat* Algiriæ. *Brander.*
*Magnitudo fere Scarabæi ſtercorarii.* Corpus *totum aterrimum. Caput, Thorax, Pectus, Pedes punctis excavatis adſperſa.* Elytra *coalita vix dehiſcentia, ad latera inferiora punctis gibbis adſperſa; ſupra in ſingulo lineæ duæ elevatæ punctis muricatæ.* Thorax *varie excavatus, ad latera quaſi ſpina rotundata utrinque notabilis.*

cornutus. 75. C. breviroſtris cinereus, thorace elytrisque ſubſpinoſis, capite cornuto. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Caput angulo utrinque ſupra antennas & alio utrinque ſupra baſin; elytra quaſi echinata punctis cum faſciculo pilorum adjecto.*

16-punctatus. 76. C. breviroſtris cæruleſcens, thorace punctis nigris quatuor, coleoptris duodecim. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Magnitudo Crabronis. Caput ſulco notatum. Abdomen etiam ſubtus una alterave macula nigra.*

granulatus. 77. C. breviroſtris viridis ſtriatus punctis nigris elevatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Magnitudo Scar. ſtercorarii.*

abbreviatus. 78. C. breviroſtris ſubfuſcus, elytris griſeis: ſtriis atris glabris elevatis abbreviatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Elytra griſeo vellere quaſi obducta præter ſtrias & margines.*

chinenſis. 79. C. breviroſtris griſeus, elytris abbreviatis, antennis pectinatis, podice albo.
*Habitat in* Piſis *omnis generis, e* China *allatis.*

apterus. 80. C. breviroſtris, pedibus muticis, corpore atro, thorace ſpinoſo, elytris coadunatis, abdomine punctato.
*Habitat in* India. *De Geer.*

*Maxi-*

*Maximus.* Thorax *punctatus cruce quaſi inuſtus.* Abdomen *ſubtus trifariam rubro punctatum.* Corpus *nigrum.*

## 178. ATTELABUS. *Caput* poſtice attenuatum, inclinatum. *Antennæ* apicem verſus craſſiores.

Coryli. 1. A. niger, elytris rubris.
*Fn. ſvec.* 476. *It. œl.* 153. Curculio niger, elytris rubris, capite poſtice elongato.
*Habitat in foliis* Coryli, *quæ in cylindrum convolvit & utrinque claudit.*

ſurinamenſis. 2. A. elytris apice bidentatis.
*Habitat* Surinami. *Rolander.*
*Similis A. penſylvanico, minor A. coryli.* Caput & Thorax *nigra.* Antennæ *albo fuſcoque annulata.* Pedes *ferruginei: Femora annulo fuſco albo.* Elytra *fuſca ſtriata, apice bidentata.*

penſylvanicus. 3. A. niger, elytris rubris: faſcia media apiciſque nigro.
*Habitat in* Philadelphia. *Kalm.*
*Statura præcedentis omnino, ſed alias & minor.* Caput *oblongum, nigrum, poſtice elongatum, maxillis rufis.* Antennæ *filiformes, obtuſæ, baſi flaveſcentes.* Thorax *oblongus, niger, glaber.* Elytra *rubra, faſcia in medio nigra & alia ad apicem.* Pedes *rufi.*

Betulæ. 4. A. pedibus ſaltatoriis, corpore toto atro.
*Habitat in* Betulæ *foliis, quæ pulchre criſpa rodendo reddit. Rolander.*

formicarius. 5. A. niger, elytris faſcia duplici alba baſi rubris. *Faun. ſvec.* 477.
*Jonſt. inſ.* . . *t.* 15. *Liſt. mut. t.* 31. *f.* 1.
*Raj. inſ.* 103. *n.* 29.
*Habitat in* Europa.

ſipylus. 6. A. viridis, elytris faſcia duplici flava interrupta, thorace hirſuto. *M. L. U.*

*Habitat in* Sipylo. *Haſſelquiſt.*
*Statura & magnitudo A. formicarii.*

apiarius. 7. A. cæruleſcens, elytris rubris, faſciis tribus nigris.
*Swamm. bibl. . . t. 26. f. 3. Reaum. inſ. 6. t. 8. f. 10.*
*Habitat in* Germania. *P. Forſkåhl.*
*Facies A. formicarii, ſed duplo major.* Corpus *totum atro-cæruleſcens, ſed Caput & Thorax pilis nigris pubeſcentia. Pectus & Abdomen nitidius cæruleſcentia, ut & Femora poſtica, quæ longiora.* Elytra *rubra, faſciis tribus margine repandis atris; quarum prima vix marginem lateralem attingit; poſtrema in ipſo apice elytri, cæruleſcens.* Antennæ *nigræ, clavatæ.*

mollis. 8. A. griſeus pubeſcens, elytris faſciis tribus pallidis.
*Uddm. diſſ.* 28. *t.* 1. *f.* 9. Curculio oblongus ruber, elytris nigris: faſcia triplici albicante.
*Habitat in* Europa.

Ceramboides. 9. A. ater, elytris rugoſis.
*Uddm. diſſ.* 26. *t.* 1. *f.* 1. Curculio maximus ater oblongus, elytris irregulariter reticulatis.
*Habitat in* Boleto fomentario.

Bupreſtoides. 10. A. ater, elytris nervoſis, thorace ſubgloboſo.
*Fn. ſvec.* 554. Bupreſtis ater.
*Habitat in* Europa.

## 179. CERAMBYX. *Antennæ* attenuatæ. *Thorax* ſpinoſus aut gibbus. *Elytra* linearia.

* *Thorace ſpinis lateralibus mobilibus.*

longimanus. 1. C. thorace ſpinis mobilibus, elytris baſi unidentatis apiceque bidentatis, antennis longioribus.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 209. Scarabæus Capricornus maximus nigricans, faſciis elytrorum coccineis & flavis.
*Grew. muſ.* 163. *t.* 13. *Merian. ſurin. t.* 28.
*Vincent. muſ. t.* 1. *fig. infim. media.*
*Roeſ. inſ.* 2. *ſcarab.* 2. *p.* 11. *t.* 1. *f. a.*
*Habitat in* America.
*In altero ſexu tibiæ anticæ longiſſimæ, ut in Scar. longimano.*

2. C.

trochlearis. 2. C. thorace ſpinis mobilibus, elytris fuſco canoque variis: punctis elevatis.
*Habitat in* India. *De Geer.*

* * *Thorace marginato dentibus lateralibus.*

cervicornis. 3. C. thorace marginato dentato, maxillis porrectis cornuformibus utrinque ſpinoſis, antennis brevibus.
*Sloan. jam.* 2. *t.* 237. *f.* 6. *Merian. ſurin. t.* 48.
*Roeſ. inſ.* 2. *ſcarab.* 2. *p.* 12. *t.* 1. *f.* 13. *Pet. gaz. t.* 44. *f.* 8?
*Brown. jam.* 429. *t.* 44. *f.* 8.
*Habitat in* America.
*Antennæ corpore breviores. Thoracis dentes* 3 *validi. Elytra lineata.*

coriarius. 4. C. thorace marginato-dentato, corpore piceo, elytris mucronatis, antennis corpore brevioribus.
*Fn. ſvec.* 480. Cerambyx niger, thorace planiuſculo: margine utrinque tridentato, coleoptris piceis.
*Roeſ. inſ.* 2. *ſcarab.* 2. *t.* 1. *f.* 1. 2.
*Gadd ſat.* 79. Cerambyx cinereo nigricans, antennis & pedibus rufis.
*Habitat in* Betulis *putridis.*
*Mas utrinque thorace unidentato, Femina tridentato.*

cinnamomeus. 5. C. thorace marginato denticulato, corpore ferrugineo, elytris mucronatis.
*Merian. ſur. t.* 24. *f.* 1. 2.
*Habitat in* America.
*Thoracis denticulus lateralis poſticus validior. Elytra colore cort. cinnamomi.*

feſtivus. 6. C. thorace utrinque bidentato, elytris bidentatis viridibus linea lutea.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Thorax *rubro nigroque varius*, Antennæ *baſi rubræ, vix corpore longiores.* Elytra *apice bidentata, viridia, ſtria duplici elevata*; Linea *longitudinalis lutea juxta marginem exteriorem.*

lineatus. 7. C. thorace marginato dentato, elytris nigris lineis albis, antennis compreſſis brevioribus.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 209. *t.* 237. *f.* 34.
*Brown. jam.* 430. *t.* 43. *f.* 7.
*Habitat in* Jamaica.

ſpinibarbis. 8. C. thorace marginato ſubcrenulato, capite ſub maxillis ſpinoſo ſcabro, antennis brevibus.
*Habitat in* America.
*Corpus nigrum. Antennæ corpore breviores.*

* *, * *Thorace rotundato, ſpinis fixis lateralibus mucronato.*

Batus. 9. C. thorace ſpinoſo rugoſo, elytris bidentatis, antennis longis uncinato-aculeatis. *M. L. U.*
*Muſ. petrop.* 652. *n.* 154. Capricornus niger cornutus.
*Habitat in* Indiis.
*Antennæ articulis* 1-5 *ſubtus aculeo recurvo armatis.*

Rubus. 10. C. thorace ſpinoſo, antennis ſubtus aculeatis, elytris bidentatis punctis quatuor albis.
*Habitat in* India. *De Geer.*
*Magnus. Thorax utrinque ſpina fixa, ſubtus linea alba. Elytra lævia, baſi punctis rugoſa, apice bidentata.*

ferrugineus. 11. C. thorace ſpinoſo rugoſo, elytris faſtigiatis ſubferrugineis, antennis longis.
*Habitat in* India.

Sentis. 12. C. thorace ſpinoſo lævi, elytris faſtigiatis biguttatis, antennis ſubtus aculeatis longioribus.
*Habitat in* India.
Antennæ *corpore ſesquilongiores.* Corpus *griſeum.* Elytra *antice punctis elevatis ſubſcabra. Maculæ duæ albæ parvæ longitudinales.* Linea *alba ab antennis per latera thoracis & abdominis verſus anum ducta.*

farinoſus. 13. C. thorace ſpinoſo niger, elytris punctis albis ſparſis farinoſis.
*Merian. ſurin. t.* 24. *f. infima.*
*Habitat in* America. *De Geer.*

depreſſus. 14. C. thorace quadriſpinoſo, dorſo depreſſo, elytris nebuloſis: antice punctis elevatis ſparſis.
*Habitat in* India. *De Geer.*

glaucus. 15. C. thorace quinqueſpinoſo glaucus, elytris muricatis latere faſciaque nigris, antennis longioribus.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Inſectum *ſupra albido-glaucum, ſubtus fuſcum.* Thorax *ſupra ſpinis* 4 *& quinto in medio poſterius.* Elytra *trun-*

*truncata, unidentata, antice echinato-muricata, lateribus nigra cum lineolis, postice quasi fascia elytra secante.* Antennæ *corpore vix duplo longiores.*

lamed. 16. C. thorace ſpinoſo pubeſcente, elytris faſtigiatis lividis, faſcia obſcura longitudinali flexuoſa, antennis brevioribus.

*Fn. ſvec.* 498. Leptura nigra, elytris nigricante lividoque variis.

*Habitat in* Europa.

nebuloſus. 17. C. thorace ſpinoſo, elytris faſtigiatis punctis faſciisque nigris, antennis corpore longioribus. *Fn. ſvec.* 483. *It. gotl.* 273.

*Habitat in* Abietum *truncis.*

hiſpidus. 18. C. thorace ſpinoſo, elytris ſubpræmorſis, punctisque tribus hiſpidis, antennis hirtis longioribus.

*Fn. ſvec.* 484. *t.* 1. Cerambyx cinereus elytris præmorſis nigris faſciaque alba, antennis ſeſquilongioribus.

*Habitat in* Europa.

deſertus. 19. C. thorace ſpinoſo albo-lineato, elytris bidentatis albo faſciatis, antennis longioribus. *M. L. U.*

*Habitat in* America.

*Thorax lineis 5 albis, quarum laterales ſub thoracis margine ſunt.*

ſuccinctus. 20. C. thorace biſpinoſo rugoſo, elytris faſtigiatis faſcia flava, antennis longioribus compreſſis. *M. L. U.*

*Habitat in* America.

virens. 21. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis, corpore viridi, antennis longioribus, femoribus unidentatis. *M. L. U.*

*Sloan. jam.* 2. . . *t.* 237. *f.* 39. 40.

*Brown. jam.* 430. *t.* 43. *f.* 8.

*Habitat in* India.

moſchatus. 22. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis viridibus nitentibus, femoribus muticis, antennis mediocribus.

*Fn. ſvec.* 478. Cerambyx viridi cæruleſcens, antennis corpus ſubæquantibus.



Cerambycis *Larvæ Ligna rodunt, perforant, penetrant.*

*Mouff. inſ.* 133. *f. ultima.* *Friſch. inſ.* 13. *t.* 11.
*Raj. inſ.* 31. *n.* 17.
*Habitat in* Europa.

alpinus. 23. C. thorace ſpinoſo, coleoptris obtuſis faſcia maculisque quatuor atris, antennis longis.
*It. ſcan.* 260. Cerambyx ſubcærulcſcens, faſcia maculisque 4 nigris.
*Jonſt. inſ. t.* 15. *f.* 3. *Rob. ic.* 8.
*Scheuch. itin.* 1. *t.* 1. *f.* 5.
*Habitat in* Helvetia.

ædilis. 24. C. thorace ſpinoſo: punctis quatuor luteis, elytris obtuſis nebuloſis, antennis longiſſimis.
*Fn. ſvec.* 479. *It. œl.* 8. Cerambyx nebuloſus, antennis corpore longioribus, thoracis punctis quatuor luteis.
*Pet. gaz. t.* 8. *f.* 8. Capricornus ruſticus.
*Mouff. inſ.* 151. *f.* 2. *Friſch. inſ.* 13. *t.* 12.
*Habitat in truncis arborum* Europæ.

ſutor. 25. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis atris ſubnebuloſis, ſcutello pallido, antennis longiſſimis.
*Fn. ſvec.* 482. Cerambyx ater, elytris punctatis maculis pallidis ſparſis, antennis corpore longioribus; thorace ſpinoſo.
*Gadd diſſ.* 27. Cerambyx nigro nebuloſus, ſcutello pallido, elytris fuſco æneis.
*Habitat in* Europa.

cerdo. 26. C. thorace ſpinoſo rugoſo nudo, corpore nigro, antennis longis: articulis quatuor primis clavatis.
*Habitat in* Italia. *M. Kæhler. in* Germania. *Forſkâhl.*
*Statura præcedentis; corpus & artus nigra. Elytra apice pallidiora ſ. picea. Antennæ corpore longiores: articulis 4 primis brevioribus clavatis ſ. apice rotundatis; reliquis compreſſis.*

textor. 27. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis convexis atris, antennis mediocribus.
*Uddm. diſſ. n.* 29. Cerambyx ſordide niger, punctis elevatis ſparſis, antennis craſſis corporis longitudinem ſubæquantibus.
*Habitat in* Europa.

fuliginator. 28. C. thorace ſubſpinoſo niger, elytris cineraſcentibus, antennis brevioribus.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkåhl.*
*Minor Ape; totus ater.* Antennæ *vix corporis longitudine.* Thorax *rotundatus, parce ſpinoſus.* Elytra *minus acuta, rore cinereo ſordido inquinata.*

coqvus. 29. C. thorace ſubſpinoſo hirſuto, elytris obtuſis ſulcatis atris antice ferrugineis, antennis mediocribus.
*Habitat in* Canada. *Kalm.*
*Spinæ thoracis villoſi potius digitis quam oculis obſervantur.*

curſor. 30. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.
*Fn. ſvec.* 481. Cerambyx rufus, coleoptrorum lineis tribus nigris longitudinalibus.
*Habitat in* Europa.

kæhleri. 31. C. thorace ſpinoſo niger, thorace elytrisque macula magna nigra.
*Habitat in* Italia. *M. Kæhler.*
*Magnitudo media.* Corpus *&* *artus nigra.* Thorax *ſanguineus macula in tergo magna, rotundata, nigra.* Elytra *ſanguinea: macula magna, ovali, nigra, utroque elytro communi, a medio ad apices fere extenſa.* Femora *apice emarginata, acuta.* Antennæ *vix corporis longitudine.*

inquiſitor. 32. C. thorace ſpinoſo, elytris nebuloſis fuſco ſubfaſciatis, antennis corpore brevioribus.
*Fn. ſvec.* 485. Cerambyx cinereus nigro nebuloſus, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace ſpinoſo.
*Friſch. inſ.* 13. *t.* 14.
β. *Fn. ſvec.* 486. Cerambyx cinereus coleoptris faſciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace ſpinoſo.
*Habitat in* Europa.

fur. 33. C. thorace ſpinoſo gibboſo, coleoptris ovatis: faſcia duplici albida, antennis filiformibus mediocribus.
*Fn. ſvec.* 487. Cerambyx teſtaceus, elytrorum faſcia duplici albida, thorace ſpinoſo.



---

Antennæ *Breves, quæ corpore breviores; Mediocres quæ longitudine corporis; Longæ quæ corpore longiores ſunt, nobis dicuntur.*

*Habitat in* herbariis, *inſectorum collectionibus, avibus exſiccatis, pellious, utenſilibus, culinis, peſſimus nobis hoſpes.*
*Genere anceps ob Antennas filiformes & quod caput Dermeſtidis more intra thoracem retrahat incurvatum.*

* * * * *Thorace inermi ſubcylindrico.*

carcharias. 34 C. thorace mutico cylindrico, corpore griſeo nigro punctato, antennis mediocribus. *Fn. ſvec.* 493.
*Gœd. inſ.* 2. *t.* 51. *Liſt. gœd. f.* 106.
*Pet. gaz. t.* 2. *f.* 1.
*Habitat in* Europa.

ſcalaris. 35. C. thorace mutico cylindrico, coleoptris linea flava dentata punctisque flavis, antennis mediocribus. *Faun. ſvec.* 494.
*Habitat in* Europa.
*Variat linea cæruleſcente loco flavæ.*

populneus. 36. C. thorace mutico cylindrico flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus.
*Gadd ſat.* 79. Cerambyx fuſco cinereus, antennis nigro alboque variegatis, elytrorum punctis octo luteis.
*Habitat in* Europa.

cylindricus. 37. C. thorace mutico cylindrico linea albida, elytris faſtigiatis nigris, pedibus anticis pallidis.
*Rœſ. inſ.* 2. *ſcarab.* 2. *t.* 3.
*Habitat in* Europa.
*Antennæ vix corpore longiores.*

oculatus. 38. C. thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris faſtigiatis linearibus nigris.
*Uddm. diſſ.* 31. Cerambyx ferrugineo-rufus, elytris nigro cinereis punctis excavatis nigris.
*Habitat in* Europa.
*Antennæ mediocres.*

zonarius. 39. C. thorace mutico cylindrico rugoſo, antennis longioribus, elytris obtuſis fuſcis: faſcia lineari albida. *M. L. U.*
*Habitat in* America.

* * * * *

* * * * * *Thorace inermi ſubrotundo ſ. ex globoſo depreſſo.*

ſerraticornis. 40. C. thorace mutico ſubovali, corpore lurido fuſco, antennis compreſſis ſerratis mediocribus.
*Habitat in* Europa.

ruſticus. 41. C. thorace mutico ſubrotundo nudo, corpore lurido, antennis brevioribus ſubulatis.
*Fn. ſvec.* 492. Cerambyx fuſcus, punctis thoracinis impreſſis.
*Habitat in* Europa.

femoratus. 42. C. thorace inermi ſubrotundo, corpore atro, femoribus rubris, antennis mediocribus.
*Habitat in* Germania.
*Sequenti dimidio minor, anguſtior; ſola femora rubra. Antennæ vix corporis longitudine.*

violaceus. 43. C. thorace mutico ſubrotundo, corpore violaceo, antennis mediocribus.
*Fn. ſvec.* 495. Cerambyx violaceus nitens, antennis nigris, femoribus clavatis.
*Gadd. diſſ.* 33. Cantharis nigra, thorace rotundato, elytris cæruleſcentibus.
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 1.
*Habitat in* Europa.

auratus. 44. C. thorace dente laterali depreſſo viridi-inauratus, antennis nigris, femoribus poſticis cæruleis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Similis *C. violaceo.* Caput & Thorax *viridi-inaurata.* Dens thoracis *utrinque poſtice a baſi ſinu excavatus.* Elytra *rubro-viridi-aurata.* Antennæ *nigræ, vix corpore longiores.* Abdomen & *totum corpus ſubtus viridi-æneum.* Pedes *purpurei*: *Femora poſtica cærulea.*

ſtigma. 45. C. thorace ſubmutico ſubrotundo excavato punctato, corpore atro, elytris lævibus: ſtigmate albo.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Totus *niger. Thorax hemiſphæricus, ſubmarginatus, punctis numeroſis excavatus, poſtice ad angulum lateralem vix dentibus duobus utrinque excavatum.* Scutellum *læve, longius quam in reliquis.* Elytra *lævia, nigra,*

*nigra, ſingula pone ſcutellum lineola extrorſum obliqua alba.*

ſtriatus. 46. C. thorace mutico ſubrotundo, corpore nigro, elytris ſtriatis, antennis brevibus.
*Habitat in* Europa.

teſtaceus. 47. C. thorace mutico ſubrotundo glabro, corpore teſtaceo, antennis mediocribus. *Fn. ſvec.* 491.
*Habitat in* Europa.

bajulus. 48. C. thorace mutico ſubrotundo villoſo, tuberculis duobus, antennis brevibus.
*Fn. ſvec.* 489. Cerambyx nigricans, thorace villoſo cinereo, punctis duobus glabris.
*Friſch. inſ.* 13. *t.* 10.
β. *Fn. ſvec.* 490. Cerambyx teſtaceus, thorace villoſo cinereo lineolis duabus glabris.
*Habitat in* Europa; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

fennicus. 49. C. thorace mutico ſubrotundo tuberculis ſubferrugineo obſoletis, elytris violaceis, antennis longiuſculis.
*Uddm. diſſ.* 33. Cerambyx elytris nigro cæruleis apice abdominis ferrugineo.
*Habitat in* Europa.

undatus. 50. C. thorace mutico ſubrotundo tuberculato, elytris faſciis duabus undulatis, antennis ſubmediocribus. *Fn. ſvec.* 488.
*Habitat in* Europa.

ſanguineus. 51. C. thorace mutico ſubrotundo elytriſque ſanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus.
*Habitat* Upſaliæ *in parietibus. Iſac. Uddman.*
*Statura omnino C. Bajuli, at Thorax ſupra Scutellum. Elytra, Anus omnino ſanguinea, tomento vix conſpicuo; reliqua atra. Thorax ſupra magis lateribus depreſſus, quam bajulus.*

caſtaneus. 52. C. thorace mutico ſubrotundo, corporeque nigro, elytris antennis pedibuſque ferrugineis, antennis brevioribus.
*Habitat in* Svecia.
*Magnitudo C. undati, ſed paulo anguſtior. Femora poſtica nigra. Latera thoracis parum rubra. Antennæ corpore breviores. Affinis C. ruſtico, ſed minor.*

180. LE-

## 180. LEPTURA. *Antennæ* ſetaceæ.
*Elytra* apicem verſus attenuata.
*Thorax* teretiuſculus.

* *Thorace ovato ſ. antrorſum oblongiuſculo anguſtiore. Elytris apice truncatis.*

aquatica. 1. L. deaurata, antennis nigris, femoribus poſticis dentatis. *Fn. ſvec.* 509.
*Raj. inſ.* 100. Cantharis arundines frequentans.
*β.* Leptura ſubæneo-violacea, femoribus poſticis dentatis. *Fn. ſvec.* 510.
*Habitat in* plantis aquaticis, *Nymphæis*, *Caricibus*, Phellandrio, *cujus radici adhæret pupa intra globum brunneum.*

melanura. 2. L. nigra, elytris rubeſcentibus lividisve apice nigris. *Fn. ſvec.* 499.
*Friſch inſ.* 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 6. Scarabæus arboreus major violaceo ruber.
*Raj. inſ.* 499. Cerambyx niger, elytris flavis extremitatibus nigris.
*Pet. gaz. t.* 30. *f.* 5. Capricornus exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.
*Gadd. diſſ.* 27. Leptura thorace nigro nitido, elytris obſolete ſordideque flaveſcentibus.
*Habitat in* Europa.

rubra. 3. L. nigra, thorace elytris tibiisque purpureis. *Fn. ſvec.* 500.
*Fn. ſvec.* 497. Leptura nigra, thorace elytrisque rufis.
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 6. Scarabæus arboreus major purpureo-ruber.
*Habitat in* Europa.

virens. 4. L. viridi-flava, antennis luteo viridique variis. *Faun. ſvec.* 496.
*Habitat in* Europa.

ſericea. 5. L. viridi-cærulea, elytris ſubfaſtigiatis.
*Habitat in* Europa.

4-maculata. 6. L. nigra, elytris lividis: maculis quatuor nigris. *Fn. ſvec.* 502.
*Habitat in* Europa.

7. L.

meridiana. 7. L. nigra, abdomine pedibus baſique elytrorum flavis.
*Habitat in* Germania. *Forſkaal.*
*Statura L. melanuræ, ſed major; baſis antennarum rufa. Articuli pedum apice nigri. Elytrorum apices præmorſi.*

interrogationis. 8. L. nigra, elytris lividis: faſcia longitudinali arcuata maculisque quatuor nigris.
*Uddm. diſſ.* 35. *t.* 1. *f.* 2. Leptura nigra, elytris fuſco flavis: maculis octo nigris.
*Habitat in* Europa.

6-maculata. 9. L. nigra, coleoptris teſtaceis: maculis ſex nigris margine connexis. *Fn. ſvec.* 504.
*Habitat in* Europa.

4-faſciata. 10. L. nigra, elytris teſtaceis, faſciis quatuor nigris. *Faun. ſvec.* 505.
*Habitat in* Europa.

attenuata. 11. L. elytris faſtigiatis attenuatis fulvis: faſciis quatuor nigris, pedibus teſtaceis.
*Habitat in* Europa.

nigra. 12. L. elytris faſtigiatis, corpore nigro nitido, abdomine rufo.
*Habitat in* Europa.

* * *Thorace ſubgloboſo, nec antice attenuato. Elytris apice obtuſis, nec truncatis.*

virginea. 13. L. thorace globoſo nigro, elytris violaceis, abdomine rufo.
*Gadd diſſ.* 26. Leptura nigra, elytris cæruleſcentibus, toto abdomine rubro.
*Habitat in* Europa.

collaris. 14. L. thorace globoſo abdomineque rubris, elytris nigris.
*Habitat in* Europa.

ruſtica. 15. L. thorace globoſo tomentoſo, elytris cinereis: faſciis linearibus albidis undatis.
*Habitat in* Europa.

myſtica. 16. L. thorace globoſo tomentoſo, elytris fuſco-cinereis antice rufis: faſciis linearibus arcuatis lataque canis.
*Habitat in* Europa.

17. L.

necydalea. 17. L. thorace ſubgloboſo, elytris ſubulatis mucronatis glauco-aureis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Similis L. aquaticæ.* Elytra *attenuata & vere ſubulata, glaberrima, glauco-flaveſcentia, margine purpuraſcente.* Caput *nigrum.* Antennæ *filiformes, nigræ, corpore ½ breviores.* Femora *clavata.* Abdomen *nigrum, teres ut ichneumoni, inciſuris margine albis.*

detrita. 18. L. thorace globoſo nigricante, elytris fuſcis: faſciis quatuor transverſis flavis, pedibus rufis.
*Uddm. diſſ.* 31. Cerambyx ferrugineo rufus, elytris nigro cinereis punctis excavatis nigris.
*Habitat in* Europa.

arcuata. 19. L. thorace globoſo nigro, elytris nigris: faſciis linearibus flavis: tribus retrorſum arcuatis, pedibus ferrugineis.
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *ic.* 4. *f.* 1. Scarabæus arboreus luteo pictus.
*Uddm. diſſ.* 30. Cerambyx nigris elytris: faſciis 4 flavis arcuatis.
*Habitat in* Europa.

arietis. 20. L. thorace globoſo nigro, elytris nigris: faſciis flavis: ſecunda antrorſum arcuata, pedibus ferrugineis.
*Fn. ſvec.* 507. Leptura nigra, elytrorum lineis transverſis flavis, pedibus teſtaceis.
*Raj. inſ.* 82. *n.* 22. Scarabæus niger, lineolis luteis pulchre variegatus.
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *ic.* 5. *f.* 3. *Liſt. mut. t.* 31. *f.* 1.
*Habitat in* Europa.

præuſta. 21. L. thorace ſubgloboſo fuſco, elytris flavis, apice nigris, pedibus quatuor pallidis.
*Fn. ſvec.* 506. Leptura nigra, elytris flavis apice nigris.
*Habitat in* Europa.

linearis. 22. L. thorace ovato, corpore cyaneo lineari, antennis longioribus. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Antennæ corpore seſquilongiores.* Variat *femoribus clavatis & linearibus.*

181. CAN-

## 181. CANTHARIS. *Antennæ* ſetaceæ.
*Elytra* flexilia.
*Thorax* planiuſculus.
*Abdominis* latera plicato-papilloſa.

* *Clypeo ſemiorbiculato, antice rotundato. Femina aptera.*

Noctiluca. 1. C. oblonga nigra, thorace teſtaceo margine laterali nigro. *Fn. ſvec.* 584.
*Aldrov. inſ.* 492. *Columm. ecphr.* 1. *f.* 38. *t.* 36.
*Mouff. inſ.* 109. *f.* 1. 2. *Jonſt. inſ. t.* 14. *f.* 2.
*Raj. inſ.* 78. 79. *Bradl. nat.* 26. *f.* 3.
*Uddm. diſſ.* 47.
*Habitat in Europæ* juniperetis *graminoſis.*
*Corpus nigrum. Elytra punctis excavatis, vix conſpicuis. Thorax teſtaceus totus.*

Pyralis. 2. C. oblongiuſcula fuſca, elytris margine ruſeſcentibus, thoraceque intra marginem purpuraſcente.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Lampyris. 3. C. ovata, elytris fuſcis: macula marginali triangulari flava.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Clypeus *thoracis flavus; macula fuſca in fronte.* Elytra *fuſca macula flava in medio marginis lateralis.* Anus *ſubtus apice flavus.*

ignita. 4. C. ovata, elytris fuſcis: macula marginali ovata lutea.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Clypeus *antice maculis 2 fuſcis.* Corpus *fuſcum.* Alæ *nigræ.* Abdomen *totum ſubtus flavum.*

lucida. 5. C. oblonga, elytris fuſcis margine exteriore luteis, abdomine toto ſubtus flavo.
*Habitat in* America.
*Simillima C. noctilucæ, ſed pallidior, &* Abdomen *totum flavum.* Antennæ *&* Caput *nigra.*

phoſphorea. 6. C. oblonga ſubteſtacea, abdomine atro: poſtice flaviſſimo.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Abdominis *ſegmenta duo ultima flaviſſima, poriſque duobus pertuſa.* Antennæ *nigræ.*

mauritanica. 7. C. elytris lividis, corpore flavo.
*Habitat in* Algiria. *E. Brander.*
*Duplo major prima. Clypeus ſ. thorax, Pectus, Abdomen obſolete flava. Elytra exolete ſubfuſca. Femina ſ. Aptera triplo major noſtrate cum puncto flavo ad angulum anteriorem cujusvis ſegmenti corporis.*

chinenſis. 8. C. elytris teſtaceis apice nigris. *Osb. iter.* 224. *
*Habitat in* Aſia.

italica. 9. C. elytris fuſcis, thorace rufo: medio nigro.
*Habitat in* Italia. *J. Rathgeb. Equ.*
*Minor reliquis. Fuſca ſunt Elytra, Caput, Antennæ, Abdomen, exceptis 2 ultimis ſegmentis flavis. Thorax rufus medio macula nigra. Pectus, & Pedes lutei. Femina nigra, ſingulo ſegmento ſupra ad angulum marginalem macula teſtacea; in ſegmentis tribus primis majoribus.*

* * *Clypeo planiuſculo utrinque truncato ſ. quadrato: lateribus rotundatis marginatis.*

fuſca. 10. C. thorace marginato rubro macula nigra, elytris fuſcis. *Fn. ſvec.* 586. *It. œl.* 38.
*Raj. inſ.* 84. *n.* 29. & 101. *n.* 2.
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *icon.* 6. *f.* 5.
*Habitat in* Europa *frequens.*
*Sævit ſæpe in propriam ſpeciem.*

livida. 11. C. thorace marginato, tota teſtacea.
*Fn. ſvec.* 585. C. elytris teſtaceis, thorace rubro immaculato.
*Raj. inſ.* 84. *n.* 26. Cantharis ſepiarius major e rufo flavicans.
*Habitat in* Europa.

rufa. 12. C. thorace marginato, tota rufa, epigaſtrio aliſque nigris.
*Habitat in* Europa.

ſanguinea. 13. C. thorace marginato: macula nigra, tota rubra, elytris ſanguineis.
*Fn. ſvec.* 587. Cantharis elytris rubris, thorace rubro macula nigra.



Cantharidis *Larvæ, exceptis primis parentum ſimilibus; etiamnum ignotæ.*

*Raj. inſ.* 101. *n.* 4. *Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *ic.* 7. *f.* 2.
*Habitat in* Europa.

obſcura. 14. C. thorace marginato marginibus rubris, elytris nigris.
*Habitat in* Europa.
*Similis C. fuſcæ, ſed duplo minor; abdominis ultima ſegmenta ſubtus non rubra, ſed nigra, quamvis latera ſegmentorum rufa. Thorax non rufus macula media fuſca, ſed niger ſolis marginibus lateralibus rubris.*

lateralis. 15. C. thorace marginato rubro, corpore fuſco, elytris margine exteriore flaveſcentibus.
*Habitat in* Europa.

ænea. 16. C. thorace marginato, corpore viridi-æneo, elytris extrorſum undique rubris. *Fn. ſvec.* 588.
*Raj. inſ.* 77. Scarabæus minor, corpore longiuſculo, elytris rubicundis.
*Schæff. monogr.* 1754. *t.* 2. *f.* 10, 11.
*Habitat in* Europa.

bipuſtulata. 17. C. thorace marginato, corpore æneo-viridi, elytris apice rubris. *Fn. ſvec.* 589. *It. œl.* 127.
*Raj. inſ.* 101. *n.* 7.
*Habitat ſæpe in* Caricibus *Larva rapax minorum inſectorum.*

pedicularia. 18. C. thorace marginato, corpore atro, elytris apice rubris.
*Habitat in* Europa.
*Pediculo æqualis, quater minor præcedente.*

faſciata. 19. C. thorace marginato vireſcente, elytris nigris: faſciis duabus rubris. *Fn. ſvec.* 590.
*Habitat in* Europa.

biguttata. 20. C. thorace marginato atro, elytris nigris apice flavis. *Fn. ſvec.* 591.
*Habitat in* Europa.

minima. 21. C. thorace marginato rufo macula nigra, corpore fuſco, elytris apice flavis. *Fn. ſvec.* 592.
*Fn. ſvec.* 598. Necydalis elytris apice puncto flavo.
*Habitat in* Europa.

teſtacea. 22. C. thorace marginato flavo macula nigra, corpore nigro, elytris pedibusque lividis.
*Fn. ſvec.* 593. Cantharis nigra, elytris lividis.
*Habitat in* Europa.

pectinata. 23. C. atra, clypei lateribus baſique exteriore elytrorum luteis, antennis pectinatis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Antennæ *atræ, pectinato-ſerratæ.* Elytra *atra, ſtriata punctis excavatis.*

ſerrata. 24. C. flaveſcens, elytris ſtriatis: faſciisque tribus nigris, antennis ſerratis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Antennæ *compreſſæ, ſerratæ, nigræ, longitudine corporis.*

tropica. 25. C. thorace marginato lateribus rubro, elytris nigris faſcia alba, antennis pectinatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Elytra lata, ſubmembranacea, apicem verſus latiora & rotundata.*

pectinicornis. 26. C. thorace orbiculato, elytris rufo-teſtaceis, antennis pectinatis.
*Habitat in* Europa.

* * * *Thorace teretiuſculo.*

cærulea. 27. C. thorace teretiuſculo, corpore cæruleo.
*Habitat in* Europa.

viridiſſima. 28. C. thorace teretiuſculo, corpore viridi.
*Habitat in* Europa.
*Hæc dimidio præcedenti minor, cum qua convenit figura thoracis ſubcylindrica ad Cicindelas accedente, ſed neque oculi prominentes, neque maxillæ exſertæ, neque curſus celer & expeditus.*

navalis. 29. C. thorace teretiuſculo, corpore luteo, elytris margine apiceque nigris.
*It. Wgoth.* 153. *t.* 2.
*Habitat intra* Querci *lignum.*

melanura. 30. C. thorace rotundato, corpore luteo, elytris apice nigris.
*Habitat in* Europa.

## 181. ELATER. *Antennæ* ſetaceæ.
*Corpus* dorſo impoſitum exſiliens mucrone thoracis e foramine abdominis reſiliente.

oculatus. 1. E. thorace ocellis binis atris: iridibus albis, corpore nigricante. *M. L. U.*
*Pet. gaz. t.* 10. *f.* 4. Scarabæus elaſticus major, capite bimaculato.
*Act. anglic.* 246. *p.* 396. *n.* 13. & 271. *p.* 842. *n.* 32.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

noctilucus. 2. E. thoracis lateribus macula flava glabra. *M. L. U.*
*Sloan. jam.* 2. *p.* 206. *t.* 237. *f.* 1. Scarabæus medius fuſcus, thorace angulato lucem emittente.
*Brown. jam.* 432. *t.* 44. *f.* 10. Elater major fuſcus phoſphoricus.
*Habitat in* America.
*Thoracis ocellis noctu lucet uti Cantharis noctiluca & Cicada laternaria.*

phoſphoreus. 3. E. fuſcus, thorace poſtice maculis duabus flavis glabris.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Similis præcedenti, ſed dimidio minor.* Antennæ *ſetaceæ.* Elytra *pilis adpreſſis fuſca, ſtriata.* Maculæ *ſ. puncta lutea thoracis, non ad latera, ſed intra marginem poſticum ſ. inter dentes thoracis poſticos, noctu etiam lucent.*

brunneus. 4. E. thorace nigro utrinque rufo, elytris corporeque ferrugineis.
*Habitat in* Europa.

ſyriacus. 5. E. thorace rufo, elytris faſcia duplici alba, corpore nigro. *M. L. U.*
*Habitat in* Syria. *Haſſelqviſt.*

cruciatus. 6. E. thorace nigro lateribus ferrugineis, coleoptris flavis: cruce nigra margineque nigro.
*Habitat in* Europa.

linearis. 7. E. thorace nigro lateribus rufis, elytris teſtaceis linearibus.

*Fn.*

*Fn. ſvec.* 582. Elater thorace rubro, elytris griſeis.
*Uddm. diſſ.* 46. Elater canthariformis niger, ano rufo, elytris ex rufo pallide fuſcis ſtriatis.
*Habitat in* Europa.

ruficollis. 8. E. thorace rubro nitido antice nigro, elytris corporeque nigris.
*Fn. ſvec.* 576. Elater niger, thorace rubro.
*Habitat in* Europa.

meſomelus. 9. E. thorace margineque elytrorum ferrugineis, corpore elytrisque nigris.
*Habitat in* Europa.
*Antecedenti paulo major. Pectus in medio nigrum. Anus flavus. Thorax rugis aliquot impreſſis.*

caſtaneus. 10. E. thorace teſtaceo pubeſcente, elytris flavis apice nigris, corpore atro. *Fn. ſvec.* 573.
*Liſt. loqu.* 387. Scarabæus ex fuſco rufeſcens ſ. caſtaneus.
*Habitat in* Europa.

ferrugineus. 11. E. corpore toto ferrugineo.
*Habitat in* Svecia.
*Reliquis noſtratibus major*, Thorace *obſcure ferrugineo.* Antennæ *ſerratæ, thorace paulo longiores.*

ſanguineus. 12. E. thorace atro, elytris rubris, corpore nigro. *Faun. ſvec.* 574.
*Habitat in* Europa.

balteatus. 13. E. thorace atro, elytris antice dimidiato-rubris, corpore nigro. *Fn. ſvec.* 580.
*Raj. inſ.* 78. *n.* 13. Scarabæus minor, longo & anguſto corpore, elytris bicoloribus e fulvo & nigro, ſaltatrix.
*Habitat in* Europa.

marginatus. 14. E. thorace ſubfuſco, elytris teſtaceis margine undique nigris.
*Habitat in* Europa.

ſputator. 15. E. thorace fuſco nitido, elytris teſtaceis, corpore nigro.



Eateris *Larvæ etiamnum latent.*

*Fn. ſvec.* 583. Elater niger elytris fuſcis, antennis pedibusque rufis.
*Habitat in* Europa.

obſcurus. 16. E. thorace fuſco obſcuro, elytris obſcure teſtaceis.
*Habitat in* Europa.
*Simillimus præcedenti, ſed latior antennisque brevioribus.*

triſtis. 17. E. thorace atro nitido, elytris baſi margineque exteriore lividis.
*Habitat in* Europæ *lignis putridis.*

faſciatus. 18. E. thorace nigricante, elytris nigricantibus: faſcia alba undulata.
*Habitat in* Europa.

murinus. 19. E. thorace obſcure cinereo, elytris cinereo-nebuloſis, plantis rufis.
*Habitat in* Europa.

teſſellatus. 20. E. thorace obſcure æneo, elytris fuſcis: maculis pallidioribus confertis, unguibus rubris.
*Gadd ſat.* 80. Elater niger, pilis minimis flavo-æneis junctim intermixtis.
*Habitat in* Europa.

æneus. 21. E. thorace elytrisque cæruleſcenti-æneis, pedibus ſanguineis.
*Fn. ſvec.* 578. Elater viridi-æneus, pedibus fulvis.
*Habitat in* Europa.

pectinicornis. 22. E. thorace elytrisque æneis, antennis pectinatis.
*Fn ſvec.* 575. Elater fuſco-viridi-æneus.
*Liſt. loqu.* 387. *mut. t.* 17. *f.* 14. Scarabæus nigro-vireſcens, corniculis altero tantum verſu pectinatis.
*Habitat in* Europa.

niger. 23. E. thorace elytris pedibus corporeque nigris.
*Fn. ſvec.* 577. Elater totus nigro-fuſcus.
*Habitat in* Europa.

minutus. 24. E. thorace nigro nitido, elytris nigris obſcuris.
*Habitat in* Europa.
*Magnitudo vix dupla Pediculi.*

183. CI-

## 183. CICINDELA. *Antennæ* ſetaceæ.

*Maxillæ* prominentes, denticulatæ.

*Oculi* prominuli.

*Thorax* rotundato-marginatus.

campeſtris. 1. C. viridis, elytris punctis quinque albis. *Fn. ſvec.* 548. *Mouff. inſ.* 145. *f. infima.* *Jonſt. inſ. t.* 16. *Liſt. loqu.* 386. *mut. t.* 17. *f.* 12.
*Habitat in* Europæ *campis arenoſis.*

hybrida. 2. C. ſubpurpuraſcens, elytris faſcia lunulisque duabus albis.
*Habitat in* Europa.

germanica. 3. C. viridis, elytris punctis duobus albis cum lineola apicum.
*Habitat in* Germania. *P. Forsſkål.*
*Simillima C. campeſtri, ſed triplo minor, tota æneo-viridis.* Elytra *viridia apice lineola albicante & punctis* 2 *albis ad marginem exteriorem.*

ſylvatica. 4. C. nigra, elytris faſcia punctisque duobus albis. *Fn. ſvec.* 549. Cicindela atra, coleoptris maculis ſex faſciaque albis.
*Habitat in* Europæ *Pinetis.*

maura. 5. C. nigra, elytris punctis ſex albis: tertio & quarto confluentibus.
*Habitat* Algiriæ. *E. Brander.*
*Statura C. campeſtris. Frons alba. Elytra punctis* 6 *albis longitudinalibus ad marginem exteriorem: ſed* 3 *&* 4 *tranſverſe poſitis confluentibus.*

riparia. 6. C. viridi-ænea, elytris punctis latis excavatis. *Fn. ſvec.* 550. *It. œl.* 38. 121.
*Liſt. loqu.* 385. Scarabæus parvus inauratus.
*Habitat in* Europæ *humentibus.*



Cicindelæ *inſectorum Tigrides veloces, larvis etiamnum nobis latent.*

aquatica. 7. C. ænea nitida.
*Fn. ſvec.* 558 Bupreſtis fuſco-ænea nitida, thorace ſubmarginato.
*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 13.
*Habitat in* Europæ *aquis.*

## 184. BUPRESTIS. *Antennæ* ſetaceæ longitudine thoracis.
*Caput* dimidium intra thoracem retractum.

* *Elytris faſtigiatis.*

gigantea. 1. B. elytris faſtigiatis bidentatis rugoſis, corpore inaurato. *M. L. U.*
*Sloan. jam.* 2 *p.* 210. *t.* 236. *f.* 1, 2. Cantharis maxima, elytris cuprei coloris ſulcatis.
*Mer. ſur. t.* 50. *f. infima.* *Grew. muſ.* 165. *t.* 13.
*Habitat in* America, Aſia.

8-guttata. 2. B. elytris faſtigiatis muticis maculis quatuor albis, corpore cæruleo.
*It. ſcan.* 23. *Uddm. diſſ.* 42.
*Habitat in Oceano ad* Norvegiam.
Magnitudine *cedit noſtratibus majoribus.* Antennæ *nigræ longitudine thoracis.* Caput *nigrum aut cæruleum, lineola alba ante oculos.* Thorax *niger aut cæruleus margine albo.* Elytra *nigra aut cærulea ſtriata, obtuſiſſima, maculis octo albis longitudinaliter digeſtis.* Abdomen *cæruleum cum linea alba utrinque verſus baſin transverſa, & in ſingulo ſegmento utrinque par punctorum alborum, ut ſint ſub abdomine maculæ* 18 *albæ.* Pedes *cærulei cum puncto albo in femoribus quatuor poſterioribus.* Variat *colore cæruleo, nigro, aureo absque vel cum maculis.*

* * *Elytris verſus apicem ſerratis.*

gnita. 3. B. elytris ſerratis, thorace impreſſo, corpore inaurato, tibiis teretibus. *M. L. U.*
*Grew. muſ.* 166. *t.* 13. Beetle.
*Pet. gaz t.* 20. *f.* 8. *vel t.* 48. *f.* 5?
*Habitat in* Indiis.
*Elytra apice imprimis colore auri candefacti.*

4. B.

---

Bupreſtes *pleræque in aquoſis & ſub aqua degunt.*

ſtricta. 4. B. elytris ſerratis ſulcatis, tibiis angulatis, abdomine glabro. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Thorax a tergo minime impreſſus.*

ſternicornis. 5. B. elytris ſerrato-tridentatis, thorace punctato, pectore antrorſum mucronato: corpore inaurato. *M. L. U.*
*Grew. muſ.* 167. *t.* 13. Carabus orientalis craſſus.
*Habitat in* India.
*Elytra baſi notata puncto depreſſo latiore, colore variant.*

mariana. 6. B. elytris ſerratis longitudinaliter rugoſis: maculis duabus impreſſis, thorace ſulcato.
*Fn. ſvec.* 557. Bupreſtis æneo-nitida ſupra cinerea, coleoptris apice attenuatis.
*Pet. gaz. t.* 2. *f.* 2. Cantharis marianus viridis perelegans, vaginis ſulcatis ſignaturis flaveſcentibus notatis.
*Habitat in* Europa, America.

chryſoſtigma. 7. B. elytris ſerratis longitudinaliter ſulcatis, maculis duabus aureis impreſſis, thorace punctato.
*Fn. ſvec.* 556. Bupreſtis fuſco-ænea, elytris maculis æneis impreſſis.
*Habitat in* Europa.

ruſtica. 8. B. elytris ſtriatis, thorace punctato.
*Fn. ſvec.* 555. Bupreſtis viridi-ænea immaculata.
*Habitat in* Europa.

* * * *Elytris integris.*

faſciculаris. 9. B. elytris integerrimis ſtriatis: punctis faſciculato-villoſis, corpore inaurato hirſuto. *M. L. U.*
*Seb. muſ.* 2. *p.* 22. *t.* 20. *f.* 5. Scarabæus amboinenſis.
*Pet. gaz. t.* 13. *f.* 5. Scarabæus obſcure viridis aureus papillis pilis albis obſitis undique hirtus.
*Habitat in* India.
*Elytra punctis quintuplici ſerie digeſtis, barbato-faſciculatis.*

hirta. 10. B. elytris integerrimis, pedibus ferrugineis, corpore hirſuto. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Thorax & Elytra hirta.*

nitidula. 11. B. elytris integerrimis, thorace marginato utrinque depreſſo, corpore nitidiſſimo.
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*
*Magnitudo Culicis. Corpus undique nitidiſſimum & colore varians e viridi, cæruleo aut aureo.*

bimaculata. 12. B. elytris integerrimis ſtriatis macula rubra, corpore fuſco-viridi. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Elytra ſtriis elevatis glabris cum interjectis minoribus crenulatis.*

triſtis. 13. B. elytris integerrimis marginatis, corpore cupreo, abdomine punctis decem nigris. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

cuprea. 14. B. elytris integerrimis, thoracis lateribus ſcabris, ſcutello tuberculari, corpore cupreo lævi. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Scutelli loco punctum prominens.*

nobilis. 15. B. elytris integerrimis: faſciis linearibus duabus undatis inauratis, corpore fuſco. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

4-punctata. 16. B. elytris integerrimis punctatis, thorace punctis quatuor impreſſis, corpore obſcuro.
*Fn. ſvec.* 550. Bupreſtis atra, thorace punctis impreſſis.
*Habitat in* Europa.

minuta. 17. B. elytris integerrimis transverſe rugoſis, thorace ſubtrilobo lævi, corpore ovato.
*Habitat in* Europa.

viridis. 18. B. elytris integerrimis linearibus punctatis, thorace deflexo, corpore viridi elongato.
*Habitat in* Europa.

linearis. 19. B. lineari-oblonga murino-ænea, thorace poſtice trilobo.
*Habitat in* America. *Rolander.*

185. DYTISCUS. *Antennæ* ſetaceæ aut clavato-perfoliatæ.
*Pedes* poſtici villoſi, natatorii, ſubmutici.

* *Antennis perfoliatis.*

piceus. 1. D. antennis perfoliatis, corpore lævi piceo acuminato.
*Fn. ſvec.* 561. Dytiſcus antennis perfoliatis fuſcis.
*Lyonnet leſſ. tab.* 1. *f.* 15. 16. 12.
*Habitat in* Europa.
*Nidus natans mucrone eminente inſtructus.*

caraboides. 2. D. antennis perfoliatis, corpore glabro ſtriis aliquot recurvis.
*Fn. ſvec.* 562. Dytiſcus antennis perfoliatis nigris, elytris lævibus.
*Roeſ. aqu.* 1. *t.* 4. *f.* 1. 2.
*Habitat in* Europa.

fuſcipes. 3. D. antennis perfoliatis, elytris ſtriatis margine lividis, pedibus fuſcis. *Fn. ſvec.* 563.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

* * *Antennis ſetaceis.*

latiſſimus. 4. D. niger, elytrorum marginibus dilatatis linea flava. *Fn. ſvec.* 564.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 7. *f.* 1, 2. Scarabæus aquaticus magnus niger margine luteo.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

marginalis. 5. D. niger, thorace elytrorumque margine flavis. *Fn. ſvec.* 565.
*Raj. inſ.* 93. *n.* 1. *Mouff. inſ.* 164. *f. bona.*
*Aldr. inſ.* 707. *Liſt. mut. t.* 5. *f.* 2.
*Roeſ. inſ.* 2. *aquat.* 2. *p.* 7. *t.* 1. *f.* 9. 10.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

ſtriatus. 6. D. fuſcus, elytris transverſe ſubtiliſſime ſtriatis.
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*

fuſcus. 7. D. fuſcus, elytris transverſe ſubſtriatis.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

8. D.

---

Dytiſci *Larvæ ſubaquaticæ ſunt voraciſſimi aquatilium Crocodyli. Volatilia noctu exeunt volitantque ad alias aquas.*

cinereus. 8. D. cinereus, elytrorum margine thoracisque medietate flavis. *Fn. ſvec.* 566.
*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 12. *Liſt. mut. t.* 5. *f.* 1.
*Rœſ. inſ.* 2. *aqu.* 1. *t.* 3. *f.* 6.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

[illegible]niſtria-tus. 9. D. fuſcus, elytris feminæ ſulcis dimidiatis decem villoſis.
*α*. Dytiſcus ſupra fuſcus, ſubtus ater. *Fn. ſvec.* 568.
*β*. Dytiſcus elytris ſtriis viginti dimidiatis. *Fn. ſvec.* 567.
*Raj. inſ.* 94. *n.* 2. Hydro-Cantharus elytris ſtriatis ſ. canaliculatis.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 7. *f.* 4. *Rœſ. inſ.* 2. *aqu.* 1. *t.* 1. *f.* 10.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

ſulcatus. 10. D. elytris ſulcis decem longitudinalibus. *Fn. ſvec.* 569.
*Friſch. inſ.* 13. *p.* 13. *t.* 7. *Rœſ. aquat.* 1. *t.* 3. *f.* 7.
*Bradl. natur. t.* 26. *f.* 2. *A.*
*Raj. inſ.* 569. Hydrocantharus minor, corpore rotundato plano.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

erytrocephalus. 11. D. ovato-oblongus niger, capite pedibusque rufis. *Fn. ſvec.* 570.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

maculatus. 12. D. ovatus niger, thorace nigro faſcia pallida, elytris albo-maculatis.
*Uddm. diſſ.* 43.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

minutus. 13. D. elytris fuſcis baſi lateribusque pallidis, thorace flavo immaculato, corpore ovato.
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*
*Elytra punctis vix conſpicuis adſperſa.*

* * * *Antennis clavatis.*

natator. 14. D. ovatus glaber, antennis capite brevioribus obtuſis. *Fn. ſvec.* 572.
*Pet. gaz. t.* 13. *f.* 9. Scarabæus niger ſupra aquam velociter circumnatans.

*Raj.*

---

*Maribus pedum anteriorum plantæ hemiſphæricæ, Feminis ſæpius elytra ſulcata.*

*Raj. inſ.* 87. *n.* 9. Scarabæus ▽ ſubrotundus e cæruleo viridi ſplendente undique tinctus.
*Roeſ. app.* 1. *p.* 195. *f.* 31.
*Habitat in* Europæ *lacubus, curſitans ſupra aquam velociſſime; in* America. *Kalm.*

Scarabæoides. 15. D. ovalis convexus ater læviſſimus, antennis filiformibus triarticulatis.
*Roeſ. inſ.* 2. *aqv.* 1. *t.* 4.
*Habitat in* Europæ *aquis.*
*Magnitudo Scarabæi.*

## 186. CARABUS. *Antennæ* ſetaceæ.
*Thorax* obcordatus apice truncatus, marginatus.
*Elytra* marginata.

* *Majores.*

coriaceus. 1. C. apterus ater opacus, elytris punctis intricatis ſubrugoſis.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkål.*
*Inter maximos Europæos numerandus.* Totus *ater, lævis.* Elytra *absque ſulcis ex punctis confuſis excavatis confluentibus confertis.* Antennæ *corpore breviores.*

granulatus. 2. C. apterus, elytris longitudinaliter punctatis.
*Fn. ſvec.* 511. Carabus ater, elytris convexe punctatis ſtriatisque.
β. Carabus niger, elytris ſubvireſcentibus convexe punctatis ſtriatisque. *Fn. ſvec.* 512.
γ. Carabus purpuraſcenti-niger, elytris convexe punctatis ſtriatisque. *Fn. ſvec.* 513.
*Raj. inſ.* 96. *n.* 2. Cerambyx purpurea punctata.
*Liſt. mut. t.* 18. *f.* 4. *Hoffn. inſ.* 2. *t.* 3.
*Habitat in* Lignis *putridis.*

leucophthalmus. 3. C. apterus, elytris lævibus: ſtriis obſoletis octonis.
*Fn. ſvec.* 515. Carabus ater, elytro ſingulo ſtriis octo.
*Habitat in* Europa.
*Thorax, ratione magnitudinis inſecti, minor quam in reliquis.*

4. C.

Carabi *Larvæ ſæpe intra Ligna putrida, muſcos, terram &c. degunt; Volatilia vero inſectorum imprimis Larvarum Leones ſunt, curſu feſtinantes.*

nitens. 4. C. apterus, elytris porcatis: ſulcis ſcabriuſculis inauratis.
*Fn. ſvec.* 517. & 518. *It. œl.* 96.
*Raj. inſ.* 96. *n.* 6. Cerambyx dorſo in longas rugulas diviſo, omnium pulcherrimus.
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

hortenſis. 5. C. apterus, elytris porcatis: punctis æneis excavatis triplici ſerie.
*Habitat in* Europæ *ſylvis*, *Hortis.*

violaceus. 6. C. alatus, elytris læviuſculis nigris margine aureo, thorace ſubviolaceo. *Fn. ſvec.* 516.
*Friſch. inſ.* 13. *t.* 23. Scarabæus terreſtris nigricans.
*Raj. inſ.* 96. *n.* 1. Scarabæus major, corpore oblongo, e purpura nigricans.
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

cephalotes. 7. C. apterus, elytris atris lævibus, thorace exſerto oblongo.
*Friſch. inſ.* 13. *p.* 25. *t.* 22. Scarabæus.
*Habitat in* Europa.

inquiſitor. 8. C. elytris ſtriatis viridi-æneis: punctis triplici ordine.
*Roland. act. Stockh.* 1750. *p.* 292. *t.* 7. *f.* 3. Carabus alatus viridi-æneus, concave punctatis ſtriatisque, pedibus antennisque nigris.
*Habitat in* Europæ *arboribus larvis Papilionum Phalænarumque victitans.*
*Elytra aurata margine viridi. Thorax breviſſimus.*

ſycophanta. 9. C. aureo-nitens, thorace cæruleo, elytris aureo-viridibus ſtriatis, abdomine ſubatro.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 37. *f.* 18.
*Habitat in* Europa.
*Maximus europæus. Caput & Antennæ nigra; margines thoracis elytrorumque aurei. Elytra ſtriis* 15 *crenatis.*

* * *Minores.*

lividus. 10. C. thorace ferrugineo, elytris nigris: lateribus lividis.
*Habitat in* Europa.

crepitans. 11. C. thorace capite pedibusque ferrugineis, elytris nigris.

*Ro-*

*Roland. Act. Stockh.* 1750. *p.* 292. *t.* 7. *f.* 2. Cicindela capite thorace pedibusque rufis, elytris nigro-cæruleis.
*Habitat in* Europa.

americanus. 12. C. niger, thorace pedibus antennisque ferrugineis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Similis C. crepitanti, ſed quadruplo major.*

ſpinipes. 13. C. piceus, thorace linea excavata longitudinali, manibus ſpinoſis.
*Habitat in* Europa.
*Poſtice pallidior eſt.*

cyanocephalus. 14. C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque cyaneis.
*Fn. ſvec.* 525. Carabus capite elytrisque cæruleis, thorace rubro.
*Habitat in* Europa.

melanocephalus. 15. C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque atris.
*Fn. ſvec.* 526. Carabus capite elytrisque atris, thorace rubro.
β. *Fn. ſvec.* 524. Carabus niger, thorace antennis pedibusque ferrugineis.
*Habitat in* Europa.

vaporariorum. 16. C. thorace fuſco, pedibus antennis elytrisque antice ferrugineis.
*Fn. ſvec.* 529. Carabus ater, elytris antice griſeis.
*Habitat in* Europa.

latus. 17. C. niger, pedibus antennisque rufis. *Fn. ſvec.* 521.
*Habitat in* Europa; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

ferrugineus. 18. C. ferrugineus, thorace glaberrimo.
*Habitat in* Europa.

germanus. 19. C. niger, capite pedibus elytrisque teſtaceis, elytris apice violaceis.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkål.*

vulgaris. 20. C. nigro-æneus, pedibus antennisque nigris. *Faun. ſvec.* 527.
*Habitat in* Europa.

cærule-ſcens. 21. C. nigro-cæruleus, antennis baſi rubris.
*Habitat in* Europa.

cupreus. 22. C. æneus, antennis baſi rubris.
*Habitat in* Europa.

piceus. 23. C. niger, pedibus antennisque piceis.
*Habitat in* Europa.

marginatus. 24. C. niger, elytris margine flavis.
*Habitat in* Europa.
Corpus *totum viridiſſimum.* Elytra *vix manifeſte ſtriata.* Thoracis *margo ferrugineus, ſed vix conſpicuus.* Elytrorum *margo exterior omnino flavus.* Pedes *ſubfuſci.* Antennæ *nigræ.* Variat *capite thoraceque æneis.*

multipunctatus. 25. C. ſubæneus, elytris punctis vagis plurimis impreſſis.
*Habitat in* Europa.

6-punctatus. 26. C. ſubæneus, elytris punctis longitudinalibus ſex impreſſis.
*Fn. ſvec.* 519. Carabus nitens, capite thoraceque cyaneo, elytris purpureis.
*Habitat in* Europa.

uſtulatus. 27. C. thorace nigricante, elytris obſcuris bifaſciatis.
*Fn. ſvec.* 528. Carabus niger, coleoptris pone faſcia ferruginea; lateribus macula ferruginea.
*Habitat in* Europa.

crux major. 28. C. thorace capiteque nigro-rubeſcente, coleoptris ferrugineis cruce nigra.
*Habitat in* Europa.

crux minor. 29. C. thorace luteo glabro, elytris poſtice nigris: maculis duabus flavis.
*Habitat in* Europa.

4-maculatus. 30. C. thorace flavo, elytris obtuſiſſimis fuſcis: maculis duabus albis.
*Fn. ſvec.* 532. Carabus niger, thorace ferrugineo, elytrorum maculis 4 lividis.
*Habitat in* Europa.

atricapillus. 31. C. flavus, capite nigro, elytris obtuſiſſimis.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkål.*

## 187. TENEBRIO. *Antennæ* moniliformes articulo ultimo ſubrotundo.
*Thorax* plano-convexus, marginatus. *Caput* exſertum.
*Elytra* rigidiuſcula.

* *Alati.*

molitor. 1. T. niger totus.
*Fn. ſvec.* 547. Mordella antennarum articulis lentiformibus: ultimo globoſo.
*Friſch. inſ.* 4. *p.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* Farina *piſtorum*, *Molendinis*, *Pane ſicco*, *ſaccharato.*
*Larva pallida*, 13 *ſegmentis*, *glabra*, *Luſciniis accepta.*

mauritanicus. 2. T. niger ſubtus piceus, thoracis marginibus antice poſticeque dente angulatis.
*Habitat* Algiriæ. *E. Brander.*
*Similis præcedenti, ſed quintuplo minor*, *ſupra totus niger*, *ſubtus*, *pedibus antennisque*, *piceus.* Elytra *ſtriata.* Thoracis *margo antice dente utrinque prominulo*, *& poſtice dente obſoleto.*

culinaris. 3. T. ferrugineus, elytris ſtriatis.
*Fn. ſvec.* 546. Mordella ferrugineo-rufa, thorace antice depreſſo.
*Habitat in* quisquiliis.

barbarus. 4. T. ater glaberrimus, thorace orbiculato, capitis clypeo antice margine elevato.
*Habitat in* Mauritania. *E. Brander.*
*Glaber & nitidus*, *magnitudine Carabi mediocris*; *Elytra cohærent poſtice vix acuta.*

Foſſor. 5. T. piceus, digitis anticis palmato-digitatis.
*Habitat in collibus arenoſis*, *quos perfodit* Upſaliæ. *Rolander.*
Pedes *anteriores Scarabæi*, *dentati*; Thorax *poſtice magis elongatus. Præcedentibus quadruplo minor.*



Tenebrionis *Larvæ vivunt in ſuffocatis locis & quisquiliis; plures in farina aliisque cibariis.*

Curſor. 6. T. fuſcus, thorace oblongo: angulis quinque denticulatis.
*Habitat in* Sveciæ *domibus.*
*Longitudo Pediculi, ſubcylindricus, anguſtus.*

pedicularius. 7. T. niger, elytris faſciis duabus flavis latis.
*Habitat in* Europa.

erraticus. 8. T. niger, antennis thorace ſuborbiculato elytrisque ferrugineis, elytris apice fuſcis.
*Habitat in* Europa.

pallens. 9. T. pallide teſtaceus.
*Habitat in* Europa.

* * *Apteri.*

mortiſagus. 10 T. apterus, coleoptris mucronatis.
*Fn. ſvec.* 594. Tenebrio ater, coleoptris acuminatis.
*Mouff. inſ.* 139. Blatta fœtida. *Aldr. inſ.* 499.
*Jonſt. inſ. t.* 16. *f.* . . *Friſch. inſ.* 13. *t.* 25.
*Pet. gaz. t.* 24. *f.* 7. Scarabæus impennis tardipes.
*Habitat in* umbroſis *ſuffocatis.*

muricatus. 11. T. apterus, coleoptris obtuſis: ſtriis muricatis. *M. L. U.*
*Pet gaz.* 11. *t.* 92. *f.* 14.
*Habitat in* Hiſpania.

cæruleus. 12. T. apterus cæruleſcens, thorace ſuborbiculato, coleoptris obtuſis.
*Pet. gaz. t.* 22. *f.* 6. *Liſt. angl. app.* 4. *f.* 14.
*Habitat in* Hiſpania.

angulatus. 13. T. apterus, thorace teretiuſculo, coleoptris angulatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Ægypto.
*Elytra ſingula ſtriis* 4 *elevatis: tertia laterali elevata carinata crenata.*

Caraboides. 14. T. apterus, thorace ovali marginato, coleoptris carinatis.
*Fn. ſvec.* 595. Tenebrio ater, coleoptris pone rotundatis, maxillis prominentibus.
*Habitat in* Europa.

188. ME-

188. MELOE. *Antennæ* moniliformes articulo ultimo ovato.
*Thorax* ſubrotundus.
*Elytra* mollia, flexilia.
*Caput* inflexum, gibbum.

* Apteri *elytris abbreviatis absque alis.*

Proſcarabæus. 1. M. apterus, corpore violaceo.
*Fn. ſvec.* 596. *Mouff. inſ.* 162. *f. med.*
*Jonſt. inſ. t.* 15. *Gœd. inſ* 2. *t.* 42.
*Friſch. inſ.* 6. *t.* 6. *f.* 5. *Lit. gœd. f.* 120.
*Clut. hemerob.* 31. 73. Vermis majalis.
*Habitat in apricis campis, edit* Ranunculos, Veratrum; *vernalis.*

majalis. 2. M. apterus, ſegmentis dorſalibus abdominis rubris.
*Friſch. inſ.* 6. *t.* 6. *f.* 4. Proſcarabæus alter.
*Habitat in* Europa *auſtraliore*; *in* America. *Kalm*; *in* Africa. *E. Brander.*

* * Alati *elytris longitudine corporis alas tegentibus.*

veſicatorius. 3. M. alatus viridiſſimus.
*It. ſcan.* 186. Cantharis officinarum.
*Mouff. inſ.* 144. *Jonſt. inſ. t.* 7.
*Raj. inſ.* 101. *Aldr. inſ.* 276.
*Habitat in* Liguſtro, Fraxino, Sambuco.
*Officinalis pro veſicatorio.*

ſyriacus. 4. M. alatus viridi-cæruleus, thorace luteo. *M. L. U.*
*Habitat in* Syria.

Cichorii. 5. M. alatus niger, thorace hirſuto, elytris faſciis tribus flavis.
*Haſſelqv. iter.* 410. *n.* 101. Chryſomela cichorii.
*Imperat. nat.* 78. Cantharis faſciata
*Habitat in* Cichoriis *totius orientis.*
*Magnitudine accedit ad Proſcarabæum. Faſcia prima elytrorum ad eorum baſin; ultima ante eorum apicem reliquis magis undata. An* Cantharides Imperati? *Variat maculis elytrorum; in quibusdam, loco cujusvis faſciæ, maculæ duæ nigræ.*



Meloes *Larvæ foliis plantarum paſcuntur, uti etiam volatilia.*

algiricus. 6. M. alatus niger, elytris teſtaceis.
*Habitat* Algiriæ.
*Statura Cantharidis. Elytra flexilia.*

Schæffe-ri. 7. M. alatus viridis, pedibus luteis, antennis abbreviatis clavatis brevibus irregularibus.
*Habitat in* Germania. *Schäffer.*
*Statura M. veſicatorii, ſed dimidio minor. Antennæ luteæ, vix thorace longiores, terminatæ capitulo compreſſo fuſco, infimo articulo craſſo. Palpi gibbi.*

floralis. 8. M. alatus niger, elytris faſciis duabus ferrugineis obſoletis.
*Habitat in Floribus Cardui* Europæ.
*Vix Pediculo major.*

## 189. MORDELLA.

*Antennæ* filiformes.
*Caput* inflexum ſub collo.
*Elytra* deorſum curva apicem verſus.
*Ante* femora lamina lata ad baſin abdominis.

aculeata. 1. M. atra, abdomine ſpina terminato.
*Fn. ſvec.* 534. Mordella oblonga atra, cauda aculeo terminata.
*Habitat in* Europa.

humera-lis. 2. M. atra, lateribus thoracis baſeosque elytrorum flaveſcentibus.
*Habitat in* Europa.

frontalis. 3. M. atra, fronte pedibusque flaveſcentibus.
*Habitat in* Europa.

thoraci-ca. 4. M. atra, capite thoraceque flavis.
*Habitat in* Europa. *T. Holm.*

flava. 5. M. flava, elytrorum apicibus nigris.
*Habitat in* Europa.

## 190. NECYDALIS. *Antennæ* ſetaceæ.
## *Elytra* dimidiata. *Alæ* nudæ.
## *Cauda* ſimplex.

major. 1. N. elytris ferrugineis immaculatis, antennis corpore brevioribus.
*Schæff. monogr.* 1753. *f.* 1, 2. Muſca-Cerambyx major.
*Habitat in* Europa.

minor. 2. N. elytris teſtaceis: apice lineola alba, antennis corpore longioribus.
*Fn. ſvec.* 697. Necydalis elytris flavis lineola alba.
*It. œl.* 74.
*Scæff. monogr.* 1753. *f.* 6, 7. Muſca Cerambyx minor.
*Habitat in* Europa.

## 191. STAPHYLINUS. *Antennæ* moniliformes.
## *Elytra* dimidiata. *Alæ* tectæ.
## *Cauda* ſimplex exſerens duas veſiculas oblongas.

hirtus. 1. S. hirſutus niger, thorace abdomineque poſtice flavis.
*Fn. ſvec.* 601.
*Schæff. monogr.* 1754. *t.* 2. *f.* 12.
*Habitat in locis* arenoſis.

murinus. 2. S. pubeſcens cinereus nigro-nebuloſus. *Fn. ſvec.* 602.
*Habitat in* fimo *equino.*

maxilloſus. 3. S. pubeſcens niger, faſciis cinereis, maxillis longitudine capitis.
*Fn. ſvec.* 603. Staphylinus ater glaber, maxillis longitudine capitis.
*Raj. inſ.* 109. *n.* 1. Staphylinus major totus niger.
*Liſt. loqu.* 391. Scarabæus majuſculus niger forcipibus infeſtis.
*Mouff. inſ.* 197. *Jonſt. inſ. t.* 17. *f.* 1. 2. 3.
*Habitat in ſylvis* Europæ.
*Junior undique tomentoſus per elytra & abdomen, cum faſcia cinerea elytrorum & abdominis; provectior glaber & totus ater evadit.*

 4. S.

Staphylini *Larvæ ſubterreſtres ſunt, humentibus pleræque delectantur.*

erytropterus. 4. S. ater, elytris pedibusque rufis. *Fn. ſvec.* 604.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 25 Scarabæus rapax, elytris brevibus.
*Habitat ſæpius in* fimo.

politus. 5. S. niger, thorace elytrisque nigricantibus nitidiſſimis.
*Fn. ſvec.* 605 Staphylinus niger, thorace æneo nitido, elytris atro-cæruleis.
*Habitat in* Europa.
*Variat capitis thoracis elytrorumque colore nigro & viridi ſ. cæruleſcenti-æneo.*

rufus. 6. S. rufus, capite elytrorum abdominisque poſticis nigris. *Fn. ſvec.* 606.
*Gadd ſat.* 80. Staphylinus pallide rufus, elytris cæruleſcentibus, capite & apice abdominis nigro.
*Habitat in* Europa.

riparius. 7. S. rufus, elytris cæruleis, capite abdominisque apice nigris.
*Fn. ſvec.* 607. *It. gotl.* 173.
*Habitat in* Europa.

lignorum. 8. S. fuſcus, elytris ſutura abdomine pedibusque ferrugineis. *Fn. ſvec.* 608.
*Habitat in* Europa.

ſubterraneus. 9. S. niger, elytris antice extrorſum flavis, pedibus nigris.
*Habitat in* Europa.

flaveſcens. 10. S. ater, pedibus rufis, elytrorum margine flavo. *Fn. ſvec.* 610.
*Habitat in* Europa.

2-guttatus. 11. S. niger, elytris puncto fulvo.
*Habitat in* Europa.

littoreus. 12. S. niger, elytris antice griſeis, pedibus rufis. *Fn. ſvec.* 611. *It. gotl.* 173.
*Habitat in* littoribus.

ſanguineus. 13. S. niger, elytris ſanguineis. *Fn. ſvec.* 612.
*Habitat in* Europa.

Caraboides. 14. S. flavus.
*Fn. ſvec.* 613. Staphylinus totus teſtaceus.
*Habitat in* Europa.

15. S.

chryſo-melinus. 15. S. niger, thorace elytris pedibusque ſubteſtaceis. *Faun. ſvec.* 614.
*Habitat in* Europa.

flavipes. 16. S. niger, elytris antennis pedibusque ferrugineis. *Fn. ſvec.* 615.
*Habitat in* Europa.

fuſcipes. 17. S. niger, elytris tibiisque fuſcis. *Fn. ſvec.* 616.
*Habitat in* Europa.

rufipes. 18. S. ater glaber, pedibus rufis. *Fn. ſvec.* 609.
*Habitat in* Europa.

Boleti. 19. S. fuſcus, elytris pallidioribus, antennis pedibusque lividis.
*Habitat in* Boletis *abietinis gregarius, cujus fiſtulas, tanquam Apis ſuos favos celluloſos, intrat jucundo ſpectaculo. Rolander.*
*Pulice dimidio minor & inter minima inſecta.*

## 192. FORCICULA. *Antennæ* ſetaceæ. *Elytra* dimidiata. *Alæ* tectæ. *Cauda* forcipata.

auricularia. 1. F. elytris apice albis. *Fn. ſvec.* 599.
*Mouff. inſ.* 171. *f. infima.* Forficula ſ. Auricularia vulgaris.
*Friſch. inſ.* 8. *p.* 31. *t.* 15. *f.* 1, 2. Vermis auricularius.
*Jonſt. inſ. t.* 16. *f.* 2. *Merian. inſ. t.* 30.
*Pet. gaz. t.* 74. *f.* 5.
*Liſt. loqu.* 391. *mut. t.* 31. *f. A.* Scarabæus ſubrufus, cauda forcipata.
*Habitat in* Europa.

minor. 2. F. elytris teſtaceis immaculatis.
*Fn. ſvec.* 600. Forficula alis elytro concoloribus.
*Habitat in* Europa.



Forficulæ *Larvæ agiles curſitantes ſunt.*

193. BLATTA. *Caput* inclinatum.
*Antennæ* ſetaceæ.
*Elytra* Alæque planæ, ſubcoriaceæ.
*Thorax* planiuſculus, orbiculatus, marginatus.
*Pedes* curſorii.
*Cornicula* duo ſupra caudam.

gigantea. 1. B. livida, thoracis clypeo macula quadrata fuſca. *M. L. U.*
*Habitat in* America.
*Diametro ovi gallinacei.*

ægyptiaca. 2. B. atra, thoracis margine antico albo. *M. L. U.*
*Habitat in* Ægypto.

ſurinamenſis. 3. B. livida, thoracis margine antico albo.
*Habitat* Surinami.

americana. 4. B. ferruginea, thoracis clypeo poſtice exalbido.
*Habitat in* America.
*Major B. orientali, ſed ſimillima.* Elytra *Alæque corpore longiores.* Antennæ *longæ.*

nivea. 5. B. alba, antennis flavis.
*Habitat in* America.
*Magnitudo Tabani.*

africana. 6. B. cinerea, thoracis clypeo villoſo. *M. L. U.*
*Habitat in* Africa.
*Similis B. ægyptiacæ, ſed minor & villoſa.*

orientalis. 7. B. ferrugineo-fuſca, elytris ſulco oblongo impreſſo. *Fn. ſvec.* 617.
*Mouff. inſ.* 138. *f.* 2. 3. Blatta molendinaria.
*Col. ecphr.* 1. *p.* 40. *t.* 36. *Jonſt. inſ. t.* 13. *f. A.*
*Raj. inſ.* 68. *n.* 1. *Friſch. inſ.* 5. *t.* 3.
*Kalm. itin.* 2. *p.* 496.
*Habitat in* America, Oriente: *imprimis in farina, Pane &c. hodie in Ruſſiæ adjacentibus regionibus frequens; ince-*

Blattæ *Lucifugæ cum Larvis ſuis rodunt cibaria, coria, putridaque varia, celeri curſu ſe ſubtrahentes.*

*incepit nuperis temporibus Holmiæ, uti dudum in Finlandia.*
*Conſumit Panem, cibaria, calceos &c. lucifuga.*

lapponica. 8. B. flaveſcens, elytris nigro maculatis. *Fn. ſvec.* 618.
*Habitat in*, Lapponiæ *imprimis*, *Caſis*, *conſumit Piſces*.

oblongata. 9. B. oblonga livida, thorace punctis duobus lunulaque nigris.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Oblonga uti Cantharis, pallide teſtacea ſ. livida.* Antennæ *clavatæ, atræ.* Pedes *valde hirti.* Clypeus *thoracis orbiculatus, convexus, glaber, lividus, poſtice lunula nigra, in medio punctis* 2 *nigris inſtar oculorum.*

## 194. GRYLLUS. *Caput* nutans, maxilloſum, palpis quatuor ad maxillas.
*Antennæ* ſetaceæ.
*Alæ* deflexæ: ſuperiores flexiles, ſubmembranaceæ.
*Pedes* ſaltatorii pleriſque.

* MANTIS. *Thorax elongatus, ſublinearis. Pedes antici remotiſſimi a reliquis.*

gigas. 1. G. M. thorace teretiuſculo ſcabro, elytris brevibus, pedibus ſpinoſis. *M. L. U.*
*Rœſ. inſ.* 2. *Gryll. t.* 19. *f.* 9. 10.
*Bradl. natur. t.* 27. *f.* 6.
*Habitat in* Amboina.
*Elytra abdomine dimidio breviora. Alæ maximæ.*

phthiſicus. 2. G. M. thorace teretiuſculo muricato, elytris breviſſimis, pedibus inermibus. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Elytra breviſſima, medio carina gibba, extus ſ. poſterius nigra.*

ſiccifolius. 3. G. M. thorace denticulato, femoribus ovatis membranaceis. *M. L. U.*
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 17. *f.* 4. 5.
*Habitat in* Indiis.

*Abdomen ovatum, membranaceo-planum. Elytra vireſcentia, facie foliorum lauri, parallela.*

gongylodes. 4. G. M. thorace ciliato, femoribus anticis ſpina terminatis; reliquis lobo. *M. L. U.*
*Amœn. acad.* 1. *p.* 504. Gryllus thorace lineari alarum longitudine: margine denticulis ciliato.
*Aldr. inſ. t.* 13. *f.* 21. Mantis.
*Act. angl.* 301. *t.* 20. *f.* 3. *Marcgr. braſ.* 246. Gaayara.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 7. *f.* 1, 2, 3.
*Habitat in* Indiis.
*Caput vertice ſubulato bifido.* Larvæ *pedes lobis membranaceis alati.*

religioſus. 5. G. M. thorace levi ſubcarinato elytrisque viridibus immaculatis.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 1, 2.
*Habitat in* Africa. *E. Brander.*
*Corpus totum viride.*

oratorius. 6. G. M. thorace lævi, elytris viridibus, alis macula nigra antice rufeſcentibus.
*Habitat in* Africa. *E. Brander.*
*Parvus eſt; macula magna nigra in medio alæ fuſco reticulatæ.*

precarius. 7. G. M. thorace ſubciliato, elytris flavis ocello ferrugineo. *M. L. U.*
*Mer. ſur. t.* 66.
*Habitat in* America, Africa.

bicornis. 8. G. M. thorace lævi, capite bipartito ſubulato. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Caput vertice bipartito, ſubulato, divaricato. Pedes inermes.*

tricolor. 9. G. M. thorace lateribus expanſo-lobato, capite cornuto, pedibus anticis latiſſimis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Oculi in cornicula lateralia auriformia acuminata deſinunt.*

ſtrumarius. 10. G. M. thorace utrinque membranaceo-dilatato obcordato.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 3.
*Habitat in* Indiis.

* * Acrida. *Caput conicum thorace longius, Antennis enſiformibus.*

naſutus. 11. G. A. capite conico, antennis enſiformibus, elytris linea pallida ſubinterrupta, alis ſanguinolentis.
*Rœſ. inſ. 2. gryll.* 1, 4.
*Habitat in* Africa.

turritus. 12. G. A. capite conico, antennis enſiformibus, elytris viridibus, alis hyalinis.
*Habitat in* Africa.
*Hæc & antecedens ſingulares Capite conico, thorace ipſo longiore, apice antennis, baſi ore inſtructo.* Antennæ *etiam admodum diverſæ a reliquis, quod thorace non longiores, latæ, enſiformes, articulatæ.*

* * * Bulla. *Thorax carinatus. Antennæ thorace breviores.*

unicolor. 13. G. B. unicolor, thorace carinato breviſſimo, antennis ſcutello brevioribus. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Structura ſequentis, ſed thorax non criſtatus. Color flavus aut ruber.*

varioloſus. 14. G. B. calloſo-punctatus, thoracis carina ſubtridentata antennis brevibus, fronte verrucoſo. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Corpus vireſcens. Scutellum carinatum, duplo longius capite cum thorace.* Elytra *membranacea. Pedes poſtici abdomine ventricoſo non longiores.*

ſerratus. 15. G. B. thorace cymbiformi carinato denticulato, capite acuminato, abdomine cæruleo.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 16. *f.* 2.
*Habitat in* Indiis.

carinatus. 16. G. B. thorace cymbiformi lævi, vertice depreſſo. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

bipunctatus. 17. G. B. thoracis ſcutello abdominis longitudine.
*Fn. ſvec.* 623. Gryllus elytris nullis, thorace in elytron longitudinale extenſo macula utrinque nigra rhombea.
*Habitat in* Europa.

18. G. B.

ſubulatus. 18. G. B. thoracis ſcutello abdomine longiore.
*Fn. ſvec.* 624. Gryllus elytris nullis, thorace producto abdomine longiore.
*Habitat in* Europa *ad foſſas & aquas ſtagnantes.*

* * * * Acheta. *Cauda ſetis duabus.*

Gryllotalpa. 19. G. A. thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus anticis palmatis tomentoſis.
*Fn. ſvec.* 619. Gryllus pedibus anticis palmatis.
*Mouff. inſ.* 104. Gryllotalpa. *Aldr. inſ.* 571.
*Velſch. hecaſt.* 1. *p.* 39. *Jonſt. inſ. t.* 12. 13.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 76. *Raj. inſ.* 64. 67.
*Blanck. herb. t.* 81. *f.* 10.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 14, 15.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 5. *Catesb. car.* 1. *t.* 8.
*Habitat in* Europæ & Americæ *borealis herboſis & cultis, Hortorum hoſtis.*

domeſticus. 20. G. A. thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus ſimplicibus, corpore glauco.
*Faun. ſvec.* 620. Gryllus cauda biſeta, alis inferioribus acuminatis longioribus, pedibus ſimplicibus.
*Mouff. inſ.* 135 Gryllus domeſticus.
*Raj. inſ.* 63. *Jonſt. inſ. t.* 12.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 12.
*Habitat hodie in* Europæ *muris domeſticis.*

campeſtris. 21. G. A. thorace rotundato, cauda biſeta ſtylo lineari, alis elytro brevioribus, corpore nigro.
*Friſch. inſ.* 1. *t.* 1. *Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 13.
*Habitat in* Europa *auſtraliore.*

umbraculatus. 22. G. A. niger, elytris apice albis, umbraculo frontis deflexo.
*Habitat in* Mauritania. *E. Brander.*
*Facies G. campeſtris; totus niger, ſed thorax magis ferrugineus.* Elytra *abdomine breviora, ad apicem lactea.* Antennæ *longitudine corporis.* Setæ 2 *ad caudam corpore paulo breviores. Singularis eſt* Umbraculo *ex membrana obovata, e fronte ante caput deflexa, marginibus lateralibus involuta, magnitudine ipſius capitis, nigra.*

* * * * *

* * * * * Tettigonia. *Cauda enſifera feminis.*

citrifolius. 23. G. T. thorace tetragono angulis ſcabro. *M. L. U.*
*Roeſ. inſ. 2. gryll. t. 16. f.* 1.
*Habitat in* Indiis.
*Elytra ovato-oblonga, folia lauri pallida referentia.*

laurifolius. 24. G. T. thorace ſubtetragono lævi trilobo, alis angulatis elytro obtuſiore longioribus. *M. L. U.*
*Sloan. jam.* 2. *p.* 201. *t.* 236. *f.* 1. Locuſta maxima viridis, alis latiſſimis.
*Marcgr. braſ.* 246. Tucurubi.
*Habitat in* Indiis.
*Elytra ovato-oblonga viridia. Alæ acutiores.*

myrtifolius. 25. G. T. thorace ſubtetragono lævi, alis deflexis elytro longioribus, tibiis muticis.
*Habitat* Surinami. *Rolander.*
Antennæ *longitudine corporis.* Thorax *lævis, ſubtetragonus, poſtice rotundatus.* Elytra *ovata, deflexa, viridia, quaſi* 2 *folia, margine ſuperiore magis convexa.* Alæ *paulo longiores, albidæ.* Pedes *inermes.* Magnitudo *quadruplo minor G. laurifolio.*

elongatus. 26. G. T. thorace ſubquadrato lævi, elytris alisque corpore longioribus. *M. L. U.*
*Habitat in* India.
*Elytra ſublinearia maculis lunatis fuſceſcentibus.*

lamellatus. 27. G. T. thorace ſubquadrato, foliolis ovatis ante femora poſtica. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Ad inſertionem femorum poſticorum foliola duo ovata concava. Corpus primæ magnitudinis.*

ocellatus. 28. G. T. thorace rotundato, alis poſticis ocello notatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Gryllus primæ magnitudinis. Ocellus magnus in alis, notatus lunulis duabus albis.*

acuminatus. 29. G. T. thorace rotundato, vertice ſubulato, alis vireſcentibus. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Enſis latior quam in reliquis.*

triops. 30. G. T. thorace rotundato, vertice acuminato ſubtus puncto oculari nigro, alis viridibus. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Abdomen breve. Enſis longitudine abdominis.*

rugoſus. 31. G. T. thorace rotundato rugoſo criſtato, capite acuminato, femoribus poſticis ſubtus repandis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Thorax verſus apicem criſta compreſſa crenata.*

coronatus. 32. G. T. thorace ſpinis erectis coronato, elytris varioloſo-concavis.
*Habitat in* Indiis. *De Geer.*
Antennæ *corpore triplo longiores, filiformes, luteo griſeoque variæ.* Thorax *ſupra poſtice cinctus margine valde dentato; antice juxta caput ſpina* 1, *in medio* 2. Elytra *griſea adſperſa punctis magnis, excavatis, fuſcis.* Alæ *nigricantes.* Pedes & *Femora valde ſpinoſa.* Enſis *lanceolatus, longus.*

aquilinus. 33. G. T. thorace rotundato ſubverrucoſo, alis latiſſimis: nervis quindecim. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Corpus primæ magnitudinis. Elytra lanceolata. Alæ omnium latiſſimæ. Tibiæ quadrifariam ſpinis hiſpidæ.*

melanopterus. 34. G. T. thorace rotundato lævi, elytris abdomine dimidio brevioribus, alis nigris. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Elytra longitudine thoracis ovali-oblonga.*

faſtigiatus. 35. G. T. thorace rotundato lævi, elytris ovatis, alis truncatis, ſpinis tibiarum filiformibus. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Spinæ tibiarum longiores, quam in reliquis.*

coriaceus. 36. G. T. thorace rotundato lævi, elytris coriaceis, alis pallidis, antennis longiſſimis.
*Habitat in* Indiis.
*Corpus magnum, colore flavo corii. Femora teretia.*

viridiſſimus. 38. G. T. thorace rotundato, alis viridibus immaculatis, antennis ſetaceis longiſſimis.
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 2. *f.* 1. Locuſta major viridis.

*Rœſ.*

*Rœſ. inſ. 2. gryll. t. 10, 11.*
*Habitat in* Europa.
*Enſis rectiſſimus, ſtrictus.*

verrucivorus. 38. G. T. thorace ſubquadrato lævi, alis viridibus fuſco maculatis, antennis ſetaceis longitudine corporis.
*Fn. ſvec.* 621. *It. wgoth.* 253. Gryllus cauda enſifera recta, corpore ſubviridi.
*Jonſt. inſ. t.* 11. *f.* 1. 2. 3. *Merian. inſ. t.* 176.
*Rœſ. inſ.* 2. *t.* 8.
*Habitat in* Europa.

Pupus. 39. G. T. aptera, thorace ſpinoſo, femoribus punctatis.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 322.
*Pet. gaz. t.* 13. *f.* 7. Locuſta-Talpa capenſis, pedibus longis.
*Rœſ. inſ. 2. gryll. t. 6. f.* 3.
*Habitat in* Æthiopia.
*Habet ſupra enſem duo puncta prominula, quæ indicant affinitatem cum Gryllo-Talpis.*

* * * * * * LOCUSTA. *Cauda ſimplex.*

Elephas. 40. G. L. thorace carinato integro, corpore aptero.
*Rœſ. inſ. 2. gryll. t. 6. f.* 2.
*Habitat in* Africa.
*Reliquis omnibus major & ponderoſior. Antennæ filiformes. Corpus totum viride, punctis excavatis adſperſum; thoracis dorſum carina elevata integerrima. Femora mutica. Rudimenta alarum duo, nec quatuor ut in Pupis Gryllorum.*

criſtatus. 41. G. L. thorace criſtato: ſegmento triplici. *M. L. U.*
*Amœn. acad.* 1. *p.* 21. *t.* 17. *f.* 4. Gryllus criſta thoracis quadrifida.
*Olear. muſ. t.* 17. *f.* 5. Gryllus ex ægypto.
*Friſch. inſ.* 9. *t.* 1.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 5.
*Haſſelqv. iter.* 413. Gryllus arabicus.
*Habitat in* America, Arabia, Aſia.
*Hic Arabibus eſculentus eſt. Act. Stockh.* 1752.
*Thoracis carina in* 4 *ſ.* 5 *lobos tranſverſim diſſecta.*

morbilloſus. 42. G. L. thorace quadrato verrucoſo, elytris verrucoſis, alis rufis. *M. L. U.*

Rœſ.

*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 18. *f.* 6.
*Habitat in* Indiis.

miliaris. 43. G. L. thorace ſubquadrato dentato verrucoſo, elytris punctis calloſis. *M. L. U.*
*Habitat in* America.

hæmatopus. 44. G. L. thorace ſubcarinato ſcabro, capite obtuſo, femoribus piloſo-ciliatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Femora poſtica angulo utrinque pilis longis ciliata.*

migratorius. 45. G. L. thorace ſubcarinato: ſegmento unico, capite obtuſo, maxillis atris. *M. L. U.*
*Friſch. inſ.* 9. *t.* 1. *f.* 8. Gryllus migratorius.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 24. *Edw. av.* 208. *t.* 208.
*Habitat in* Tataria, *inde Europam variis annis adiit, exedit omne vegetans; vide Rappolt, Rathleſ, Kundman.*

tataricus. 46. G. L. thorace ſubcarinato: ſegmentis tribus, capite rotundato, maxillis concoloribus. *M. L. U.*
*Habitat in* Tataria.
*Alæ coſta rubra à priori manifeſte diſtinctus.*

variegatus. 47. G. L. thorace lineato flavo: elytris viridibus, alis cæruleis. *M. L U.*
*Habitat in* America.
*Frons rubra characteribus atris.*

cærulescens. 48. G. L. thorace ſubcarinato, alis vireſcenti-cæruleis: faſcia nigra.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 21. *f.* 4.
*Habitat in* Meridionalibus.

italicus. 49. G. L. thorace ſubcarinato, alis rubris: apice cinereis.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 21. *f.* 6.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*

ſtridulus. 50. G. L. thorace ſubcarinato, alis rubris extimo nigris, elytris nebuloſis.
*Fn. ſvec.* 625. *It. œl.* 158. Gryllus elytris nebuloſis, alis rubris extimo nigris.

*Friſch.*

---

Grylli *Larvæ pleræque habitant ſub terra, pupæ etiam excurrunt & cum parentibus plantas vorant, dum mares ſtridenti muſica ſonant.*

*Friſch. inſ.* 9. *t.* 1. *f.* 2. *Uddm. diſſ.* 50.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 21. *f.* 2.
*Habitat in* Europa.

carolinus. 51. G. L. thorace ſubcarinato, alis nigris margine poſtico flavis.
*Catesb. car.* 2. *p.* 89. *t.* 89 Locuſtella carolina, elytris fuſcis, alis inferioribus nigris ad extremitates luteis.
*Habitat in* America.

obſcurus. 52. G. L. thorace ſubcarinato, alis nigris baſi rubris, apice albis. *M. L. U.*
*Habitat in* Africa.

flavus. 53. G. L. thorace ſubcarinato, alis diſco flavo faſcia nigra. *M. L. U.*
*Pet. gaz.* 6. *t.* 3. *f.* 6.
*Habitat in* Africa.

apricarius 54. G. L. thorace crucigero, antennis longitudine corporis. *Fn. ſvec.* 628. *It. œl.* 157.
*Habitat in* Europæ *campis.*

viridulus. 55. G. L. thorace cruciato, corpore ſupra viridi, elytrorum margine albido. *Fn. ſvec.* 626.
*It. wgoth.* 276. Gryllus capite thorace elytrisque ſuperne viridibus.
*Habitat in* Europa.

biguttulus. 56. G. L. thorace cruciato, elytris nebuloſis puncto oblongo albo verſus apices.
*Habitat in* Europa.

rufus. 57. G. L. thorace cruciato, corpore rufo, elytris griſeis, antennis ſubclavatis.
*Fn. ſvec.* 629. Gryllus antennis ſubclavatis acutis.
*Habitat in* Europa.

groſſus. 58. G. L. femoribus ſanguineis, elytris vireſcenti-ſubfuſis, antennis cylindricis. *Fn. ſvec.* 627.
*Habitat in* Europa.

pedeſtris. 59. G. L. colore livido incarnato, corpore aptero.
*Habitat in* Europa.



Gryllos *cum* Blattis *ordine naturali jungerem Hemipteris, ſi Character aliter eſſet combinans.*

# II. HEMIPTERA.

Roſtrum *inflexum ſub Pectore.*
Alæ *vel ſemicoleoptra: alis ſuperioribus dimidiato - cartilagineis vel alteri ſexui tantum.*

## 195. CICADA.

*Roſtrum* inflexum.
*Antennæ* thorace breviores.
*Alæ* IV, membranaceæ, deflexæ.
*Pedes* plerisque ſaltatorii.

* Noctilucæ. *Capite antice protracto in veſicam oblongam.*

Laternaria. 1. C. fronte roſtrata ovali recta, alis lividis: poſticis ocellatis.
*Grew. muſ.* 158. *t.* 13. Cucujus peruvianus.
*Merian. ſur. t.* 49. Laternaria.
*Reaum inſ.* 5. *t.* 20. *f.* 6. 7.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll. t.* 28. 29.
*Habitat in* America *calidiore.*
*Prominente fronte noctu lucem vivaciſſimam ſpargit.*

Candelaria. 2. C. fronte roſtrata ſubulata adſcendente, elytris viridibus luteo punctatis, alis flavis: apice nigris.
*Act. Stockh.* 1746. *p.* 63. *t.* 1. *f.* 5. 6.
*Edw. av. t.* 120.
*Rœſ. inſ.* 2. *gryll.* 189. *t.* 30.
*Habitat in* China.

phoſphorea. 3. C. fronte roſtrata ſubulata adſcendente, corpore griſeo-glauco.
*Habitat in* America. *Rolander.*

noctivida. 4. C. fronte roſtrata acuminata adſcendente, corpore viridi, alis hyalinis.
*Habitat in* America. *Rolander.*

lucernaria. 5. C. fronte roſtrata prominente, corpore ſupra virideſcente ſubtus flavo.
*Habitat in* America. *Rolander.*

* * Fo-

* * FOLIACEÆ. *Thorace compreſſo-membranaceo, corpore majore.*

foliata. 6. C. foliacea rotundata nigra arcu albo.
*Merian. ſurin. t. 5. f. ult.*
*Habitat in* India. *De Geer.*
Thorax *e folio perpendiculari, ſemicordato, atro, antice rotundato, utrinque, in altero ſexu, arcu albo, in altero vero antice linea alba, poſtice arcu albo.* Poſtice *ſubtus corpus* Elytris 2 *nigris* Alisque 2 *albis.* Pedes *anteriores extimo articulo gibboſi.*

fronditia. 7. C. foliacea dorſo repando: roſtro obtuſiſſimo.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Thorax *e folio perpendiculari griſeo margine ſuperiore repando, antice producto in roſtrum ſubtruncatum; poſtice anguſtatum, longitudine corporis, deorſum acutum.* Elytra *obovata, concoloria.* Alæ *hyalinæ.* Pedes *breves.*

ſquamigera. 8. C. foliacea antice poſticeque roſtrata acuta.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Simillima priori, ſed minor, livido-griſea.* Thorax *antice adſcendens in roſtrum acutiuſculum; poſtice acute deſcendens.* An *prioris Mas?*

* * * CRUCIATÆ *Thorace utrinque cornuta.*

Crux. 9. C. thorace cruciformi corpus totum tegente.
*Habitat in* Indiis.
*Thorax forma crucis: brachiis expanſis compreſſis; columna poſtice longitudine abdominis, latior, ſubcarinata.*

cornuta. 10. C. thorace bicorni poſtice producto, alis nudis. *Fn. ſuec. 641.*
*Pet. gaz. t. 47. f. 2. 3.* Ranatra cornuta.
*Habitat in* Carduis, Salicibus.

aurita. 11. C. thorace biaurito, capitis clypeo antrorſum dilatato rotundato.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkål.*
*Magnitudo Tabani, tota cinerea.* Thorax *a tergo gerit cornua duo, compreſſa, erectiuſcula, rotundata, at* cly-



Cicadæ, *quotquot novimus, ſtrident uti Grylli, ſed alio inſtrumento.*

*clypeus capiti impoſitus antrorſum dilatatus, rotundatus, ſupra rugoſus, fere membranaceus.* Alæ 4, *deflexæ.*

* * * * MANNIFERÆ.

ciliaris. 12. C. alis pollicis ferrugineo-fuſcis: vittis longitudinalibus luteis, abdominis ſegmentis ciliatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

4-faſciata. 13. C. flava, faſciis quatuor fuſcis.
*Habitat in* America. *Rolander.*

bifaſciata. 14. C. fuſca, faſciis alarum binis albis.
*Fn. ſvec.* 633.
*Habitat in* Svecia.

fornicata. 15. C. thorace vireſcente, abdomine fornicato. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Latera abdominis margine dilatata, ut abdomen duplo latius conſpiciatur, quam eſt.*

ſtridula. 16. C. elytris margine dilatato, punctis ſeptem albis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Orni. 17. C. elytris intra marginem tenuiorem punctis ſex fuſcis concatenatis.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 5. *f.* 16, 17, 18, 19.
*Habitat in* Italia, Apulia &c.
*His ſtrident arbuſta cicadis.*

repanda. 18. C. elytris linea flexuoſa, alis margine hyalino.
*Habitat in* Indiis.

reticulata. 19. C. griſea, thoracis linea alba, elytris albo reticulatis.
*Habitat in* America. *Rolander.*

Tibicen. 20. C. ſcutelli apice emarginato.
*Merian. ſurin t.* 49. Tibicen.
*Habitat in* America.

ſeptendecim. 21. C. nigro-vireſcens, elytris margine flaveſcente, capite utrinque octo-ſtriato.

*Kalm.*

*Kalm. act. Stockh.* 1756. *p.* 101. Cicada maxilla utraque lineis octo transverſis concavis, alarum margine inferiore luteſcente.
*Habitat in* America *boreali.*

violacea. 22. C. violacea, alis apice fuſcis.
*Habitat in* Meridionalibus *calidis.*
*Femora antica dentibus tribus armata.*

* * * * * SPUMANTES.

coleoptrata. 23. C. elytris totis coriaceis alas tegentibus.
*Habitat in* Europa.

ſpumaria. 24. C. fuſca, elytris maculis binis albis lateralibus: faſcia duplici interrupta albida. *Fn. ſvec.* 636.
*De Geer Act. Stockh.* 1741. *p.* 221. *t.* 7.
*Swamm. quart. p.* 83.
*bibl.* 1. *p.* 215.
*Raj. inſ.* 67. *Act. par.* 1705. *p.* 162.
*Merian. inſ.* 77. *t.* 51. *Roeſ. inſ.* 2. *gryll.* 139. *t.* 23.
*Blank. inſ.* 97. *t.* 11. *f. N. O. P. Friſch. inſ.* 8. *p.* 26. *t.* 12.
*Habitat in* Europæ *Plantis variis, frequens in* Salice *viminali, latitans intra ſpumam.*

nervoſa. 25. C. fuſca, alis hyalinis fuſco maculatis: nervis punctatis. *Fn. ſvec.* 632.
*Habitat in* Europa.

leucophthalma. 26. C. nigra, oculis albis.
*Habitat in* Europa.

albifrons. 27. C. nigra, fronte albo.
*Habitat in* Europa.

leucocephala. 28. C. nigra, capite albo. *Fn. ſvec.* 640.
*Habitat in* Europa.

lateralis. 29. C. nigra, elytris latere albis. *Fn. ſvec.* 639.
*Habitat in* Europæ *pratis.*

ſtriata. 30. C. elytris albido nigroque ad angulum acutum ſuturæ dorſalis ſtriatis. *Fn. ſvec.* 642.
*Habitat in* Europa.



Cicadæ ſpumantis *Larva ramis inſidentes ano evacuant numeroſas veſiculas, ut lateant intra ſpumam; dum majores intra terram occultantur usque in volatilia, quæ duabus lamellis ſub abdomine maſculæ in arbuſtis ſtrident.*

lineata. 31. C. exalbida: linea utrinque longitudinali nigra. *Faun. ſvec.* 637.
*Habitat in* Europa.

interrupta. 32. C. elytris flavis: linea nigra duplici interrupta longitudinali. *Fn. ſvec.* 631.
*Habitat in* Europa.

vittata. 33. C. flava: faſcia longitudinali duplici repando dentata. *Fn. ſvec.* 634.
*Habitat in* Europa.

aptera. 34. C. aptera atra, elytris abbreviatis, tibiis antennisque pallidis.
*Habitat in* Sudermannia *ad Ackerôam.*
*Magnitudo Pulicis.*

* * * * * * Deflexæ. *Alis deflexis latera obvolventibus.*

Phalænoides. 35. C. exalbida, alis deflexis patulis antice fuſco punctatis.
*Habitat in* America. *De Geer.*
Similis *Hemerobio Perlæ.* Corpus *flaveſcens.* Alæ *albidæ, deflexæ ut in Phalæna, glabræ:* exteriores *antice verſus marginem utrumque irroratæ punctis nigris ſparſis.* Inferiores *alæ niveæ.*

lanata. 36. C. alis deflexis nigris: punctis cæruleis, fronte lateribusque rubris. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Corpus nigricans. Abdomen poſtice lana denſiſſima, molliſſima.*

rubra. 37. C. rubra, alis deflexis fuſcis: faſciis duabus flavis.
*Habitat in* America. *Rolander.*

viridis. 38. C. elytris viridibus, capite flavo punctis nigris. *Faun. ſvec.* 630.
*Pet. gaz.* 73. *t.* 47. *f.* 6. Ranatra videſcens.
*Raj. inſ.* 68. *n.* 3. Locuſta-pulex tertia.
*Habitat in* Europa.

flava. 39. C. flava compreſſa. *Fn. ſvec.* 643.
*Habitat in* Europa.

40. C.

aurata. 40. C. flava, elytris fulvo pictis: maculis quatuor nigris poſticeque auratis. *Fn. ſvec.* 635.
*Habitat in* Europa.

Ulmi. 41. C. alis viridi-luteis; apicibus nigricantibus inauratis. *Fn. ſvec.* 644.
*Habitat in* Ulmo.

Roſæ. 42. C. flava, alis albis: apicibus membranaceis. *Faun. ſvec.* 648.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 13. *t.* 20.
*Habitat in* Roſæ *foliis.*

## 196. NOTONECTA. *Roſtrum* inflexum.
*Antennæ* thorace breviores.
*Alæ* IV, cruciato-complicatæ, antice coriaceæ.
*Pedes* poſteriores piloſi, natatorii.

glauca. 1. N. griſea, elytris griſeis margine fuſco punctatis. *Fn. ſvec.* 688.
*Friſch. inſ.* 6. *p.* 28. *t.* 13. *Bradl. nat. t.* 26. *f.* 2. *E.*
*Pet. gaz. t.* 72. *f.* 5. *Rœſ. inſ. app.* 1. *p.* 165. *t.* 27.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

ſtriata. 2. N. elytris pallidis; lineolis transverſis undulatis ſtriatis. *Fn. ſvec.* 689.
*Pet. gaz. t.* 72. *f.* 7. Notonecta vulgaris compreſſa fuſca.
*Rœſ. inſ. app.* 1. *p.* 177. *t.* 29.
*Joblot. micr.* 1. *pp.* 1. *t.* 7. *f.* 2, 3.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

minutiſſima. 3. N. elytris cinereis: maculis fuſcis longitudinalibus. *Fn. ſvec.* 690. N. arenulæ magnitudinis.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*



Notonectæ *ſub aquis degunt.*

197. NEPA. *Roſtrum* inflexum.
*Antennæ* . . .
*Alæ* IV. cruciato-complicatæ: antice coriaceæ.
*Pedes* antieriores cheliformes; reliqui 4 ambulatorii.

grandis. 1. N. teſtacea, ſcutello lævi, alis albis maculis veniſque flavis. *M. L. U.*
*Marcgr. braſ.* 258. *f.* 259. Inſectum magnitudine bruſci.
*Merian. ſurin. t* 56.
*Ræſ. inſ.* 3. *t.* 26.
*Habitat in* America.

rubra. 2. N. fuſca, abdomine ſupra alarumque nervis rubris. *M. L. U.*
*Habitat in* Calidis *regionibus.*

fuſca. 3 N. fuſca, ſcutello rugoſo, alis niveis. *M. L. U.*
*Habitat in* Calidis *regionibus.*

atra. 4. N. atra, thorace inæquali, corpore oblongo.
*Habitat in* Africa. *Brander.*
*Simillimus inſequenti, ſed duplo major, duplo longior & tota atra.*

cinerea. 5. N. cinerea, thorace inæquali, corpore ovato.
*Fn. ſvec.* 691. Nepa abdominis margine integro.
*Mouff. inſ.* 321. Scorpio paluſtris.
*Jonſt. inſ.* 27. *f.* 1. 2. & *t.* 28. *f. ad. verb. ſtell.*
*Pet. gaz. t.* 74. *f.* 4.
*Bradl. nat. t.* 26. *f.* 2. *C.*
*Swamm. bibl.* 1. *t.* 3. *f.* 4.
*Ræſ. inſ. app.* 1. *p.* 136. *t.* 22. *f.* 6. 7. 8.
*Bauh. ballon.* 212. *f.* 2. Araneus aquaticus.
*Habitat in* Europæ *Aquis.*

Cimicoides. 6. N. abdominis margine ſerrato. *Fn. ſvec.* 692.
*Friſch. inſ.* 6. *p.* 31. *t.* 14.. Cimex aquaticus latior.
*Ræſ. inſ. app.* 176. *t.* 28.
*Habitat in* Europæ *aquis.*

7. N.

Nepa *pleræque ſub aquis vitam agunt.*

linearis. 7. N. linearis, manibus ſpina laterali pollicatis.
*Svamm. bibl. 1. p. 233. t. 3. f. 9.*
*Friſch. inſ. 7. p. 24. t. 16.* *Rœſ. inſ. app. 141. t. 23.*
*Habitat in* Europa.

## 198. CIMEX. *Roſtrum* inflexum.

*Antennæ* thorace longiores.
*Alæ* IV, cruciato-complicatæ: ſuperioribus antice coriaceis.
*Dorſum* planum thorace marginato.
*Pedes* curſorii.

* a * APTERI.

lectularius. 1. C. apterus. *Fn. ſvec. 645.*
*Mouff. inſ. 269. f. ſuperiores.* Cimex domeſticus.
*Bonan. microſc. t. 65.* *Jonſt. inſ. 89.*
*Aldr. inſ. 534.* *Raj. inſ. 7.*
*Habitat in* Domibus *Exoticus, ſed ante epocham ſalutarem in Europa, at in Anglia vix ante* 1670 *viſus teſte Southall.*
*Pellitur nidore carbonum, & Terebinthinæ accenſo, Mentha arvenſi, Lepidio ruderali, Myrica, Geranio robertiano, Agarico muſcario, Cimicifugæ Actæa, Meduſa, Cimice perſonato.*
Monographia *Southall Treatiſe of Buggs. Lond.* 1730. *Oct.*

* b * SCUTELLATI: *Scutello longitudine abdominis.*

Stockerus. 2. C. ſcutello abdomen operiente, corpore viridi maculis nigris. *M. L. U.*
*Pet. gaz. 34. t. 21. f. 12.* Stockerus benghalenſis viridis nigromaculatus.
*Habitat in* Aſia.

Scarabæoides. 3. C. ſcutello abdomen operiente, corpore atro.
*Habitat* . .

maurus. 4. C. ſcutello longitudine abdominis, corpore griſeo.
*Habitat in* Mauritania, *in* Svecia *paullo minor.*



Cimicis *Larvæ obambulant, & more volatilium roſtro exhauriunt, imprimis reliqua inſecta molliora; pleriquæ cimices fœtent.*

lineatus. 5. C. niger, thorace lineis quinque, ſcutello tribus luteis, abdomine flavo punctis nigris.
*Habitat in* Mauritania. *E. Brander.*
Supra *niger: lineis luteis capitis* 3, *thoracis* 5, *ſcutelli* 3. Alæ *baſi luteæ, apice fuſcæ.* Subtus *totus flavus punctis nigris.* Femora *fulva puncto nigro.*

arabs. 6. C. ſcutello longitudine abdominis, thorace ſpinoſo, corpore ovato livido, ano bidentato. *M. L. U.*
*Sloan. jam.* 2. *t.* 237. *f.* 15, 16. Cimex ſylvaticus fœtens viridis triangularis?
*Habitat in* Arabia.

ſerratus. 7. C. ſcutello longitudine abdominis, thorace ſpinoſo, corpore livido, abdominis marginibus ſerratis. *M. L. U.*
*Habitat in* India.

ſtolidus. 8. C. ſcutello longitudine abdominis, thorace ſubangulato, corpore ſupra viridi, ſubtus flavo, ano bidentato. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Hiſtrio. 9. C. ſcutello longitudine abdominis, thorace ſcabro depreſſo griſeo pallidoque vario. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

* c * Coleoptrati: *Elytris fere totis coriaceis.*

littoralis. 10. C. elytris abdomen occultantibus ſordidis albo punctatis, alis abbreviatis, corpore nigro.
*Habitat in* Europæ *littoribus.*

rugoſus. 11. C. elytris abdomen occultantibus pallidis, corpore oblongo.
*Habitat in* Europa.

clavicornis. 12. C. elytris abdomen occultantibus reticulato punctatis, antennis clavatis. *Fn. ſvec.* 687.
*Habitat in* Europa.

* d * Membranacei & *valde depreſſi ut foliolum.*

corticalis. 13. C. abdomine membranaceo depreſſo margine imbricatim ſecto, corpore nigricante. *Fn. ſvec.* 649.
*Habitat in* Europæ *Arboribus ſylvaticis.*

Betulæ. 14. C. abdomine membranaceo depreſſo, thorace denticulato: capite muricato, elytris antice dilatatis.
*Habitat in* Betula *alba.*

eroſus. 15. C. abdomine membranaceo depreſſo flavo: faſcia nigra, thorace rugoſo, tibiis anticis incraſſatis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Antennæ *clavatæ.* Thorax *niger, antice flaveſcens, rugoſus, margine undique eroſus.* Abdomen *rhombeum, membranaceum, alis latius, flavum faſcia nigra.* Alæ *griſeæ.* Tibiæ *anticæ breves, ſed craſſiſſimæ, ut in Mante.*

Filicis. 16. C. abdomine membranaceo depreſſo, elytrorum apicibus capite pedibusque lividis, corpore nigro.
*Habitat in* Filicibus.

Cardui. 17. C. abdomine membranaceo depreſſo, ſcutello lineis tribus elevatis, antennis apice nigris. *Fn. ſvec.* 660.
*Habitat in* Cardui *capitulis.*

* e * Spinosi: *Thorace ſpina utrinque armato.*

bidens. 18. C. ovatus griſeus, thorace acute ſpinoſo, antennis rufis. *Fn. ſvec.* 652.
*Habitat in* Europa.

rufipes. 19. C. ovatus griſeus, thorace obtuſe ſpinoſo, pedibus rubris. *Fn. ſvec.* 651.
*Habitat in* Europa.

marginatus. 20. C. oblongo-ovatus griſeus, thorace obtuſe ſpinoſo, antennis medio rubris.
*Fn. ſvec.* 662. Cimex oblongus rufus immaculatus, thorace utrinque angulato.
*Habitat in* Europa.

2-puſtulatus. 21. C. oblongiuſculus niger, thorace ſpinoſo, punctis verticis duobus coccineis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Corpus *oblongiuſculum, magnum, totum nigrum capite, thorace, pectore, alis.* Abdomen *rubrum.* Elytra *livida. Inter oculos puncta* 2 *globoſa purpurea nitida.*

ypſilon. 22. C. ovatus lividus, thorace ſpinoſo, ſcutello ypſilo flavo inſcripto.

*Habi-*

*Habitat in* America. *Rolander.*

Corpus *ovatum, lividum.* Thorax *utrinque acute ſpinoſus.* Antennæ *nigræ annulis duobus albis. In* Elytris *ſingulis punctum album.* Scutellum *totum y græco inſcriptum.* Abdomen *flaveſcens.*

punctatus. 23. C. ovatus fuſco punctatus, thorace ſubſpinoſo, tibiis annulo albo.
*Habitat in* Europa.

hæmorrhoidalis. 24. C. ovato oblongus griſeus, thorace acute ſpinoſo, antennis nigris.
*Habitat in* Europa.

valgus. 25. C. oblongus niger, thorace ſpinoſo, femoribus poſticis incurvis, tibiisque poſticis unidentatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Abdominis baſis ſubtus notata prominentiis tribus.*

4-ſpinoſus. 26. C. oblongus ruber, thorace quadriſpinoſo.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Corpus *oblongum ut C. lacuſtris, rubrum.* Antennæ *longiſſimæ, capillares.* Thorax *ſpinis* 4 *teretibus: una utrinque* & 2 *a tergo.* Alæ *rubræ.* Pedes *longi, nigri.*

Acantharis. 27. C. oblongus, thorace ſpinoſo, abdomine ſpinis ciliato.
*Brown. jam.* 434. *t.* 44. *f.* 11. Acantharis.
*Habitat in* Jamaica.

* f * Rotundati *ſ. ovati, thorace mutico.*

viridulus. 28. C. rotundatus ſupra flavus punctis viridibus, ſubtus viridis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

peregrinator. 29. C. ſuborbiculatus depreſſus griſeo pallidoque varius, thorace ſcabro, *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

2-punctatus. 30. C. ovatus pallide griſeus: puncto albo utrinque ad baſin ſcutelli. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

6-punctatus. 31. C. rotundatus luteo nigroque varius, thorace luteo, punctis ſex nigris. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

griſeus. 32. C. ovatus griſeus, abdominis lateribus albo nigroque variis, alis nebuloſis. *Fn. ſvec.* 657.
*Habitat in* Europa.

interſtinctus. 33. C. ovatus griſeus, abdominis lateribus rubro nigroque variis, alis albis. *Fn. ſvec.* 658.
*Habitat in* Europa.

baccarum. 34. C. ovatus griſeus, abdominis margine nigro maculato. *Fn. ſvec.* 650.
*Liſt. loqv.* 396. *mut. t.* 31. *f.* 19. Cimex ex luteo virescenti infuſcatus, ad alvi margines nigris maculis.
*Raj. inſ.* 54. *n.* 2. Cimex ſylveſtris, corpore breviori, ſubfuſcus, ſcapulis magis extantibus.
*Jonſt. inſ. t.* 17. *f.* 9.
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

dumoſus. 35. C. ſubrotundus griſeus, margine undique ſanguineo.
*Habitat in* Europa.

varioloſus. 36. C. ovatus flavus, thorace ſubſpinoſo punctis fuſcis excavatis varioloſo, ſcutello baſi gibbo.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Corpus *majuſculum. Margo abdominis ſerratus.* Thorax *angulis vix ſpinoſus, flavus, punctis confertis varie ſparſis excavatis ſubfuſcis varioloſus.* Elytra *flava.*

Juniperinus. 37. C. ſubrotundatus viridis, margine undique flavo. *Fn. ſvec.* 648.
*Raj. inſ.* 53. *n.* 1.
*Habitat in* Juniperis.

cæruleus. 38. C. ovatus cæruleus immaculatus.
*Habitat in* Europa.

lineola. 39. C. ovatus thorace lævi antice atro poſtice livido diſtincto punctis excavatis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Magnitudo *fere Tabani. Caput & Pectus atra. Thorax adſperſus punctis excavatis, antice ater, poſtice albidus, qui colores diſtincti linea transverſa ex punctis excavatis. Abdomen ovatum, triquetrum, flavum, latere maculatum. Elytra incarnata pallidaque.*

40. C.

oleraceus. 40. C. ovatus cæruleo-æneus, thorace lineola ſcutelli apice elytriſque puncto albo rubrove. *Fn. ſvec.* 654.
*Raj. inſ.* 59. *n.* 6. Cimex ſylveſtris cæruleſcens.
*Habitat in* Europa.

biguttatus. 41. C. ovatus niger margine undique albo, elytris puncto albo.
*Habitat in* Europa.

bicolor. 42. C. ovatus niger, elytris nigro alboque variis, alis albis. *Fn. ſvec.* 655.
*Pet. gaz. t.* 14. *f.* 7. Cimex niger albo maculatus.
*Liſt. loqu.* 396. Cimex niger maculis candidis.
*Raj. inſ.* 54. *n.* 5. Cimex ſylv. parvus, corpore rotundiore.
*Habitat in* Europa.

ornatus. 43. C. rotundato-ovatus, nigro rubroque varius, capite aliſque nigris. *Fn. ſvec.* 661.
*Habitat in* Europa.

ruber. 44. C. ruber, alis fuſcis. *Fn. ſvec.* 653.
*Habitat in* Europæ *Urticis aliiſque.*

acuminatus. 45. C. ovalis antice attenuatus cinereo exalbidus, antennis incarnatis. *Fn. ſvec.* 656.
*Raj. inſ.* 56. *n.* 6. Muſca cimiciformis.
*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 20.
*Habitat in* Europa.

leucocephalus. 46. C. ovatus niger, capite pedibusque flavis.
*Habitat in* Europa.

minutus. 47. C. ovatus, elytris lividis apice fuſcis. *Fn. ſvec.* 659.
*Habitat in* Europa.

* g * SETICORNES. *Antennis apice ſetaceis.*

perſonatus. 48. C. roſtro arcuato, antennis apice capillaceis, corpore oblongo ſubvilloſo fuſco. *Fn. ſvec.* 647.
*Friſch. inſ.* 10. *t.* 20. Cimex ſtercorarius major oblongus.
*Raj. inſ.* 56. *n.* 3. Muſca cimiciformis.
*Habitat in* Europa.
*Conſumit Cimices Larva horrida, perſonata.*

annulatus. 49. C. roſtro arcuato, antennis apice capillaribus, corpore oblongo: ſubtus ſanguineo maculato.
*Habitat in* Europa.

ater. 50. C. antennis apice capillaribus, corpore oblongo atro. *Faun. ſvec.* 677.
*Habitat in* Europa.

gothicus. 51. C. antennis apice capillaribus, corpore oblongo nigro, ſcutello elytrorumque apicibus coccineis.
*Habitat in* Europa.

* h * Oblongi.

indus. 52. C. oblongus, abdomine rubro bidentato, elytris fuſcis pallido-ſtriatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Hyoſcyami. 53. C. oblongus rubro nigroque varius, alis fuſcis immaculatis. *Fn. ſvec.* 664. 665. *It. œl.* 155.
*Pet. gaz. t.* 62. *f.* 2. Cimex hyoſcyamoides ruber, maculis nigris.
*Liſt. loqu.* 397. *mut. t.* 31. *f.* 21. Cimex miniatus, nigris maculis, hyoſcyami.
*Raj. inſ.* 55. Cimex ſylveſtris minor, corpore oblongo anguſto.
*Habitat in* Hyoſcyamo.

equeſtris. 54. C. oblongus rubro nigroque varius, alis fuſcis albo maculatis. *Fn. ſvec.* 664. *It. œl.* 155.
*Habitat in* Svecia.
*Præcedenti duplo major, nec in Hyoſcyamo obvius.*

apterus. 55. C. oblongus rubro nigroque varius, elytris rubris punctis duobus nigris.
*Habitat in* Malva ſylveſtri *Germaniæ. P. Forſkål.*
*Simillimus C. Hyoſcyami.* Corpus *nigrum, ſed* Thorax *undique cinctus margine rubro.* Pectus *faſciis rubris.* Anus *faſcia rubra.* Elytra *ſanguinea apice nigricantia; in ſinguli elytri medio punctum majuſculum, atrum, & punctum minimum ad elytri baſin.* Alæ *plane nullæ.*

ægyptius. 56. C. oblongus rubro nigroque varius, elytris rubris puncto nigro. *M. L. U.*
*Habitat in* Ægypto.

57. C.

Andreæ. 57. C. oblongus ſanguineus, antennis tibiis roſtro aliſque nigris.
*Sloan. jam. 2. t. 237. f. 29. 30.* Cimex ſylveſtris oblongus e cinereo & nigro variegatus, ſupina parte cruce ſ. andreæ notatus.
*Habitat in* America.

Kalmii. 58. C. oblongus viridis, ſcutello macula cordata flava, elytris maculis duabus nigris. *Fn. ſvec. 663.*
*Habitat in* Europa.

pratenſis. 59. C. oblongus griſeus, ſcutello macula cordata flava, elytris apice puncto fuſco. *Fn. ſvec. 666.*
*Habitat in* Europa.

campeſtris. 60. C. oblongus viridis, ſcutello macula cordata viridi, elytris macula ferruginea. *Fn. ſvec. 667.*
*Habitat in* Europa.

umbratilis. 61. C. oblongus niger, elytris albo maculatis. *Faun. ſvec. 673.*
*Habitat in* Europa.

craſſicornis. 62. C. oblongus ſubgriſeus rubro-punctatus, antennis clavatis.
*Habitat in* Europa.

ſaltatorius. 63. C. oblongus niger, elytris ſtriatis, alis poſtice flavo maculatis. *Fn. ſvec. 676. It. œl. 121.*
*Raj. inſ. 57. n. 2.* Cimex brevis & fere rotundus nigricans.
*Habitat in* Europa.

arenarius. 64. C. oblongus niger, elytris cinereis antice nigris, alis poſtice albis. *Fn. ſvec. 678. It. œl. 121.*
*Habitat in* Europa.

Pini. 65. C. oblongus ater, elytris fuſcis macula rhombea nigra. *Fn. ſvec. 674.*
*Habitat in* Pinetis.

Rolandri. 66. C. oblongus ater, elytris membranaceis macula flava.
*Habitat in* Europa.

67. C.

nigripes. 67. C. oblongus, elytrorum baſi antennis pedibusque rubris, tibiis anticis nigris hirſutiſſimis.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Corpus *magnum, nigrum.* Abdomen *rubrum.* Antennæ *baſi nigræ.* Tibiæ *anticæ longiores, craſſiores, atræ, valde hirſutæ.*

* i * *Antennis ſetaceis longitudine corporis.*

lævigatus. 68. C. oblongus exalbidus, lateribus albis. *Fn. ſvec.* 679.
*Habitat in* Europa.

dolabratus. 69. C. oblongus pallido-fuſcus, antennis nigris, linea thoracis longitudinali alba. *Fn. ſvec.* 681.
*Habitat in* Europa.

ſtriatus. 70. C. oblongus niger, elytris luteis fuſco ſtriatis apice pedibusque rubris. *Fn. ſvec.* 680.
*Habitat in* Ulmi *campeſtris foliis.*

erraticus. 71. C. oblongus nigricans, elytris albis, antennis lividis: infimo articulo nigro. *Fn. ſvec.* 682.
*Habitat in* Europa.

ferus. 72. C. oblongus griſeus immaculatus, antennis ſetaceis. *Fn. ſvec.* 668.
*Habitat in* Europa.

Populi. 73. C. oblongus albo fuſcoque nebuloſus, antennis ſetaceis. *Fn. ſvec.* 669.
*Habitat in* Populo *tremula.*

Ulmi. 74. C. oblongus ſupra rubiginoſus, elytris ſtriis ſanguineis, alis poſtice albo fuſcoque variis. *Fn. ſvec.* 670.
*Habitat in* Ulmo *campeſtri.*

ſylveſtris. 75. C. oblongus niger, alis elytrisque albo fuſcoque variis, pedibus rufis. *Fn. ſvec.* 671.
*Habitat in* Europa.

2-maculatus. 76. C. oblongus niger, alis ſuperioribus macula teſtacea, antennis ſetaceis.
*Habitat in* Europa.

mutabilis. 77. C. oblongiuſculus niger, alis inferioribus cæruleis, antennis pedibusque flavis.

 *Habi-*

*Habitat in* Svecia.
*Totus niger. Alæ membranaceæ, glauceſcentes, abdomini impoſiti atro valde cærulei elucent.*

* k * SPINIPEDES. *Tibiis ſpina notatis.*

calcaratus. 78. C. oblongus niger, femoribus poſticis ſubtus dentatis.
*Habitat in* Europa.

Abietis. 79. C. oblongiuſculus maculato-fulvus, pedibus rufis: femoribus anticis craſſioribus dentatis. *Fn. ſvec.* 672.
*Habitat in Pinu* Abiete.

kermeſinus. 80. C. oblongus rufus: faſcia albida nigro punctata, femoribus poſticis multidentatis.
*Brown. jam.* 435. *t.* 43. *f.* 16. Bruchus kermeſinus.
*Habitat in* America.
Corpus *triſte rubrum, magnitudine majoris noſtratis.* Antennæ *fuſcæ. Faſcia elytrorum linearis, albida, ad apicem ſcutelli. Puncta atra in ſingulo elytro antice* 4, *poſtice* 3.

* l * *Corpore anguſto & lineari.*

lacuſtris. 81. C. linearis ſupra niger depreſſus, pedibus anticis breviſſimis. *Fn. ſvec.* 684.
*It. wgoth.* 182.
*Raj. inſ.* 57. *n.* 1. Cimex aquaticus figuræ longioris.
*Bauh. ballon.* 213. *f.* 1. Inſectum Tipula dictum.
*Liſt. mut. t.* 5. *f.* 4.
*Bradl. natur. t.* 26. *f.* 2. *D.*
*Habitat in* Europæ *aquis pacatis.*

ſtagnorum. 82. C. linearis nigricans compreſſus, pedibus anticis breviſſimis. *Fn. ſvec.* 688.
*Pet. gaz. t.* 9. *f.* 12. Tipula londinenſis anguſtiſſima.
*Habitat in* Europæ *aquis pacatis.*

vagabundus. 83. C. linearis variegatus, pedibus anticis breviſſimis craſſis inflexis.
*Fn. ſvec.* 683. Cimex linearis, pedibus quatuor longioribus, antennis longiſſimis albo fuſcoque variis.
*Friſch. inſ.* 7. *p.* 11. *t.* 6. Cimex arborum oblongus, alarum ſignatura alba.
*Habitat in* Europæ *Arboribus.*

84. C.

Tipularius. 84. C. linearis exalbidus, pedibus omnibus longiſſimis, femoribus clavatis. *Fn. ſvec.* 676
*Friſch. inſ.* 7. *p.* 28. *t.* 20. Cimex arboreus culiciformis
*Habitat in* Europæ *arboribus.*

Coryli. 85. C. oblongus niger, pedibus antennisque ſetaceis flavis. *Fn. ſvec.* 675.
*Habitat in* Corylo *Avellana.*

## 199. APHIS. *Roſtrum* inflexum.

*Antennæ* thorace longiores.
*Alæ* IV erectæ aut nullæ.
*Pedes* ambulatorii.
*Abdomen* poſtice ſæpius bicorne.

Ribis. 1. A. Ribis rubri. *Fn. ſvec.* 704.
*Leuw. arc. epiſt.* 90. *p.* 545. *t.* 548.
*Blank. inſ.* 164. *t.* 14. *f.* D. E.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 9. *t.* 14.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 22. *f.* 7-10.
*Habitat in* Ribe *rubro.*

Ulmi. 2. A. Ulmi campeſtris. *Fn. ſvec.* 705. *It. ſcan.* 203.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 25. *f.* 4-7.
*Habitat in* Ulmo *campeſtri.*

Paſtinacæ. 3. A. Paſtinacæ ſativæ. *Fn. ſvec.* 706.
*Habitat in* Paſtinaca *ſativa.*

Sambuci. 4. A. Sambuci nigræ. *Fn. ſvec.* 707.
*Liſt. loqu.* 391. Cimex exiguus cæſius.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 14. *t.* 18.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 21. 5-15.
*Habitat in* Sambuco *nigra.*

Rumicis. 5. A. Rumicis Lapathi. *Fn. ſvec.* 708.
*Habitat in Rumicibus* Lapathis *dictis.*

Lychnidis. 6. A. Lychnidis dioicæ.
*Fn. ſvec.* 719. Aphis Cucubali.
*Habitat in* Lychnide dioica.

Padi. 7. A. Pruni Padi.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 23. *f.* 9. 10.
*Habitat in Pruno* Pado.

Roſæ. 8. A. Roſæ.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 21. *f.* 1-4.
*Habitat in* Roſis.

Tiliæ. 9. A. Tiliæ europææ.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 13. *t.* 17. Pediculus arboreus Tiliæ.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 23. *f.* 1-8.
*Habitat in* Tilia *europæa.*

Braſſicæ. 10. A. Braſſicæ oleraceæ.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 10. *t.* 3. *f.* 15. Pediculus Braſſicæ.
*Habitat in* Braſſica.

Craccæ. 11. A. Viciæ Craccæ.
*Habitat in Vicia* Cracca.

Lactucæ. 12. A. Lactucæ.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 22. *f.* 3. 4. 5.
*Habitat in* Lactuca *oleracea.*

Cirſii. 13. A. Serratulæ arvenſis. *Fn. ſvec.* 713. *It. wgoth.* 307.
*Habitat in* Serratula *arvenſi.*

Cardui. 14. A. Cardui. *Fn. ſvec.* 714.
*Habitat in* Carduis.

Tanaceti. 15. A. Tanaceti vulgaris.
*Habitat in* Tanaceto *vulgari.*

Abſinthii. 16. A. Artemiſiæ Abſinthii. *Fn. ſvec.* 715.
*Habitat in Artemiſia* Abſinthio.

Jaceæ. 17. A. Centaureæ Jaceæ. *Fn. ſvec.* 716.
*Habitat in Centaurea* Jacea.

Betulæ. 18. A. Betulæ albæ. *Fn. ſvec.* 717.
*Habitat in* Betula *alba.*

Roboris. 19. A. Quercus Roboris nigra, corniculis obſoletis atris medii abdominis.
*Habitat in* Quercu Robore.

20. A.

Aphides *pariunt æſtate vivos fœtus, autumno ponunt ova. A copula [illegible] fœcundas [illegible], ſeptes, [illegible], [illegible] aſſeverant entomologi. Aliæ apteræ, aliæ alatæ, absque ſexus differentia in eadem Specie; Fœminæ duo cornua poſtica abdominis gerunt, quibus excernunt rorem melleum hæ Formicarum vaccæ! Species difficile diſtinguuntur, difficilius definiuntur.*

Quercus. 20. A. Quercus proboſcide longiſſima.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 28. *f.* 5-14.
*Habitat in corticibus* Quercus, *in* Gallia.

Pini. 21. A. Pini ſylveſtris. *Fn. ſvec.* 718.
*Habitat in* Pino *ſylveſtri.*

Salicis. 22. A. Salicis.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 22. *f.* 2.
*Habitat in* Salicibus.

Populi. 23. A. Populi tremulæ.
*Habitat in* Populo *tremula.*

burſaria. 24. A. Populi nigræ. *Fn. ſvec.* 1355. *It. ſcan.* 311.
*Swamm. bibl.* 45. *f.* 22-25. *Hoffm. alt. hort.* 51.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 27. *f. g. h.* *Seb. muſ.* 1. *t.* 37. *f.* 8.
*Amb. hort. t.* 96.
*Merian. europ.* 1. *p.* 15. *t.* 42.
*Habitat in* Populi nigræ *foliis ſaccatis.*

Urticæ. 25. A. Urticæ, alba lanata poſtice truncata.
*Friſch. inſ.* 8. *p.* 34. *t.* 17.
*Habitat in* Urtica *Germaniæ. P. Forsſkål.*
*Inter maximas hujus generis, tota alba, obtecta quaſi ſetis; ſubtus vero lana alba, poſtice valde obtuſa; de genere hæreo, utrum ad Aphides aut Chermes accedat.*

## 200. CHERMES. *Roſtrum* pectorale.
*Antennæ* thorace longiores.
*Alæ* IV deflexæ.
*Thorax* gibbus.
*Pedes* ſaltatorii.

Graminis. 1. C. Airæ flexuoſæ.
*Fn. ſvec.* 693. Chermes graminis.
*Habitat in* Graminibus, *imprimis in Aira flexuoſa.*

Ulmi. 2. C. Ulmi campeſtris. *Fn. ſvec.* 694.
*Habitat intra folia revoluta* Ulmi *campeſtris.*



Chermis *Larvæ pedatæ, ſæpe villoſæ; Volatilia ſaliunt, plantis inſident.*

Ceraſtii. 3. C. Ceraſtii viſcoſi. *Fn. ſvec.* 695.
*Habitat in foliis* Ceraſtii *viſcoſi conniventibus in capitulum.*

Pyri. 4. C. Pyri communis.
*Habitat in* Pyri *communis foliis.*

Buxi. 5. C. Buxi.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 29. *f.* 1-14.
*Habitat intra* Buxi *folia ſumma conniventia*; *in* Gallia.

Urticæ. 6. C. Urticæ dioicæ *Fn. ſvec.* 702.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 29. *f.* 20. 22. 13.
*Habitat in Foliis* Urticæ *dioicæ.*

Betulæ. 7. C. Betulæ albæ. *Fn. ſvec.* 697.
*Habitat in* Betula *alba.*

Alni. 8. C. Betulæ Alni. *Fn. ſvec.* 698. *Kalm. it.* 2. *p.* 275.
*Friſch. inſ.* 8. *t.* 13. Vermis ſuctorius Alni.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 26. *f.* 1. 2. 3.
*Habitant in Betulæ* Alni *ramulis Larvæ, caudis plumoſis tectæ*; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

Quercus. 9. C. Quercus Roboris.
*Habitat in* Quercus *foliis.*
*Corpus flavo albicans*; *Elytra ad marginem exteriorem lituris 4 fuſcis*; *unica vero ad interiorem.*

Abietis. 10. C. Pini Abietis. *Faun. ſvec.* 700. *Fl. lapp.* 218. *f.* 347. *E.*
*Cluſ. pan.* 20. 21. Picea pumila.
*Friſch. inſ.* 12. *p.* 10. *t.* 2. *f.* 3. Inſectum tuberculi muricati.
*Habitat in Pini* Abietis *apicibus turionum, quæ inde baſi dilatatis foliolis abbreviatisque baccam mentiuntur.*

Salicis. 11. C. Salicis.
*Habitat in* Salicibus *variis.*

Fraxini. 12. C. Fraxini excelſioris. *Fn. ſvec.* 703.
*Habitat in* Fraxino *excelſiore.*

Aceris. 13. C. Aceris platanoidis. *Fn. ſvec.* 696.
*Habitat in* Acere *platanoide.*

Ficus. 14. C. Ficus Caricæ.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 29. *f.* 22.-24.
*Habitat in* Fico *Carica.*

## 201. COCCUS. *Roſtrum* pectorale. *Abdomen* poſtice ſetoſum. *Alæ* II erectæ maſculis. Feminæ apteræ.

Heſperidum. 1. C. Hybernaculorum.
*Fn. ſvec.* 722. Coccus heſperidum.
*Act. pariſ.* 1692. *p.* 14. *t.* 14.
*Friſch. inſ.* 12. *p.* 12.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 1.
*Habitat in arboribus ſempervirentibus Hybernaculi.*

Aonidum. 2. C. indarum arborum.
*Habitat in* Aſiæ *arboribus ſempervirentibus, ut in Camellia, aliisque.*
*Præcedenti minor, ſed ſimilis: Teſta orbiculata, planiuſcula, atro-purpuraſcens, centro ſ. vertice tuberculo rotundo rubro, quod in ſeneſcentibus aperitur.* Mas *apterus, flaveſcens, oblongus, apice caudæ aliquot pilis rectis.* Antennæ *longitudine fere thoracis, filiformes.*

Quercus. 3. C. Quercus Roboris.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 6. *f.* 1-4 & *alia f.* 8. 9. 10.
*Habitat in* Quercu *Robore.*

Ilicis. 4. C. Quercus cocciferæ.
*Garid. aixenſ.* 250. *t.* 53. & 2. *Geoffr. mat.* 2. *p.* 782.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 5.
*Habitat in Galloprovinciæ* Quercu coccifera.
*Aceto immerguntur, exſiccantur ſupra lintea.*

Betulæ. 5. C. Betulæ albæ. *Fn. ſvec.* 723.
*Habitat in* Betula *alba.*

Carpini. 6. C. carpini Betuli. *It. ſcan.* 47.
*Habitat in* Carpino *Betulo.*

Ulmi. 7. C. Ulmi campeſtris.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 2. 5. *f.* 5-7 & *alia t.* 7. *f.* 1-10.
*Habitat in* Ulmo *campeſtri.*

Coryli. 8. C. Coryli.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 3. *f.* 4-10.
*Habitat in* Corylo *Avellana.*

Tiliæ. 9. C. Tiliæ.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 3. *f.* 1-3.
*Habitat in* Tilia *europæa.*

Ruſci. 10. C. Ruſci, teſta octo clypeolis cincta.
*Column. purp.* 16. 4: 17. Lepas nova ſ. myrti morbus.
*Klein. oſtr.* 1 6 Lepas teſſellata.
*Habitat in* Apulia. *M. Kæhler.*
*Teſta truncata, octagona, perforata, cincta octo clypeolis inſtar teſtudinis: horum omnes in medio granulo notati, exceptis duobus lateralibus oppoſitis.*

Salicis. 11. C. Salicis hermaphroditicæ.
*Habitat in* Salicis *hermaphroditicæ cortice, vix conſpicuus.*

Vitis. 12. C. Vitis viniferæ.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 6. *f.* 5-7.
*Act. bonon.* 2. *pp.* 2. *p.* 279. *t.* 284.
*Habitat in* Vite *vinifera.*

polonicus. 13. C. radicis Scleranthi perennis.
*Fn. ſvec.* 720. Coccus radicum purpureus.
*Camer. epit.* 691. Polygonum cocciferum.
*Bauh. pin.* 281. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 378.
*Breyn. E. N. C.* 1731. *Reaum. inſ.* 4. *p.* 1.
*Rupp. jen.* 86. *Friſch. inſ.* 5. *p.* 6. *t.* 2.
*Act. upſ.* 1742. *p.* 54. *t.* 1.
*Habitat in* Scleranthi *perennis radicibus.*

Piloſellæ. 14. C. radicis Hieracii Piloſellæ.
*Sim. Paul quadr.* 113. *Act. upſ.* 1742. *p.* 54. *t.* 2.
*Habitat in Hieracii* Piloſellæ *radicibus.*

Phalaridis. 15. C. radicum Phalaridis. *Fn. ſvec.* 721.
*Habitat in* Phalaridis *canarienſis radicibus.*

Oxyacanthæ. 16. C. Cratægi Oxyacanthæ.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 6. *f.* 11. 12.
*Habitat in Cratægo* Oxyacantha.

17. C.

---

Cocci *tardi, hiberni: matres gravidæ, plantis adhærent, ſæpe ramis, aliæ radicibus fere immobiles, Mares volatu ſaliunt.*

Cacti. 17. C. cacti coccinelliferi.
*Brown. jam.* 435. Coccinella alis deſtituta corpore rugoſo.
*Sloan. jam. 2. p. 153. præf. t. 9.*
*Pet. gaz. 3. t. 1. f. 5.* *Hern. mex.* 78.
*Reaum. inſ. 4. t. 7. f. 11-19.*
*Habitat in* Cactis Opuntiis *variis* Americes. *Vivus transmiſſus a D. Rolandro in Hort. Upſalienſem* 1756.
*Corpus depreſſum, tomentoſum, rugis transverſis, & margines laterales dorſi utrinque duplices: ſuperiore breviore.* Abdomen *purpuraſcens.* Os: *punctum ſubulatum e medio pectoris.* Antennæ *ſubulatæ, corpore* $\frac{1}{3}$ *breviores.* Pedes *breves, nigri.*

## 202. THRIPS. *Roſtrum* obſcurum.

*Antennæ* longitudine thoracis.
*Corpus* lineare. Abdomen ſurſum reflexile.
*Alæ* IV, rectæ, dorſo incumbentes, longitudinales, anguſtæ.

Phyſapus. 1. T. elytris glaucis, corpore atro. *Fn. ſvec.* 726.
*De Geer. act. Stockh.* 1744. *p.* 3. *t.* 4. *f.* 4. Phyſapus ater, alis albis.
*Habitat in floribus ſemifloſculoſorum.* Loti *corniculatæ flores clauſos tumidosque reddit, ſpicas Secales inanit.*

minutiſſima. 2. T. elytris corporeque glauco, oculis fuſcis.
*Habitat in* Europa.

Juniperina. 3. T. elytris niveis, corpore fuſco.
*De Geer. act. Stockh.* 1744. *p.* 6. *t.* 1. *f.* 2. Phyſapus fuſcus, alis albicantibus.
*Habitat in* Juniperis.

faſciata. 4. T. elytris albis nigrisque faſciatis, corpore fuſco. *Fn. ſvec.* 727.
*Habitat in* floribus.



Thripis *roſtrum ob parvitatem vix conſpicuum; hi in floribus frequentes agiliſſimi fere ſubſiliunt, abdomen ſæpius ſurſum flectunt.*

# III. LEPIDOPTERA.

Alæ IV, *imbricatæ ſquamis.*
Os *Lingua involuta ſpirali.*
Corpus *piloſum.*

## 203. PAPILIO.

*Antennæ* apicem verſus craſſiores, ſæpius clavato - capitatæ.
*Alæ* (ſedentis) erectæ, ſurſumque conniventes (volatu diurno).

* EQUITES *Trojani.*

Priamus. 1. P. E. alis denticulatis tomentoſis ſupra viridibus: inſtitis atris; poſticis maculis ſex nigris.
*Vincent. muſ.* 10. Papilio amboinenſis viridi & nigro-holoſericeus inſignis.
*Muſ. petrop.* 664. Papilio ſ. Atlas amboinenſis, alis ſuperioribus holoſerice nigris: inſtitis viridibus.
*Habitat in* Amboina.
*Papilionum omnium Princeps longe auguſtiſſimus, totus holoſericeus, ut dubitem pulchrius quidquam a natura in inſectis productum.*

Cor-

---

Papiliones *dividuntur in* VI phalanges:
*a.* Equites *Alis primoribus ab angulo poſtico ad apicem longioribus, quam ad baſin; his ſæpe Antennæ filiformes.*
-- -- Trojani *ad Pectus maculis ſanguineis, (ſæpius nigri). 1 - 17.*
-- -- Achivi *Pectore incruento, ocello ad angulum ani:*
-- -- *Alis absque faſciis. 18, 19.*
-- -- *Alis faſciatis. 20 - 40.*
*b.* Heliconii *Alis anguſtis integerrimis ſtriatis: primoribus oblongis; poſticis breviſſimis. 41 - 55.*
*c.* Danai *Alis integerrimis.*
Candidi *Alis albidis 56 - 74.*
Feſtivi *Alis variegatis 75 - 87.*
*d.* Nymphales *Alis denticulatis:*
Gemmati *Alis ocellatis:*
*Ocellis in Alis omnibus 88 - 103.*
*in Alis primoribus 104 - 106.*
*in Alis poſticis 107 - 110.*
Phalerati *Alis cæcis absque ocellis 111 - 144.*
*e.* Plebeji *parvi: Larva ſæpius contracta:*
Rurales *Alis maculis obſcurioribus 145 - 161.*
Urbicolæ *Alis ſæpius maculis pellucidis 162 - 168.*
*f.* Barbari *corollarii loco adjecti, ad ordines non relati. 169 - 192.*

Corpus 1:*mæ magnitudinis*. Caput & Pedes *nigra*. Thoracis *latera lineis transverſis coccineis*. Abdomen *flaviſſimum*. Antennas *non vidi*.

Alæ primores ſupra *virides margine nigræ : macula nigra ovato-oblonga magna diſci* ; Subtus *nigricantes* : *Macula viridis linearis verſus marginem anteriorem & apicem* ; *Macula viridis parva duplicata in diſco* ; *Macula viridis magna diſci verſus marginem poſticum, in qua Puncta 6 nigra oblonga.*

-- Secundariæ ſupra *virides margine nigro : Maculæ 4 nigræ verſus marginem poſticum* ; *Macula fulva major, tecta ab alis primoribus.* Subtus *virides margine nigro dentato* ; *Maculæ 6 nigræ, rotundatæ, intra marginem* ; *Macula fulva, magis oblonga, ante primores* ; *Margo interior niger, lana ferruginea longiſſima.*

Hector. 2. P. E. alis caudatis concoloribus nigris : primoribus faſcia alba ; poſticis maculis rubris. *M. L. U.*

*Raj. inſ.* 134. & 137. Papilio indica maxima nigra.

*Habitat in* Indiis.

Alæ Primores *faſcia alba ex maculis 8 ovalibus bifidis, præter reliquas* ; Poſticæ *arcu duplici e maculis coccineis retrorſum lunatis.*

Paris. 3. P. E. alis caudatis nigris : poſticis macula cærulea ocelloque purpureo ; ſubtus ocellis ſeptem. *M. L. U.*

*Knorr. delic. t. C. 3. f.* 1.

*Habitat in* Aſia.

Alæ *ſupra atomis cæruleis* ; Poſticæ *ſubtus atomis albis & ocellis 7 intra marginem poſticum. Datur etiam ecaudatus.*

Helenus. 4. P. E. alis caudatis nigris : poſticis macula alba : ſubtus tribus albidis lunulisque ſeptem ferrugineis. *M. L. U.*

*Habitat in* Aſia.

Troilus. 5. P. E. alis caudatis nigris : primoribus punctis marginalibus pallidis ; poſticis ſubtus maculis fulvis. *M. L. U.*

*Habitat in* Indiis.

Deiphobus. 6. P. E. alis caudatis nigris : ſubtus baſi rubro maculatis ; poſticis maculis ſeptem rubris ſubannularibus. *M. L. U.*

*Pet. gaz. t.* 11. *f.* 8. Papilio luz. maximus nigreſcens: maculis coccineis.
*Habitat in* Aſia.

Polytes. 7. P. E. alis caudatis nigris concoloribus: poſticis lunulis rubris maculaque quintuplici alba. *M. L. U.*
*Ehret. pict. t.* 10.
*Habitat in* Aſia.

Pammon. 8. P. E. alis caudatis nigris concoloribus: omnibus margine maculatis; poſticis faſcia maculis ſeptem albis.
*Habitat in* Aſia.

Glaucus. 9. P. E. alis ſubcaudatis nebuloſis concoloribus: primoribus macula flava; poſticis macula ani fulva. *M. L. U.*
*Habitat in* America.
Alæ Poſticæ *Linea transverſa fuſca bifida; ceterum Troilo ſimilis.*

Anchiſes. 10. P. E. alis dentatis nigris concoloribus: poſticis maculis ſeptem coccineis ovatis. *M. L. U.*
*Merian. ſurin.* 17. *t.* 17.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 216. *t.* 239. *f.* 19, 20.
*Edw. av. t.* 207.
*Ehret. pict. t.* 9.
*Habitat in* Citro *Americes. Larva tentaculata.*

Polydamas. 11. P. E. alis dentatis nigris faſcia interrupta flava, poſticis ſubtus rubro notatis. *M. L. U.*
*Merian. ſur.* 31. *t.* 31.
*Habitat in* Hibiſco mutabili *Americes.*
Alæ ſupra *faſcia lutea e maculis parallelis ſagittatis;* Poſticarum *margo ſubtus maculis* 7, *linearibus, flexuoſis* (3), *coccineis.*

Memnon. 12. P. E. alis dentatis nigris: omnibus baſi ſubtus rubro notatis. *M. L. U.*
*Pet. gaz. t.* 11. *f.* 8. *Raj. inſ.* 135.
*Habitat in* Aſia.
Alæ Primores *ſubtus macula ovata, rubra:* Poſticæ *paribus* 6 *ſubrotundis, atris.*

Agenor. 13. P. E. alis dentatis nigris baſi ſanguineis: primoribus ſtriatis; poſticis diſco albo maculis nigris.
*Habitat in* Aſia.

Alæ

Alæ Primores *concolores, albo late ſtriatæ.* Poſticæ *atræ diſco albo, poſtice cinctæ maculis 7 nigris, verſus anum rubro infectis. Similis Deiphobo.*

Sarpedon. 14. P. E. alis dentatis nigricantibus faſcia viridi: poſticis ſubtus linea baſeos maculisque quinque rubris.
*Habitat in* Aſia.

Æneas. 15. P. E. alis dentatis atris: primoribus ſupra macula viridi; poſticis macula palmata ſanguinea.
*Rœſ. inſ. 4. p. 24. t. 2. f. 2.*
*Habitat in* Aſia.
Alæ poſticæ *ſubtus maculis 5, ſanguineis, baſi approximatis.*

Panthous. 16. P. E. alis dentatis nigris concoloribus: primoribus albo maculatis; poſticis maculis albis nigra fœtis.
*M. L. U*
*Habitat in* Indiis.

Pandarus. 17. P. E. alis ſubdentatis nigricantibus albo-maculatis concoloribus; poſticis flavis: ocellis ſeptem nigris.
*Habitat in* India.

* *Equites Achivi.*

Helena. 18. P. E. alis dentatis atris concoloribus; poſticis diſco communi aurato.
*Mer. ſurin. in tabula titulo præfixa, figura maxima.*
*Habitat in floribus* Arecæ *Americes.*
*Speciosiſſimus colore fulgentiſſimi auri, utrinque in diſco alarum poſticarum.*

Menelaus. 19. P. E. alis dentatis: ſupra cæruleis nitidiſſimis; ſubtus nebuloſis punctis fuſcis.
*Merian. ſurin. 53. t. 53.*
*Knorr. delic. t. C. 4. f. 2.*
*Habitat in* America *meridionali.*
*Color alarum cæruleus paginæ ſuperioris adeo politus nitidusque, ut vix ſimile in rerum natura conſpiciatur.* Sexus *alter in pagina inferiore alarum primorum Ocellos 2, in poſticarum 3 gerit.*

20. P. E.

Hexapodi *ſunt plurimi Equites; ſed de Menelao, Achille, Idomeneo nobis non conſtat.*

Ulyſſes. 20. P. E. alis caudatis nigris: diſco cæruleo radiante; poſticis ſubtus ocellis ſeptem.
*Habitat in* Aſia.
Alæ Primores *atræ: a baſi ad medium macula cærulea ſeptem-dentata: maculis 7 fuſcis lanceolatis parallelis. in parte alarum nigra, ſimul aream cæruleam mirantibus.*

Agamemnon. 21. P. E. alis caudatis nigris viridi-maculatis; poſticis ſubtus ocello lunato maculisque rubris.
*Habitat in* Aſia. *Osbeck.*
Alæ poſticæ *ſubtus maculis nigris apice rubris. Similis Teucro, ſed magis niger maculisque minoribus flavis.*

Diomedes. 22. P. E. alis caudatis nigris: ſupra introrſum viridibus; poſticis lunulis cyaneis.
*Habitat in* Indiis.
Alæ poſticæ *ſupra verſus baſin cyaneæ, lunulisque inter dentes cyaneis; ſubtus maculis marginalibus 6 ſemiocellatis.*

Patroclus. 23. P. E. alis caudatis concoloribus fuſcis: faſcia lineari alba apicibusque albis.
*Habitat in* Indiis.
*Antennæ filiformes ut in* Idomeneo, Telepho, Achille.

Pyrrhus. 24. P. E. alis bicaudatis fuſcis faſcia communi alba: primorum dimidiata.
*Habitat in* Indiis.
Alæ poſticæ *dentibus* 2 *longioribus*; *his margo flavus lunulis* 3 *rufis: quarta remotiore.*

Leilus. 25. P. E. alis caudatis concoloribus nigris: faſcia lineisque viridibus nitentibus numeroſis.
*Merian. ſur.* 29. *t.* 29.
*Sloan. jam.* 2. *p* 215. *t.* 239. *f.* 11, 12.
*Knorr. delic. t. C. f.* 1.
*Habitat in* Citro *Americes.*

Ajax. 26. P. E. alis obtuſe caudatis concoloribus fuſcis: faſciis flaveſcentibus, angulo ani fulvo.
*Raj. inſ.* 111. *n.* 2. *Edw. av.* 34.
*Habitat in* America *boreali.*

Machaon. 27. P. E. alis caudatis concoloribus flavis: faſciis fuſcis: angulo ani fulvo. *Fn. ſvec.* 791.

*Mouff.*

*Mouff. inſ.* 99. *t.* 968. *Merian. cur. t.* 94 & 163
*Aldr. inſ.* 96. *n.* 5, 6. *f.* 1. *Friſch. inſ.* 2. *t.* 10.
*Jonſt. inſ. t.* 5, 7. *Reaum. inſ.* 1. *t* 29. *f.* 1. & *t.* 30.
*Column. ecph.* 2. *t.* 86. *Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t* 1.
*Raj inſ.* 110. *n.* 1. *Wilk. pap.* 47. *t.* 1. *a.* 1.
*Habitat in Europæ* Umbellatis & Ruta.

Antilochus. 28. P. E. alis caudatis concoloribus flavis: faſciis margineque nigris, caudis albis longitudine alæ.
*Pet. muſ.* 50. *n.* 505. Papilio caudatus maximus, ſtriis umbriſque nigris.
*Catesb. carol.* 2. *t.* 83.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

Proteſilaus. 29. P. E. alis caudatis ſubconcoloribus albidis: faſciis fuſcis: unica ſubtus ſanguinea, angulo ani rubro.
*Pet. muſ.* 50. *n.* 502.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 218. *t.* 239. *f.* 1, 2.
*Mer. ſurin.* 43. *t.* 43.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 11. *f.* 2.
*Catesb. car.* 2. *t.* 100.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Simillimus* Podalirio *Europæ auſtralis & Africæ; an ſatis diverſus?*

Neſtor. 30. P. E. alis dentatis ſupra fuſcis maculis diſcoque cæruleis, ſubtus ocellis tribus biniſque. †
*Mer. ſurin.* 9. *t.* 9.
*Habitat in* Punica *Americes.*

Telemachus. 31. P. E. alis dentatis ſupra fuſcis imaculatis: area communi cærulea radiata; ſingulis ſubtus ocellis ſex. †
*Merian. ſurin.* 68. *t.* 68.
*Habitat in* America.
*Simillimus parenti, ſed minor, nec caudatus.*

Achilles. 32. P. E. alis dentatis: ſupra nigris faſcia cærulea, ſubtus fuſcis: ocellis tribus quiniſque. *M. L. U.*

*Me-*

---

Larva *Machaonis, Anchiſes & plurium Equitum Tentacula duo ſupra caput exſerit, uti Larva Apollinis, utrum vero idem in reliquis Equitibus obtineat, dies docebit.*

Podalirius. *Raj. inſ.* 111. *n.* 3. *Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 2. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 4, 3.
*Habitat in Europæ auſtralis & Africæ* Braſſica
*Hic tam multa habet cum* Proteſilao *communia, ut Larva magis innoteſcat, antequam vere diſtinguatur.*

*Merian. ſurin.* 7. *t.* 7.
*Knorr. delic. t. C.* 2. *f.* 1, 2.
*Habitat in* Pſidio *Americes.*

Teucer. 33. P. E. alis ſubrepandis lividiuſculis, ſubtus nebuloſis; poſticis ocellis tribus: poſtremo maximo. *M. L. U.*
*Merian. ſurin.* 23. *t.* 23.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 219. *n.* 24.
*Knorr. delic. t. C.* 1. *f.* 1, 2?
*Pet. gaz. t.* 28. *f.* 1?
*Habitat in* Muſa *Americes.*

Idomeneus. 34. P. E. alis ſubcrenatis fuſceſcentibus, ſubtus nebuloſis: ocello magno flaveſcente. *M. L. U.*
*Pet. gaz. t.* 28. *f.* 1.
*Merian. ſurin.* 60. *t.* 60.
*Habitat in* America *meridionali.*

Demoleus. 35. P. E. alis dentatis fuſcis: maculis faſciaque maculoſa flavis; poſticis ocellis binis. *M. L. U.*
*Ehret. pict. t.* 5.
*Habitat in* Aſia.
*Ocellus cæruleus ad marginem anteriorem, ruber ad angulum ani.*

Demophon. 36. P. E. alis dentatis: ſupra nigris faſcia viridi, ſubtus griſeo marmoratis. *M. L. U.*
*Roeſ. inſ.* 4. *t.* 4. *f.* 1?
*Habitat in* Indiis.
Mas *intra marginem alarum poſticarum punctis* 5 *albis;* Femina *vero ocellis* 2.

Eurypylus. 37. P. E. alis dentatis nigris: faſcia interrupta viridi; poſticis ſubtus rubro maculatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
Alæ primores *ſubtus maculis* 6 *atro-ſanguineis in diſco.*
Variat *maculis alarum albis loco viridium, an ſexu?*

Nireus. 38. P. E. alis dentatis nigris faſcia inaurata viridi, ſubtus nigricantibus.
*Habitat in* Indiis.

39. P. E.

---

Concolores *Alæ in Papilionibus dicuntur, quæ in utraque pagina, ſuperiore ſcilicet & inferiore, eundem colorem gerunt.*

Stelenes. 39. P. E. alis dentatis ſupra fuſcis: faſcia vireſcente obtuſa interrupta.
*Pet. gaz. t. 13. f. 1.* *Merian. ſurin. 2. t. 2.*
*Sloan. jam. 2. p. 217. t. 239. f. 9, 10.*
*Habitat in* America.

Philoctetes. 40. P. E. alis angulatis fuſcis: poſticis ſupra maculis duabus cæruleis pupilla nigra.
*Habitat in* Indiis.
*Alæ* Primores *punctis 4 albis & maculis 3 violaceis; ſubtus faſcia linearis alba; linea transverſa atra ad baſin.* Poſticæ *punctis nigris albis maculisque duabus.*

* Heliconii.

Apollo. 41. P. H. alis oblongis integerrimis albis: poſticis ocellis ſupra quatuor, ſubtus ſeptem. *Faun. ſvec.* 802. *It. goth.* 230.
*Mouff. inſ.* 94. *f.* 2, 3. *De Geer. inſ.* 1. *t.* 18. *f.* 12, 13.
*Pet. muſ.* 49. *n.* 502. *Rœſ. inſ. 4. pap. 29. t. 4. f.* 1, 2.
*gaz. t.* 23. *f.* 8.
*Schæff. monogr.* 1754. *t.* 2. *f.* 2, 3.
*Raj. inſ.* 193. *n.* 2.
*Habitat in* Sedo Telephio, Saxifr. Cotyledon. *frequens in* Svecia.
Larva *Tentaculis 2 ad occiput, quemadmodum E. Machaonis.*

Mnemoſyne. 42. P. H. alis oblongis integerrimis albis nigro-nervoſis: primoribus maculis duabus nigris marginalibus.
*Uddm. diſſ.* 55.
*Habitat in* Finlandia.
*Præcedenti ſimilis, licet ſpecie diſtinctiſſima.*

Piera. 43. P. H. alis oblongis integerrimis hyalinis diaphanis, poſticis ocellis binis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Aglaja. 44. P. H. alis nigris albo ſubradiatis puncto centrali albo; poſticis ſubtus luteis baſi cruentatis.
*Habitat in* Aſia.
*Statura P. Apollinis ſed dimidio minor.* Alæ *omnes ſupra nigræ verſus baſin cæruleſcentes, in ambitu radiatæ ſtriis albis rhombeis. Punctum album in centro cujusvis alæ.* Subtus *alæ primores concolores;* Poſticæ

 *alæ*

*alæ ſubtus ſulphureæ venis nigris, ſed margine nigræ, & baſi ſanguineæ. Hæ alæ etiam ad marginem ani ſupra flaveſcunt.*

Terpſicore. 45. P. H. alis oblongis integerrimis flavis, poſticis ſaturatioribus: maculis nigris ſparſis. *M. L. U.*
*Pet. gaz. t.* 40. *f.* 4.
*Habitat in* Aſia.

Calliope. 46. P. H. alis oblongis integerrimis luteis: primoribus ſtriis tribus; poſticis faſciis tribus nigris. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Polymnia. 47. P. H. alis oblongis integerrimis luteis; primoribus faſcia flava; poſticis faſciis tribus nigris. *M. L. U.*
*Pet. gaz. t.* 12. *f.* 8.
*Edw. av. t.* 175. *Roeſ. inſ.* 4. *p.* 43. *t.* 5. *f.* 2.
*Habitat* Surinami.

Urania. 48. P. H. alis oblongis integerrimis fuſceſcentibus diſco albis; poſticis ocellis utrinque binis.
*Habitat in* Indiis.

Euterpe. 49. P. H. alis oblongis integerrimis nigris albo-punctatis faſcia fulva. *M. L. U.*
*Pet. gaz. t.* 4. *f.* 2.
*Habitat in* America.

Ricini. 50. P. H. alis oblongis integerrimis fuſcis; primoribus utrinque faſciis duabus flavis. *M. L. U.*
*Ehret. pict. t.* 1.
*Merian. ſur.* 30. *t.* 30.
*Roeſ. inſ.* 4. *p.* 42. *t.* 5. *f.* 1. *mas.*
*Habitat in* Ricino *Americes.*
Mas *alas poſticas baſi purpureas gerit.*

Pſidii. 51. P. H. alis oblongis integerrimis fuſcis; primoribus faſciis tribus; poſticisque duabus hyalinis. *M. L. U.*
*Pet. gaz. t.* 40. *f.* 3.
*Mer. ſurin.* 19. *t.* 19.
*Edw. av. t.* 80.
*Roeſ. inſ.* 4. *p.* 25. *t.* 2. *f.* 3.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 217. *t* 239. *f.* 15, 16?
*Habitat in Americæ, Aſiæ* Pſidio

52. P. H.

Clio. 52. P. H. alis oblongis integerrimis fuſcis: primoribus albo maculatis; poſticis faſcia alba. *M. L. U.*
*Mer. ſurin.* 35. *t.* 35.
*Habitat in* Sophora *Americes.*

Thalia. 53. P. H. alis oblongis integerrimis fuſcis: primoribus flavo-maculatis; poſticis ſtriatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Erato. 54. P. H. alis oblongis integerrimis atris: primoribus flavo-maculatis baſi rubris; poſticis rubro-ſtriatis.
*Habitat in* Indiis.

Melpomene. 55. P. H. alis oblongis integerrimis nigris, baſi ſubtus rubris: primoribus utrinque faſcia rubra.
*Edw. av. t.* 38.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 219. *t.* 239. *f.* 25, 26.
*Pet. gaz. t.* 6. *f.* 7.
*Rœſ. inſ.* 4. *p.* 27. *t.* 3. *f.* 6.
*Habitat in* America.

* DANAI *candidi.*

Anacardii. 56. P. D. alis integerrimis angulatis vireſcenti-albidis apice fuſcis; poſticis ocellis duobus. *M. L. U.*
*Mer. ſurin.* 16. *t.* 16.
*Habitat in* Anacardio *Americes.*
*Larva lanata alba, lana longa ad latera reflexa.*
Alæ primores *ſupra ocellis* 2 *cæcis ad marginem poſticum.* Poſticæ *ocellis* 2 *cæcis ad marginem poſteriorem & incarnatæ ad angulum ani.*

Cratægi. 57. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: venis nigris.
*Faun. ſvec.* 796. *It. gotland.* 182.
*Aldr. inſ.* 246. *f.* 6. *Merian. eur.* 2. *t.* 35.
*Mouff. inſ.* 103. *Reaum. inſ.* 2 *t.* 2. *f.* 9, 10.
*Pet. muſ.* 33. *n.* 301. *De Geer. inſ.* 1. *t.* 14. *f.* 19, 20.
*Raj. inſ.* 115. *n.* 5. *Rœſ. inſ.* 1. *p.* 2. *t.* 3.
*Albin. inſ.* 2. *t.* 2. *Wilk. pap.* 49. *t.* 2. *a.* 1.
*Habitat in* Pruno, Cratægo, Sorbo.

Braſſicæ. 58. P. D. alis integerrimis rotundatis: primoribus maculis duabus apicibusque nigris, major. *Fn. ſvec.* 799.



Danaorum Candidorum *nomina a filiabus Danai Ægypti*, Feſtivorum *a filiis mutuatus ſum.*

*Mouff. inſ.* 189. *f.* 1.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 11.
*Liſt. gœd.* 16. *f.* 7.
*Blank. inſ. t.* 4. *f. A-D.*
*Raj. inſ.* 113. *n.* 1. & 348.
*cantabr.* 134.
*Pet. gaz. t.* 62. *f.* 3.
*Valliſn. nat.* 1. *t.* 1.
*Swamm. bibl. t.* 37. *f.* 6.
*quart. t.* 13. *f.* 6.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 29. *f.* 1.
*t.* 10. *f.* 7.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 4.
*Wilk. pap.* 49. *t.* 2. *a.* 2.
*Habitat in* Braſſica.

Rapæ. 59. P. D. alis integerrimis rotundatis: primoribus maculis duabus apicibusque nigris, minor. *Fn. ſvec.* 798.
*Mouff. inſ.* 971. *f.* 9, 10.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 27.
*Liſt. gœd.* 22. *f.* 8.
*Blank. inſ. t.* 5. *f. A-D.*
*Raj. inſ.* 114. *n.* 1, 2, 3.
*Robert. ic. t.* 6.
*Pet. gaz. t.* 64 *f.* 4.
*Alb. inſ. t.* 51. *f. C-F.*
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 29. *f.* 7, 8.
2. *t.* 2. *f.* 3.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 5.
*Wilk. pap.* 50. *t.* 2. *a.* 3.
*Habitat in* Braſſicis, Tropæolo.

Napi. 60. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: ſubtus venis dilatato-vireſcentibus. *Fn. ſvec.* 797.
*Raj. inſ.* 114. *n.* 4.
*Pet. gaz. t.* 62. *f.* 4.
*Merian. eur.* 2. *t.* 39.
*Alb. inſ. t.* 52. *f. F. G.*
*Wilk. pap.* 50. *t.* 2. *a.* 4.
*Habitat in* Braſſica & *affinibus.*

Sinapis. 61. P. D. alis integerrimis rotundatis albis immaculatis: apicibus fuſceſcentibus. *Fn. ſvec.* 800.
*Habitat in* Braſſica & *affinibus.*

Daplidice. 62. P. D. alis integris rotundatis albis margine fuſcis, ſubtus luteo-griſeis albo maculatis.
*Pet. gaz. t.* 1. *f.* 7.
*Raj. inſ.* 116. *n.* 10.
*Habitat in* Europa *auſtrali* & Africa.
*Statura P. Napi. Alæ apicibus primorum imprimis nigræ cum macula una alterave obſolete fuſca; omnes ſubtus venis dilatatis luteo griſeis albo maculatæ; in* Mare *alæ poſticæ ſupra albæ immaculatæ.*

Cardamines. 63. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: primoribus medio fulvis; poſticis ſubtus viridi nebuloſis.
*Fn. ſvec.* 801. P. Aurora.
*Mouff. inſ.* 106. *f.* 2, 3, 4.
*Jonſt. inſ. t.* 5.
*Raj. inſ.* 115. *n.* 6, 7.
*Merian. eur. t.* 181.
*Edw. av. t.* 125.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 8.

*Robert.*

*Robert. ic. t.* 21. *Wilk. pap.* 50. *t.* 2. *a* 5.
*Valent. herb. t.* 183.
*Habitat in* Cardamine, Braſſica *campeſtri*, Thlaſpi.
*Sexus alter caret macula fulva in alis primoribus.*

Euippe. 64. P. D. alis integerrimis rotundatis flaveſcentibus: primoribus apice (medio fulvo) nigris; poſticis ſubtus albis. *M. L. U.*
*Pet. gaz. t.* 9. *f.* 10.
*Habitat in* Aſia.
*Macula fulva intra nigredinem apicum, nec infra ut in præcedente; Alæ poſticæ ſubtus albæ, nec nebuloſæ.*

Glaucippe. 65. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: primoribus apice (medio fulvo) nigris; poſticis ſubtus cinereis.
*Edw. av.* 128. *t.* 128.
*Habitat in* Aſia.

Pyranthe. 66. P. D. alis integerrimis rotundatis albidis: ſupra puncto apiceque nigris, ſubtus griſeo-albis puncto fulvo.
*Habitat in* Aſia.

Arſalte. 67. P. D. alis integerrimis rotundatis albis; ſtriis marginalibus nigris: primoribus antice baſi flaveſcentibus. *M.L.U.*
*Habitat in* Indiis.

Hyparete. 68. P. D. alis integerrimis rotundatis albis; poſticis ſubtus venis maculisque ſanguineis.
*Habitat in* Indiis.

Damone. 69. P. D. alis integerrimis rotundatis albis; primoribus maculis nigris.
*Habitat in* Indiis.

Trite. 70. P. D. alis integerrimis flavis: primoribus ſupra margine nigris, ſingulis ſubtus linea transverſa ferruginea. *M. L. U.*
*Habitat in* Calidioribus *regionibus.*
*Sequenti adeo ſimilis, ut forte ſola ſexus differentia.*

Hyale. 71. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis; poſticis macula fulva, ſubtus puncto ſeſquialtero argenteo.
*Pet. gaz. t.* 14. *f.* 11. *Raj. inſ.* 112. *n.* 6.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 46. *f.* 4, 5. *Uddm. inſ.* 56.
*Habitat in* Europa, Africa.

Sennæ. 72. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis apice nigris, ſingulis ſubtus puncto gemino ferrugineo argentato.
*Sloan. jam.* 2. *t.* 236. *f.* 11, 12.
*Raj. inſ.* 112. *n.* 5. *Merian. ſurin.* 58. *t.* 58.
*Habitat in* Caſſia *Americes.*

Rhamni. 73. P. D. alis integerrimis angulatis flavis: ſingulis puncto flavo: ſubtus ferrugineo. *Fn. ſvec.* 795.
*Mouf. inſ.* 198. *t.* 193. *f.* 1. *Raj. inſ.* 112. *n.* 4.
*Jonſt. inſ. t.* 5, 6.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 15. *f.* 8, 9.
*Robert. ic. t.* 13.
*Roeſ. inſ.* 3 *t.* 46. *f.* 1, 2, 3.
*Alb. inſ t.* 2. *f.* 3. *Wilk. pap.* 48. *t.* 1, *a.* 2.
*Habitat in* Rhamno *Europæ*, *Africæ.*

Hecabe. 74. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis extimo nigris: ſingulis ſubtus punctis pallidis.
*Pet. gaz. t.* 28. *f.* 9.
*Habitat in* Aſia.

* DANAI *feſtivi.*

Midamus. 75. P. D alis integerrimis nigris albido punctatis: primoribus ſupra cæruleſcentibus; poſticis punctorum alborum linea.
*Act. Stockh.* 1748. *t.* 6. *f.* 1, 2.
*Ehret. pict. t.* 3. & 11.
*Habitat in* Aſia.
*Corpus atrum punctis albis.* Alæ *atro-cæruleſcentes.* Poſticæ *ſerie intra marginem e punctis albis & alia ſerie interiore punctis majoribus albis.*

Niavius. 76. P. D. alis integerrimis nigris: primoribus faſcia alba; poſticis macula baſeos communi alba. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Alæ poſticæ ſubtus cæruleſcentes, venis ſtriatæ, baſi albidæ.*

Enceladus. 77. P. D. alis integerrimis fuſcis: punctis marginalibus diſci octo albis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Obrinus. 78. P. D. alis integerrimis ſupra nigris faſcia cyanea, ſubtus viridibus faſcia albida. *M. L. U.*
*Habitat in* India.

79. P. D.

Perius. 79. P. D. alis ſubintegerrimis: ſupra fuſcis, ſubtus flaveſcentibus: faſciis albis; poſticis punctis ſeptem albis. *M.L.U.*
*Habitat in* Indiis.

Plexippus. 80. P. D. alis integerrimis fulvis: venis nigris dilatatis, margine nigro punctis albis.
*Pet. muſ.* 58. *n.* 527. *Raj. inſ.* 138. *n.* 3.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 214. *t.* 239. *f.* 5, 6.
*Cateſb. car.* 2. *t.* 88.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Alæ primores faſcia alba, ut in ſequente, cui ſimilis.*

Chryſippus. 81. P. D. alis integerrimis fulvis margine nigro punctis albis, poſticis diſco punctis nigris.
*Raj. inſ.* 139. *n.* 1.
*Edw. av.* 189. *t.* 189.
*Habitat in* Ægypto, America.

Caſſiæ. 82. P. D. alis integerrimis fuſcis: primoribus poſticarumque margine faſcia ferruginea, omnibus ſubtus ocellatis. *M. L. U.*
*Merian. ſurin.* 32. *t.* 32.
*Habitat in* Caſſiis *Americes.*
*Simillima P. Sophoræ, ſed Larva diverſiſſima.*

Sophoræ. 83. P. D. alis integerrimis fuſcis; faſcia ferruginea; ſubtus primoribus ocello unico, poſticis tribus. *M. L. U.*
*Merian. ſurin.* 35. *t.* 35. *f.* 1. 2.
*Habitat in* Sophora *Americes.*

Mineus. 84. P. D. alis integerrimis ſubfuſcis: ſubtus poſticis ocellis ſeptem; anticis duobus: ſupra unico.
*Habitat in* China.
*Magnitudo Pap. Urticæ. Alæ ſupra cinereo-fuſcæ.* Primores *ſupra ocello* 1 *nigro; ſubtus duobus.* Poſticæ *ſubtus ocellis* 7, *quorum* 1, 4, 5 *majores.*

Hyperantus. 85. P. D. alis integerrimis fuſcis; primoribus ſubtus ocellis tribus; poſticis utrinque quinque. *Fn. ſvec.* 788.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 313. *Raj. inſ.* 129. *n.* 7.
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*



Nomina Trivialia *e plantis, e quibus vitam hauriunt, quaſque conſumunt minuuntque, deſumta, ubi obtinenda, primaria ſunt; cum vero de his in paucis conſtet, parum refert unde ſuccedanea deſumantur, ubi non deſiniunt.*

Pamphilus. 86. P. D. alis integerrimis fulvis; ſubtus primoribus ocello unico; poſticis faſcia alba.
*Fn. ſvec.* 789. Tityrus.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 311. *Merian. eur. t.* 154.
*Raj. inſ.* 125. *n.* 19. *Rœſ. inſ. app.* 1. *t.* 34. *f.* 7, 8.
*Habitat in* Europa.
*Sexus alter minor.* Alis *poſticis ſubtus ocellis* 6: *primo majore.*

Xanthus. 87. P. D. alis integerrimis: ſupra fuſcis faſcia ferruginea; poſticis ſubtus ocellis duobus: altero lunari. *M. L. U.*
*Habitat in* Calidis *regionibus.*
*Alæ* Primores *ſubtus intra apicem ſæpe ocello notatæ.* Poſticæ *ſubtus ad marginem anticum ocello majore littera C. alba notato & altero in medio alæ.*

* Nymphales *Gemmati.*

Io. 88. P. N. alis angulato-dentatis fulvis nigro-maculatis: ſingulis ſubtus ocello cæruleo.
*Fn. ſvec.* 776. Oculus pavonis.
*Mouff. inſ.* 968. *t.* 99. *f. inf.* *Hoffn. pict. t.* 12. *f.* 9.
*Jonſt. inſ.* 40. *t.* 5. *Mer. eur.* 1. *t.* 26.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 314. *Alb. inſ. t.* 3. *f.* 4.
*Valent. herb. t.* 57. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 25. *f.* 1, 2.
*Raj. inſ.* 122. *n.* 14. *Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 3.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 1. *Wilk. pap.* 55. *t.* 3. *a.* 2.
*Liſt. gœd. f.* 1.
*Habitat in* Urtica, Humulo.

Almana. 89. P. N. alis angulatis luteis: ſingulis ſupra ocellis ſeſquialteris: anteriore pupilla gemina.
*Edw. av. t.* 84.
*Habitat in* Aſia.
*Similis Aſterie, ſed Alæ magis angulatæ.*

Aſterie. 90. P. N. alis dentatis luteo-variis: ſingulis utrinque ocellis ſeſquialteris: anteriore pupilla geminata. *M. L. U.*
*Habitat in* India.

Aonis. 91. P. N. alis angulatis griſeis, primoribus flaveſcenti-nebuloſis: ſupra ocellis ſeſquialteris. *M. L. U.*
*Habitat in* Aſia.
Varietas *alis ſubtus lividis & purpuraſcentibus. Ocelli ſubtus obſoleti ſunt.*

Oenone. 92. P. N. alis denticulatis: primoribus albido-maculatis ſubbiocellatis; poſticis baſi cyaneis ocellis duobus.
*Pet. gaz. t. 4. f. 3.*
*Edw. av. t. 37. mas & femina.*
*Habitat in* Aſia.
*Aliis* Ocelli *in pagina ſuperiore, aliis in inferiore, aliis nulli in pagina ſuperiore.*

Lemonias. 93. P. N. alis dentatis griſeis punctis flaveſcentibus: omnibus ocello unico. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
Ocellus *in alis Anticis ad angulum poſticum; in Poſticis contra ad angulum anticum.*

Orithya. 94. P. N. alis dentatis fuſcis: omnibus ſupra ocellis utrinque duobus; primoribus ſubtus unico. *M. L. U.*
*Edw. av. t. 26.*
*Habitat in* Indiis
Ocelli *ad marginem exteriorem: poſteriore majore in alis primoribus.*

Feronia. 95. P. N. alis dentatis ſupra cæruleo fuſcoque undulatis: omnibus ocellis ſex.
*Habitat in* India.
Alæ *poſticæ ſubtus quatuor literis o ſimilibus; hexapus.*

Mæra. 96. P. N. alis ſubdentatis fuſco-nebuloſis: utrinque primoribus ſeſquiocello; poſticis ocellis ſupra tribus.
*Fn. ſvec. 785.* Satyrus.
*Mouff. inſ. 972. t. 104. f. 10.* *Raj. inſ. 123. n. 15.*
*Aldr. inſ. t. 244. f. 12.* *Robert. icon. t. 15. f. 2.*
*Jonſt. inſ. t. 58. f. 6.* *Merian. eur. 1. t. 27. f. 16, 17.*
*Pet. muſ. 34. n. 312.* *Wilk. pap. 53. t. 2. b. 3.*
*Habitat in* Gramine *ſylvarum.*
*Alæ poſticæ ſubtus Ocellis ſex, quorum ultimus pupilla gemina.*

Ligea. 97. P. N. alis ſubdentatis fuſcis faſcia rufa: utrinque primoribus ocellis quatuor, poſticis tribus.
*Fn. ſvec. 787.* Alexis.
*Alb. inſ. t. 5. f. 1.*
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

Ægeria. 98. P. N. alis dentatis fuſcis luteo-variegatis: primoribus ocello utrinque unico; poſticis ſupra tribus.

*Reaum. inſ.* 1. *t.* 27. *f.* 16, 17.
*Wilk. pap.* 53. *t.* 2. *b.* 4.
*Habitat in Europæ auſtralioris* Gramine, *& in Mauritania.*
*Statura P.* 96. *Meræ.* Alæ *ſupra fuſcæ maculis luteis, ſubtus flavo nebulatæ.* Primores *ocello unico utrinque.* Poſticæ *ſupra ocellis* 3 (*tertio ſæpe cæco*); *ſubtus puncta alba ocellorum loco.*

Galathea. 99. P. N. alis dentatis albo nigroque variis, ſubtus primoribus ocello unico, poſticis quinque obſoletis.
*Pet. muſ.* 33. *n.* 304. *t.* 1. *f.* 3. *Raj. inſ.* 116. *n.* 9.
*Wilk. pap.* 52. *t.* 2. *b.* 1.
*Habitat in* Gramine *Germaniæ & auſtralioris Europæ.*
*Statura P. Rapæ.* Alæ *dentatæ ſupra albo nigroque varie maculatæ; ſubtus concolores, ſed pallidiores.* Ocelli, *in pagina inferiore tantum, obſoleti*: primoribus *verſus angulum exteriorem* 1; poſticis 2 & 3: *horum ano proximus duplicatus.* Antennæ *apice ſubtus rufæ.*

Cyrene. 100. P. N. alis angulatis: ſupra cineraſcentibus ocellis ſubmarginalibus, ſubtus pallidis ocellis binis.
*Habitat in* Indiis.
*Alas ſubtus linea transverſa repanda dividit; extra hanc in ſingulis alis Puncta* 2 *ocellaria & aliquot ſimplicia.*

Semele. 101. P. N. alis dentatis fulvo nigroque nebuloſis: primoribus utrinque ocellis duobus; poſticis ſupra unico.
*Fn. ſvec.* 784. Faunus.
*Pet. gaz. t.* 14. *f.* 9.
*Raj. inſ.* 128. *n.* 6.
*Rœſ. inſ. app.* 1. *t.* 34. *f.* 5, 6.
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

Leda. 102. P. N. alis angulatis luridis: primoribus ſupra ocello geminato; poſticis ſubtus ocellatis.
*Habitat in* Aſia.
*Magnitudo P. Io. Alæ poſticæ transverſe angulatæ, ſexu diverſicolores.*
Alter *Alis - - omnibus* ſupra *luridis*; Primores *verſus exteriora ocello didymo nigro pupilla alba.* Poſticæ *ad marginem poſticum ocellis* 3 *atris pupilla alba.* Subtus *omnes griſeo reticulatæ ſ. nebuloſæ*: Primores *ſubtus pun-*

*punctis 3 ocellaribus verſus marginem exteriorem.* Poſticæ *ocellis 6 verſus marginem exteriorem, quorum 2 minimus, 6 duplici pupilla.*

Altera ſupra *cum priori eadem, ſed* poſticæ *ſupra regionem pupillarum punctis 3 ſ. 4 minimis albis.* Subtus *omnes lurido griſeæ punctis 3 ſ. 4 albis obſoletis ſub regione pupillæ.*

Helie. 103. P. N. alis ſubdentatis luridis livido ſubfaſciatis, ſubtus magis nebuloſis, omnibus utrinque ocellis obliteratis.

*Habitat in* Aſia.

*Facies P. Ledæ.* Alæ ſupra *luridæ, verſus marginem exteriorem obſoletæ pallidius bifaſciatæ.* Subtus *luridæ, nebuloſæ, vix manifeſte faſciatæ, ſed poſticæ linea nigricante ferruginea oblique ducta.* Ocelli *in omnibus utrinque 5, parvi, cæci, obſoleti.* Angulus *ani cæruleſcens.*

Jurtina. 104. P. N. alis ſubdentatis fuſcis: primoribus ſupra litura flava ocello utrinque unico.

*Fn. ſvec.* 786. Coridon.
*Aldr. inſ. t.* 246. *f.* 13. *Alb. inſ. t.* 53.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 309. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 1.
*Raj. inſ.* 124. *n.* 16. *Wilk. pap.* 53. *t.* 2. *b.* 2.
*Habitat in* Gramine *Europæ, Africæ.*

Æropa. 105. P. N. alis dentatis fuſcis faſcia lutea: primoribus ſubtus baſi ocello unico.

*Habitat in* Indiis.

Janira. 106. P. N. alis dentatis fuſcis: primoribus ſubtus luteis ocello utrinque unico; poſticis ſubtus punctis tribus.

*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

*Facies P. Jurtinæ absque litura flava ſupra primores alas, ſed puncta 3 fuſca ſub poſticis.*

Cardui. 107. P. N. alis dentatis fulvis albo nigroque variegatis; poſticis utrinque ocellis quatuor.

*Fn. ſvec.* 778. Belladonna.
*Mouff. inſ.* 169. *t.* 101. *f.* 1, 2.
*Alb. inſ. t.* 56.
*Pet. muſ.* 35. *n.* 326. *Merian. eur. t.* 116. *f.* 15.
*Raj. inſ.* 122. *n.* 13. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 26. *f.* 11, 12.

*Gœd.*

*Gœd. inſ.* 3. *t. A.* *Wilk. pap.* 56. *t.* 3. *a.* 3.
*Liſt. gœd. f.* 5. 6. *Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 10.
*Blank. inſ. t.* 3. *f. A-C.*
*Habitat in* Carduo *Europæ*, *Africæ*.

Dipleis. 108. P. N. alis crenatis nigris concoloribus; poſticis diſco fulvis: ocellis ſeptem. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Alæ* Primores *faſcia alba ex maculis* 7; Poſticæ *maculis* 7, *ovalibus*, *nigris pupilla alba*, *intra marginem poſticum.*

Lampetia. 109. P. N. alis crenatis: primoribus fuſceſcentibus faſcia flava; poſticis ſupra ocellis ſex. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Ocelli intra marginem poſticum concatenati ſunt.*

Iris. 110. P. N. alis ſubdentatis ſubtus griſeis: faſcia utrinque alba interrupta; poſticis ſupra uniocellatis.
*Richter. muſ.* 336. Papilio Iris.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 42. *Raj. inſ.* 126. *n.* 2.
*Wilk. pap.* 63. *t.* 1. *a.* 2.
*Habitat in* Quercu *Germaniæ*, *Angliæ &c. P. Forſkål.*
*Statura P. Populi.* Pedes *duo antici anguſtiſſimi mutici.* Alæ *omnes ſupra cæruleſcenti-nigræ*; *ſubtus cinereo-griſeæ.* Primores *ſupra maculis albis ſparſis in medio & exterius. Subtus griſeo cinereo variæ maculis albis*, *cum ocello occultato intra marginem exteriorem.* Poſticæ *ſupra faſcia alba & ocello ferrugineo verſus poſtica*: *ſubtus cinereæ faſcia alba dentata lateribus ferruginea cum puncto ſub ocello.*

* * NYMPHALES *phalerati.*

Populi. 111. P. N. alis dentatis fuſcis albo faſciatis maculatisque; ſubtus luteis albo faſciatis: maculis cæruleſcentibus.
*Raj. inſ.* 127. *n.* 3. *Uddm. diſſ.* 54. *f.* 15.
*Clerck. act. Stockh.* 1753. *p.* 278. *t.* 7.
*Rœſ. inſ. app.* 1. *t.* 33. *f.* 1. 2.
*Habitat in* Populo tremula.

Antiopa. 112. P. N. alis angulatis nigris limbo albido.
*Fn. ſvec.* 772. Morio.

*Jonſt.*

Diviſio *Papilionum ſecundum pedes* 4 & 6, *non facile obtinetur ex aſſervatis & in Muſeis viſis*, *cum hi ſæpius mutilati occurrant.*

*Jonſt. inſ. t. 9. & 11.* *Wilk. pap. 58. t. 2. a. 10.*
*Raj. inſ. 135, 136.* *Rœſ. inſ. 1. p. 1. t. 1.*
*De Geer. inſ. 1. t. 21. f. 8, 9.*
*Habitat in* Betula, *Salice, etiam in Americæ. Kalm.*

polychloros. 113. P. N. alis angulatis fulvis nigro maculatis: primoribus ſupra punctis quatuor nigris. *Fn. ſvec. 773.*
*Aldr. inſ. 246. f. 7.* *Merian. eur. 2. t. 2.*
*Gœd. inſ. 1. t. 77.* *Alb. inſ. t. 55.*
*Liſt. gœd. 5. f. 3.* *Friſch inſ. 6. t. 3.*
*Pet. muſ. 34. n. 315.* *Reaum. inſ. 1. t. 23. f. 2.*
*Raj. inſ. 118. n. 2.* *Rœſ. inſ. 1. pap. 1. t. 2.*
*Wilk. pap. 56. t. 3. a. 5.*
*Habitat in* Pyro, Ceraſo, Salice.

Urticæ. 114. P. N. alis angulatis fulvis nigro-maculatis: primoribus ſupra punctis tribus nigris. *Fn. ſvec. 774.*
*Mouff. inſ. 101. f. 5, 6.* *Bradl. nat. t. 27. f. 2.*
*Gœd. inſ. 1. t. 21.* *Merian. eur. 1. t. 44.*
*Liſt. gœd. 3. f. 2.* *Alb. inſ. t. 4. 51.*
*Blank. inſ. 13. t. 1. f. L-Q.* *Swamm. bibl. t. 35. f. 12.*
*Raj. inſ. 117. n. 1.* *Reaum. inſ. 1. t. 26. f. 6, 7.*
*Robert. icon. t. 5.* *Rœſ. inſ. 1. pap. 1. t. 4.*
*Hoffn. pict. 2. f. 16.* *Wilk. pap. 56. t. 3. a. 3 fig. inf.*
*Habitat in* Urtica *vulgatiſſimus.*

C. album. 115. P. N. alis angulatis fulvis nigro-maculatis; poſticis ſubtus C albo notatis. *Fn. ſvec. 775.*
*Mouff. inſ. 103. f. 2.* *Friſch. inſ. 4. t. 4.*
*Aldr. inſ. t. 244. f. 3, 4.* *Reaum. inſ. 1. t. 27. f. 9, 10.*
*Raj. inſ. 118. n. 3.* *De Geer. inſ. 1. t. 20 f. 9, 10.*
*Rob. icon. t. 23.* *Rœſ. inſ. 1. pap. 1. t. 5.*
*Merian. eur. 1. t. 14. f. 159.* *Wilk. pap. 57. t. 3. a. 6.*
*Alb. inſ. t. 4. f. 5.*
*Habitat in* Groſſularia, Humulo, Urtica.

C. aureum. 116. P. N. alis angulatis fulvis nigro-maculatis; poſticis ſubtus C aureo notatis.
*Habitat in* Aſia.
*Simillimus Pap. C albo, ſed duplo major, ſubtus magis luteo-nebuloſus & C aureo minori notatus.*

Dirce. 117. P. N. alis angulatis fuſcis, primoribus faſcia flava: ſubtus nigro undulatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Calidis *regionibus.*

118. P. N.

Amathea. 118. P. N. alis angulatis: ſupra fuſcis albo punctatis: faſcia rubra: linea nigra undata. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Habitus Pap. Atalantæ.*

Atalanta. 119. P. N. alis dentatis nigris albo maculatis: faſcia communi purpurea, primoribus utrinque, poſticis marginali.
*Fn. ſvec.* 777. Ammiralis.
*Mouff. inſ.* 100 *f.* 3, 4.
*Aldr. inſ.* 240. *f.* 45.
*Jonſt. inſ. t.* 7. *f.* 6, 7.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 34. *f.* 4, 5.
*Habitat in* Roſæ *gemmis.*

veſtianella. 252. P. *Tinea* alis cinereis: apicibus adſcendentibus plumoſis, palpis recurvis.
*Habitat in* Veſtimentis, *quæ deſtruit.*

tapetzella. 253. P. *Tinea* alis nigris poſtice albidis, capite niveo.
*Fn. ſvec.* 892.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 20. *f.* 2-4.
*Habitat in* Tapetibus, Pellibus, *intra cylindros meatus rodens.*

pellionella. 254. P. *Tinea* alis canis medio puncto nigro, capite ſubgriſeo. *Fn. ſvec.* 894.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 6. *f.* 12-16.
*Habitat in* Veſtimentis *piloſis, quas miſere devaſtat, intra cucullum latitans.*

ſarcitrella. 255. P. *Tinea* alis cinereis, thorace utrinque puncto albo.
*Fn. ſvec.* 893.

*Reaum.*

*Reaum. inſ.* 3. *t.* 6. *f.* 9, 10.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4 *t.* 17.
*Habitat in* Veſtimentis, *quæ deſtruit, intra folliculum occultata.*

minutella. 256. P. *Tinea* alis nigricantibus: macula transverſa ferruginea.
*It. Scanic.* 216.
*Habitat in* Domibus.

Mellonella. 257. P. *Tinea* alis canis poſtice purpuraſcentibus ſtriga alba, ſcutello nigro apice candido.
*Svamm. bibl.* 1. *t.* 26. *f.* 2.
*Rœſ. inſ. app.* 242. *t.* 41.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 19. *f.* 7-9?
*Habitat in* Apum alvearibus, *angiportus favos penetrantes ſtruens.*
Aliam *etiam Speciem ejusdem muneris habet illuſtris Eques Reaum. inſ.* 3. *t.* 19.

cucullatella. 258. P. *Tinea* alis albido-cinereis: antice ſtriga nigra recurvata.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 11.
*Habitat in* Sorbo *intra folliculum conicum confectum.*

granella. 259. P. *Tinea* alis albo nigroque reticulatis, capite albo.
*Leuw. epiſt.* 1692. *mart.* 7.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 12.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 20. *f.* 14, 16.
*Baker. microſc. t.* 13. *f.* 13.
*De Geer Act. Stockb.* 1746. *p.* 48.
*Habitat in* Frumentorum granariis *ſemina rodens conglomerans, hyeme parietes adſcendens.*

Lappella. 260. P. *Tinea* alis pallidis puncto nigro, apice adſcendentibus.
*Act. Stockh.* 1752. *p.* 66.
*Habitat in* Arctii *capitulis intra Semina.*
Larva *ſexpeda uti Proletellæ.*

proletella. 261. P. *Tinea* alis albidis punctis duobus fuſcis, lingua inflexa. †
*Valliſn. nat.* 1. *p.* 372. *t.* 379.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 25.
*Habitat in* Braſſica, Chelidonio; *an etiam in* Quercu?

*Parit quotannis ad* 200000 *ſoboles; dum* 12 *progenies ponant* 12 *ova ſingulæ.*

Arbutella. 262. P. *Tinea* alis ſanguineis: faſciis argenteis tenuiſſimis.
*Habitat in* Uva urſi.

teſſella. 263. P. *Tinea* alis nigris: faſciis duabus albis remotiſſimis teſſellatis. *Fn. ſvec.* 897.
*Habitat in* Europa.

vittella. 264. P. *Tinea* alis cinereis: vitta dorſali communi nigra, margine poſtico atro-punctato.
*Habitat in* Europa.
*Linea obſoletior nigra, in medio alba & brevis in ejus apice.*

Xyloſtella. 265. P. *Tinea* alis cinereis: vitta dorſali communi alba dentata.
*Fn. ſvec.* 909.
*Habitat in* Lonicera.
*Simillima Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 10. *in Braſſica, Lactuca, ſed minor.*

trigonella. 266. P. *Tinea* alis fuſceſcentibus: macula communi dorſali duplici alba trigona.
*Fn. ſvec.* 911.
*Habitat in* Sylvis.

rhomboidella. 267. P. *Tinea* alis fuſcis: macula rhombea nigra. *Fn. ſvec.* 910.
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

tertianella. 268. P. *Tinea* alis cinereis: faſciis obſcurioribus ſeſquitertiis.
*Habitat in* Europa.

mercurella. 269. P. *Tinea* alis albido cinereis ſubfaſciatis medio puncto albo ☿ cincto.
*Habitat in* Europa.

Pomonella. 270. P. *Tinea* alis nebuloſis poſtice macula rubra aurea.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 10.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 13.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 40. *f.* 9, 10.
*Wilk. pap.* 5. *t.* 1. *a.* 9.
*Habitat intra* Poma *Pyri.*

271. P.

Strobilella. 271. P. *Tinea* alis fuſcis argenteo-undatis; inferioribus fuſcis margine albo.
*Habitat in ſtrobilis* Abietis.

Pinella. 272. P. *Tinea* alis flavis: maculis duabus argenteis: anteriore oblonga, poſteriore ovata.
*Habitat in* Pinetis.

Turionella. 273. P. *Tinea* alis griſeo albis nitidulis, thorace luteo.
*Habitat intra* Pini *turiones.*

dodecella. 274. P. *Tinea* alis griſeis pallido faſciatis: punctis trium parium fuſcis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 22. *f.* 22, 23.
*Habitat intra* Pini *turiones.*

Reſinella. 275. P. *Tinea* alis fuſcis: faſciis cinereo-argenteis.
*Friſch. inſ.* 10. *t.* 10.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 33. *f.* 12, 13.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 16.
*Habitat intra* Reſinæ *glomerem exſudantem e vulnere ramorum Pini.*

fuſcella. 276. P. *Tinea* alis fuſco cinereis: ſuperioribus punctis duobus anoque ſubtus macula nigris.
*Habitat in* domibus.
*Litura etiam fuſca verſus angulum poſticum exterioremque alæ ſuperioris.*

Corticella. 277. P. *Tinea* alis griſeis margine aureo-punctatis poſtice trilunatis.
*Habitat intra* Corticem *Arborum virentium, imprimis pomiferarum.*

ſtipella. 278. P. *Tinea* alis nigris: maculis tribus ſulphureis.
*Habitat in* Europa. *D. C. Solander.*
*Alæ ſuperiores nigræ macula ſulphurea ad baſin; alia in medio non tangens marginem exteriorem; alia ante apicem non tangens marginem tenuiorem.*

gemmella. 279. P. *Tinea* alis nigro albo argenteoque nebuloſis, capite albo.
*Habitat intra* Quercus *folia, ſubcutanea.*

280. P.

bractella. 280. P. *Tinea* alis nigris macula marginali anticeque luteo-aureis.
*Habitat in* Europa.
*Alarum baſis ad* $\frac{1}{3}$ *totius flava; frons flava; antennæ breves.*

ramella. 281. P. *Tinea* alis cinereo-albidis: arcu fuſco.
*Habitat intra* Quercus *ramos.*

porrectella. 282. P. *Tinea* alis albicantibus, antennis porrectis approximatis longitudine corporis, palpis recurvis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 26. *f.* 15, 16.
*Habitat in* Tetradynamiæ *plantis variis.*

Petiverella. 283. P. *Tinea* alis ſubgriſeis litura dorſali flava, apiceque punctis tribus nigris.
*Habitat in* Svecia.
*Magnitudo P. ſubcutanearum. Alæ fuſco-griſeæ; in medio litura flava, quæ unitur cum alæ oppoſitæ macula; margo exterior intra apicem ſtriatus, & apex poſtice punctis tribus nigris notatus.*

Swammerdamella. 284. P. *Tinea* antennis longiſſimis, alis flaveſcentibus pallidis immaculatis.
*Habitat in* Europa.

Reaumurella. 285. P. *Tinea* antennis longiſſimis, alis nigris extrorſum deauratis. *Fn. ſvec.* 902.
*Habitat in* Europa.

De Geerella. 286. P. *Tinea* antennis longiſſimis, alis atris faſcia argentea.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 32. *f.* 13.
*Uddm. diſſ.* 78.
*Habitat in* Svecia, *imprimis ad acidulas ſætrenſes.*

Mouffetella. 287. P. *Tinea* antennis corpore brevioribus albo annulatis, alis lividis: atomis oblongis fuſcis.
*Habitat in* Europa.
*Alæ valde acuminatæ.*

Liſterella. 288. P. *Tinea* antennis longitudine fere corporis nigris albo ſubannulatis, alis fuſcis.
*Habitat in* Europa.

Friſchel-la. 389. P. *Tinea* antennis longitudine corporis, alis fuſco auratis, antennis concoloribus.
*Habitat in* Europa.

Albinel-la. 290. P. *Tinea* alis fuſcis: linea 1 aurea antrorſum arcuata. *Fn. ſvec.* 901.
*Habitat in* Europa.

Gœdar-tella. 291. P. *Tinea* alis auratis: faſciis 2 argenteis: priore antrorſum, poſteriore retrorſum arcuata.
*Habitat in* Alnetis, *pedibus tantum quatuor inſidens; poſticis duobus protenſis. T. Bergman.*

Meria-nella. 292. P. *Tinea* alis nigris: faſciis 3 argenteis transverſe divaricatis. *Fn. ſvec.* 900.
*Habitat in* Europa.

Wilkel-la. 293. P. *Tinea* alis nigris: faſciis 4 argenteis arcuatis: ſecunda recta.
*Fn. ſvec.* 899.
*It. gotl.* 260.
*Habitat in* Europa.

Lyonne-tella. 294. P. *Tinea* alis flavis: faſciis 4 argenteis: tertia ſuperne bifida. *Fn. ſvec.* 904.
*Habitat in* Europa.

Bonne-tella. 295. P. *Tinea* alis albis: lineis 2 argenteis; poſticisque undatis. *Fn. ſvec.* 903.
*Habitat in* Europa.

Schæffe-rella. 296. P. *Tinea* alis nigris diſco flavis: ſtriga lineisque duabus longitudinalibus punctisque tribus argenteis.
*It. ſcanic.* 112. *Phalæna Fagi.*
*Habitat in* Fagi *foliis ſubcutanea.*

Rœſella. 297. P. *Tinea* alis nigro-auratis: punctis 9 argenteis convexis ſubmarginalibus.
*Friſch. inſ.* 3. *p.* 31. *t.* 4.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 30. *f.* 10-12.
*Habitat in* Mali *foliis ſubcutanea, omnium pulcherrima.*

298. P.

Subcutaneæ *hæ minutiſſimæ, ſpecioſiſſimæ omnium, quæ intra folii ſubſtantiam vivunt, rodunt, ſæpius 14-podæ; ſed ſunt etiam ſubcutaneæ Muſcæ, Tenthredines, Curculiones, Chryſomelæ, Dermeſtides &c.*

Rajella. 298. P. *Tinea* alis auratis: punctis 7 argenteis: ſecunda tertiaque connatis.
*De Geer inſ. 1. t. 31. f. 11, 12.*
*Habitat in* Alni *foliis ſubcutanea.*

Clerkella. 299. P. *Tinea* alis argenteis poſtice fuſco-auratis caudatis ocello terminali atro.
*Habitat in* Svecia. *C. Clerk.*
*Corpus minimum, totum argenteum. Alæ ſuperiores ad apicem fuſco-auratæ, ſubſtriatæ, & caudatæ cum ocello rotundo atro. Antennæ longitudine corporis.*

* 7 * ALUCITÆ.

monodactyla. 300. P. *Alucita* alis patentibus linearibus indiviſis.
*Reaum. inſ. 1. t. 20. f. 12-16.*
*Habitat in* Europa.

didactyla. 301. P. *Alucita* alis patentibus ramoſis fuſcis: ſtrigis albis: anticis bipartitis, poſticis tripartitis.
*Raj. inſ. 205. n. 101.*
*Reaum. inſ. 1. t. 20. f. 1-4.*
*Habitat in Lonicera* Xyloſteo.

tridactyla. 302. P. *Alucita* alis patentibus fiſſis pallidis: lineis albis.
*Habitat in* Europa.

tetradactyla. 303. P. *Alucita* alis patentibus fiſſis flaveſcentibus.
*Habitat in* Europa.

pentadactyla. 304. P. *Alucita* alis patentibus fiſſis quinquepartitis niveis: digito quinto diſtincto.
*Reaum. inſ. 1. t. 20. f. 1-4.*
*Roeſ. inſ. 1. phal. 4. t. 5.*
*Habitat in* Svecia.

hexadactyla. 305. P. *Alucita* alis patentibus fiſſis: ſingulis ſexpartitis.
*Reaum. inſ. 1. t. 19. f. 19-21.*
*Friſch. inſ. 3. t. 7?*
*Habitat* in Europa.

IV. NEU-

# IV. NEUROPTERA.

Alæ IV *nudæ, venis reticulatæ.*
Cauda *ſæpius aliquo ſexus adminiculo inſtructa, inermis.*

## 207. LIBELLULA.

*Os* maxilloſum: maxillis pluribus.
*Antennæ* thorace breviores.
*Alæ* extenſæ.
*Cauda* parciculis hamoſo-foliaceis.

* Alis *patentibus acquieſcentes.*

4-maculata. 1. L. alis poſticis baſi omnibusque medio antico macula nigricante.
*Fn. ſvec.* 764. L. alis macula marginali duplici.
*Raj. inſ.* 49. *n.* 3.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 35. *f.* 1, 2.
*Habitat in* Europa.

flaveola. 2. L. alis baſi luteis. *Fn. ſvec.* 765.
*Raj. inſ.* 49. *n.* 4.
*Rœſ. inſ.* 2. *aqv.* 2. *t.* 5. *f.* 4.
*Habitat in* Europa.
*Hæc inter minores; variat rarius alis absque baſi lutea; forte ſexu.*

vulgata. 3. L. alis albis, corpore fuſco; cauda ſimplici. *Faun. ſvec.* 766.
*Raj. inſ.* 49. *n.* 6.
*Rœſ. inſ.* 2. *aqu.* 2. *t.* 8.
*Habitat in* Europa.

rubicunda. 4. L. alis tantum poſticis baſi nigricantibus.
*Rœſ. inſ.* 2. *aqv.* 2. *t.* 7. *f.* 4.
*Raj. inſ.* 50. *n.* 8.

*Habi-*

---

Libellulæ *Accipitres gymnopterorum Larvis intra aquam currunt, Feræ crudeles inſectorum aquaticorum; illarum patentes Lepidoptera, erectæ Diptera imprimis prædantur.*

*Habitat in* Europa.
*Sexus alter a tergo thoracis & abdominis maculis rubris; alter luteis.*

depreſſa. 5. L. alis omnibus baſi nigricantibus, thorace lineis duabus flavis, abdomine depreſſo-lanceolato lateribus flaveſcente.
*Raj. inſ.* 140. & 49. *n.* 4, 5. *Reau.* [illegible] I.
*Rœſ. inſ.* 2. *aqv. t.* 6. *f.* 4.
*t.* 7. *f.* 3.
*Habitat in* Europa.
*Hæc interdum abdominis tergo cæruleſcente* [illegible]

vulgatiſſima. 6. L. thorace ſtrigis octo flavicantibus.
*Fn. ſvec.* 767.
*Swamm. quart. t.* 8. *f.* 6. *Rœſ. aquat.* 2. *t.* 5. *f.* 3.
*Habitat in* Europa.

cancellata. 7. L. alis baſi immaculatis, abdomine dorſo lateribusque interrupte luteis.
*Habitat in* Europa.

ænea. 8. L. thorace æneo-viridi.
*Fn. ſvec.* 768, 769. L. thorace viridi nitido lineis flavis.
*Raj. inſ.* 49. *n.* 5. & 140.
*Rœſ. inſ.* 2. *aqv.* 2. *t.* 5. *f.* 2.
*Habitat in* Europa.

grandis. 9. L. alis glauceſcentibus, thoracis lineis quatuor flavis.
*Fn. ſvec.* 770.
*Mouff. inſ.* 67. *n.* 2. 3.
*Raj. inſ.* 49. *n.* 2. & 140. *n.* 2.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 33. *f.* 3.
*Rœſ. inſ.* 2. *aqu.* 2. *t.* 4. *f.* 14.
*Habitat in* Europa.

juncea. 10. L. alarum membranula acceſſoria nigricante, thorace lineis ſex flavis, abdomine ad baſin attenuato.
*Habitat in* Europa.
*Alarum poſticarum membranula baſeos nigricans in hac ſpecie, at in antecedenti alba.*

11. L.

---

Libellula *Mas, viſa ſocia, ut eam devirginet, caudæ forcipe apprehendit feminæ collum, quo vero illa, vinci volens volensve, incurvata cauda* [illegible] *repellit proci pectus, ubi maris arma latent; ſic unitis ſexibus obvolitant propria lege.*

forcipata. 11. L. thorace nigro characteribus variis flaveſcentibus.
*Fn. ſvec.* 771.
*Pet. muſ.* 84. *n.* 819.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 10. *f.* 4.
6. *t.* 35. *f.* 5.
*Habitat in* Europa.

faſciata. 12. L. alis planis fuſcis: faſcia alba lineari.
*Edw. aw.* 174. *t.* 174.
*Habitat in* India. *De Geer.*

umbrata. 13. L. alis planis albis: faſcia fuſca.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Alarum faſcia in medio; apices alarum obſcuriores.*

dimidiata. 14. L. alis planis a baſi ad medium nigris.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Margo alarum etiam fuſcus eſt, cæterum hyalinæ. Cauda duobus parvis mucronibus.*

chinenſis. 15. L. alis ſuperioribus teſtaceo-obſoletis; ſecundariis viridibus apice fuſcis.
*Edw. av.* 112 *t.* 112.
*Habitat in* China.

americana. 16. L. alis purpuraſcentibus: faſcia alba, primoribus apice albis; poſticis linea baſeos alba.
*Edw. av.* 174. *t.* 174.
*Habitat in* America.
*Corpus viride. Alæ fuſco-purpuraſcentes.*

* * *Oculi diſtantes remotique.*

Virgo. 17. L. alis erectis coloratis.
α. Libellula corpore ſericeo nitido, alis luteo-fuſcis margine immaculatis. *Fn. ſvec.* 756.
*Roeſ. aqu.* 2. *t.* 9. *f.* 7.
*Raj. inſ.* 50. *n.* 11.
β. Libellula corpore ſericeo nitido, alis viridi-cæruleſcentibus apice fuſcis: margine immaculatis. *Faun. ſvec.* 757.
*Raj. inſ.* 50. *n.* 10.
*Homberg. Act. Pariſ.* 3. *p.* 145.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 35. *f.* 7.

γ. Libellula corpore viridi-cæruleo, alis ſubfuſcis: puncto marginali albo. *Fn. ſvec.* 758.
*Roeſ. aqu.* 2. *t.* 9. *f.* 6.
*Raj. inſ.* 51. *n.* 12.
δ. Libellula corpore ſericeo nitido, alis inaurato-fuſcis: macula nigra. *Fn. ſvec.* 759.
*Roeſ. aqu.* 2. *t.* 9. *f.* 5.
*Raj. inſ.* 50. *n.* 9. & *p.* 140. *n.* 2.
*Habitat in* Europæ *fluviis.*

Puella. 18. L. alis erectis hyalinis.
α. Libellula corpore ſericeo, alis puncto marginali fuſco. *Fn. ſvec.* 760.
*Raj. inſ.* 51. *n.* 15.
*Roeſ. aqu.* 2. *t.* 10, 11. *omnes.*
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 40. *f. omnes.*
β. Libellula corpore incarnato, alis puncto marginali fuſco. *Fn. ſvec.* 761.
*Raj. inſ.* 51. *n.* 16. & 52. *n.* 17.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 3. *f.* 4. & *t.* 4. *t.* 11. *f.* 6.
*Roeſ. inſ. aqu.* 2. *t.* 10, 11.
γ. Libellula corpore ſericeo, alis puncto marginali nigro. *Fn. ſvec.* 762.
*Raj. inſ.* 140. *n.* 1.
δ. Libellula corpore cæruleo cinereoque alterno, alis puncto marginali nigro. *Fn. ſvec.* 763.
*Gad. inſ.* 3. *p.* 29. *f. R.* *Merian. eur.* 78. *t.* 156.
*Liſt. gad.* 228. *f.* 103. *Raj. inſ.* 53. *n.* 18.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 35. *f.* 6. *Friſch. inſect.* 8. *t.* 11.
*Habitat ad prata paludoſa, volitans* Maio.
*Varietates conjunxi, quas copula ſæpius junctas vidi.*

## 208. EPHEMERA. *Os* edentulum abſque palpis.
*Alæ* erectæ: poſticis minimis.
*Cauda* ſæpius ſetoſa.

* *Cauda triſeta.*

vulgata. 1. E. cauda triſeta, alis nebuloſo-maculatis. *Faun. ſvec.* 750.
*Habitat in* Europæ *aquis.*

* * *Cau-*

*Ephemeræ Larvæ natant in Aquis; volantes factæ breviſſimo fruuntur gaudio, ſub quo copulentur & pariant.*

* * *Cauda biſeta.*

bioculata. 2. E. cauda biſeta, alis albis reticulatis, abdomine diaphano. *Fn. ſvec.* 751.
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*

culiciformis. 3. E. cauda biſeta, alis albis, corpore fuſco. *Fn. ſvec.* 753.
*Kœſ. inſ.* 2. *aqu.* 2. *t.* 12.
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*

horaria. 4. E. cauda biſeta, alis albis margine craſſiore nigricantibus. *Fn. ſvec.* 754.
*Swamm. quart.* 87. Ephemera minima.
*Habitat in* Europæ *aquis.*

* * * *Cauda mutica.*

mutica. 5. E. cauda mutica, alis albis ſtriatis. *Fn. ſvec.* 752.
*Habitat in* Europa.

veſpertina. 6. E. nigra, alis inferioribus albis. *Fn. ſvec.* 755. *It. ol.* 21.
*Habitat in* Europa.

## 209. PHRYGANEA. *Os* edentulum: Palpis IV. *Antennæ* thorace longiores. *Alæ* incumbentes: inferioribus plicatis.

Phalænoides. 1. P. nigra, alis albidis: maculis nigris ſparſis.
*Uddm. diſſ.* 53. *f.* 16. Phryganea nigra, alis albo-pallidis: maculis plurimis nigris.
*Habitat in* Europa.

ſtriata. 2. P. nigra, alis teſtaceis nervoſo-ſtriatis. *Fn. ſvec.* 738.
*Aldr. inſ.* 703.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 13. *f.* 8, 9?
*Habitat in* Europa.

griſea. 3. P. griſea, alis ſuperioribus nebuloſis: macula marginali nigra. *Fn. ſvec.* 739.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 13. *f.* 8, 9. 11?
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*



Phryganeæ *Larvæ latent ſub aqua intra tubos cylindricos, mobiles, a ſe confectos; volatiles factæ choreas veſpertinas in aëre inſtituunt.*

grandis. 4. P. alis cinereo teſtaceis: lineolis duabus longitudinalibus nigris: puncto albo. *Fn. ſvec.* 740.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 14. *f.* 4?
*Rœſ. aqu.* 2. *t.* 17.
*Habitat in* Europa, *intra cylindrum ex ramentis longitudinalibus ligneis.*

rhombica. 5. P. alis flaveſcentibus deflexo-compreſſis: macula rhombea laterali alba. *Fn. ſvec.* 741.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 14. *f.* 5.
*Rœſ. inſ.* 2. *aqu.* 2. *t.* 16.
*Habitat in* Europæ *aquoſis, intra nidum ex ramentis gramineis transverſis.*

bimaculata. 6. P. alis fuſcis: macula laterali duplici flava. *Fn. ſvec.* 742.
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*

flavilatera. 7. P. alis reticulatis, cauda inermi, thoracis lateribus flavis. *Fn. ſvec.* 743.
*Habitat in* Europa.

bicaudata. 8. P. alis venoſo-reticulatis, cauda biſeta. *Faun. ſvec.* 744.
*Wagn. helv.* 227, 228, 229.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 13. *f.* 12.
*Habitat in* Europæ *aquoſis.*

nigra. 9. P. alis cæruleo-atris, antennis corpore duplo longioribus. *Fn. ſvec.* 745.
*Raj. inſ.* 275.
*Habitat in* Europa.

longicornis. 10. P. alis ſuperioribus nebuloſis, antennis corpore triplo longioribus. *Fn. ſvec.* 746.
*Habitat in* Europa.

filoſa. 11. P. alis cylindrico incumbentibus flaveſcentibus, antennis corpore triplo longioribus.
*Habitat in* Svecia.

wæneri. 12. P. cinerea, alis poſticis pallidioribus: margine interiore piloſo albido. *It. wgoth.* 44.
*Habitat in* Europa, *frequens ad Lacum Wænerum Sveciæ.*

albifrons. 13. P. nigra, alis exterioribus maculis linearibus quatuor transverſis albis.
*Habitat in* Svecia. *T. Bergman.*

bilineata. 14. P. nigricans, alis ſuperioribus utroque margine lineolis duabus transverſis albidis.
*Habitat in* Europa.

nebuloſa. 15. P. nigra, alis incumbentibus ſubcinereo-nebuloſis, caudæ ſetis truncatis. *Fn. ſvec.* 748.
*Habitat in* Europa.

fuſca. 16. P. fuſca immaculata. *Fn. ſvec.* 749.
*Habitat in* Europa.

flava. 17. P. alis flavo-reticulatis, antennis longitudine abdominis.
*Habitat in* Europa.

## 210. HEMEROBIUS. *Os* dentibus duobus.
*Alæ* deflexæ, nec plicatæ.
*Antennæ* thorace convexo longiores.

Perla. 1. H. viridis, alis hyalinis: vaſis viridibus. *Faun. ſvec.* 731.
*Mouff. inſ.* 937. Muſca chryſops.
*Gœd. inſ.* 2. *p.* 40. *t.* 14.
*Alb. inſ. t.* 64.
*Merian. eur.* 3. *p.* 49. *t.* 8.
*Valliſn. nat.* 1. *p.* 77. *t.* 2.
*Pet. muſ.* 4. *n.* 6. Perla merdam olens.
*Raj. inſ.* 274. Muſca quadripennis, corpore luteo viridi.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 33. *f.* 2. 5. 6. Leo Aphidum.
*Rœſ. inſ.* 3. *p.* 127. *t.* 21. *f.* 4, 5.
*Habitat in* Europæ *plantis, victitans Aphidibus.*

Chryſops. 2. H. viridi nigroque varius, alis hyalinis reticulatis. *Fn. ſvec.* 732.
*Friſch. inſ.* 4. *p.* 40. *t.* 23.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 3. *f.* 14, 15, 16.
*Rœſ. inſ. app.* 1. *p.* 126. *t.* 21. *f.* 3.
*Habitat in* Europa.

[illegible]-noides. 3. H. teſtaceus, alis baſi mucronatis; margine dorſali poſtice excifis.
*Habitat in* Europa.

Formica-leo. 4. H. hirtus, alis nebuloſis: vaſis piloſis, antennis clavatis.
*Fn ſvec.* 733. *It. œl.* 149, 206. Hemerobius formicaleo.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 14. *f.* 18, 19. & *t.* 11. *f.* 8. & 6. *t.* 32, 33, 34.
*Roeſ. inſ.* 3. *p.* 101. *t.* 17, 18, 19, 20.
*Vallisn. oper.* 1. *p.* 77. *t.* 2.
*Habitat in* Europæ *arena, retrogradus in fovea excavata formicis inſtar, Formicis imprimis victitans.*

Formica-lynx. 5. H. alis hyalinis immaculatis, antennis clavatis.
*Roeſ. inſ.* 3. *t.* 21. *f.* 2.
*Habitat in* Africa.

teſtaceus. 6. H. fuſco-teſtaceus, alis nigris corpore triplo longioribus.
*Habitat in* America. *Rolander.*
Corpus *totum obſcure teſtaceum.* Caput *atrum, glaberrimum.* Antennæ *teſtaceæ ex globis piloſis, vix thorace longiores.* Abdomen *breviſſimum.* Alæ *planæ incumbentes una ſupra alteram.*

marginalis. 7. H. flavus, alis hyalinis margine fuſcis corpore triplo longioribus.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Similis priori, excepto colore & Antennis paulo longioribus.*

Humulinus. 8. H. alis albis punctis fuſcis, antennis albo-fuſcoque annulatis. *Fn. ſvec.* 734.
*Habitat in* Europa.

ſexpunctatus. 9. H. alis albis: maculis fuſcis poſtice punctis ſex diſtinctis, antennis fuſcis. *Fn. ſvec.* 735.
*Habitat in* Europa.

flavicans. 10. H. niger, thorace abdomineque flavis. *Fn. ſvec.* 736.
*Habitat in* Europa.

lutarius. 11. H. niger, alis albidis ſtriatis albo maculatis. *Fn. ſvec.* 737. (*ſub Phryganea*).
*Hoffn. pict. t.* 12. *Roeſ. inſ.* 2. *aqu.* 2. *t.* 13.

*Habi-*

*Habitat in* Europæ *plateis, imprimis vere.*
*Larva Rœſelii accedens Ephemeris ſingulare inſectum reddit.*

ſpecioſus. 12. H. fuſcus, alis griſeis nigro maculatis.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 21. *f.* 1.
*Habitat in* Africa & Europa *auſtrali.*

albus. 13. H. albus, oculis viridi-æneis.
*Habitat in* Europa.
*Simillimus H. Perlæ, ſed totus albus, ne quidem vaſis alarum obſcuris.*

cornutus. 14. H. maxillis corniformibus porrectis thorace longioribus.
*Habitat in* Penſylvania. *De Geer.*
*Alter ſexus cornibus teretibus majoribus lævibus, alter vero brevioribus & introrſum denticulatis.*

Pedicularius. 15. H. vireſcens, antennis longitudine corporis.
*Habitat in* Europa.
*Hic ita Termiti pulſatorio ſimilis, ut demtis alis vix differat facie; an ſexu?*

## 211. PANORPA. *Roſtrum* corneum, cylindricum: palpis . . .
*Antennæ* thorace longiores.
*Cauda* maris chelata.

communis. 1. P. alis æqualibus nigro maculatis.
*Fn. ſvec.* 729. Panorpa.
*Aldr. inſ.* 386. *f.* 8, 9. & 387. *f.* 5, 6. Muſca ſcorpiura.
*Friſch. inſ.* 9. *p.* 29. *t.* 14. *f.* 1. Scorpio Muſca.
*Mouff. inſ.* 62. *f.* 3. 4.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 8. *f.* 9.
*Habitat in* Europa.
*Mas cauda chelifera; femina inermi.*

germanica. 2. P. alis æqualibus hyalinis apice fuſcis.
*Habitat in* Germania. *P. Forsſkål.*
*Priori dimidio minor. Cauda magis pallida. Alæ tantum apice fuſcæ & puncto ad marginem exteriorem.*

Coa. 3. P. alis poſticis linearibus longiſſimis.
*Haſſelqv. iter.* 423. Ephemera coa.
*Act. Stockh.* 1747. *p.* 176. *t.* 6. *f.* 1.
*Habitat in* Coa Metellina *& inſulis Archipelagi.*

212. RAPHIDIA. *Os* dentibus duobus in Capite depreſſo corneo.
*Alæ* deflexæ.
*Antennæ* longitudine Thoracis antici elongati cylindrici.
*Cauda* feminæ ſeta recurva laxa.

ophiopſis. 1. Raphidia. *Fn. ſvec.* 730.
*Rœſel. inſ. app.* 1. *p.* 130. *t.* 21. *f.* 6, 7.
*Habitat in* Europa.
*Pupa hujus currit matri ſimillima, licet aptera.*

V. HY-

Deſcriptiones *inſectorum omiſimus, cum indigenorum ſiſtat Fauna Svecica, exoticorum tradat (M. L. U.) Muſeum Loviſæ Ulricæ Reginæ.*

# V. HYMENOPTERA.

Alæ *quatuor membranaceæ, plerisque.*
Aculeus *caudæ, ſed nullus in Maribus.*

## 213. CYNIPS. *Os* maxillis absque proboſcide.
*Aculeus* ſpiralis, ſæpius reconditus.

Roſæ. 1. C. nigra, abdomine ferrugineo poſtice nigro, pedibus ferrugineis.
*Faun. ſvec.* 938. Tenthredo antennis 12-nodiis nigris, abdomine ſubtus ferrugineo, pedibus flavis, alis immaculatis.
*Blank. inſ. t.* 16. *f. V-Z.*
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 46. *f.* 5-8. & *t.* 47. *f.* 1-4.
*Habitat in Bedeguar* Roſarum *hiſpido.*

Hieracii. 2. C. Hieracii murorum.
*Fn. ſvec.* 950. *It. ſcan.* 280.
*Barth. act.* 1671. *t.* 283. *Valent. virid. t.* 328. *f.* 1.
*Chemn. brunſv. t.* 7. *Heuch. wittenb.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* Hieracii murorum *galla caulina hirta.*

Glechomæ. 3. C. Glechomæ hederaceæ.
*Fn. ſvec.* 949. *It. wgoth.* 107.
*Blank. inſ.* 186. *Welſch. hecaſt. t.* 127. *f.* 1.
*Pancow. herb.* 709. *Reaum. inſ.* 3. *t.* 42. *f.* 1-5.
*Elshol. march.*
*Habitat in* Glechomæ hederaceæ *gallis foliorum globoſis ſcabris.*

Quercus baccarũ. 4. C. nigra, baſi antennarum pedibusque flaveſcentibus.
*Uddm. diſſ.* 81. *t.* 1. *f.* 14.
*Habitat in Gallis foliorum* Quercus *pellucidis, ſubgloboſis, paginæ inferiori inſertis, magnitudine Piſi, exiens media æſtate.*

Quercus folii. 5. C. nigra, thorace lineato, pedibus griſeis, femoribus ſubtus nigris.
*Fn. ſvec.* 947.
*Rhed. inſ.* 157. *Friſch. inſ.* 2. *t.* 3. *f.* 5.



Cyniphis *Larvæ pleræque intra Gallas plantarum, quas cauſantur, latent.*

*Reaum. inſ.* 3. *t.* 39. *f.* 14-17. *Leuwenh. nat.* 217.
*Blank. inſ. t.* 16. *f. A-H.*
*Rœſ. inſ. app. t.* 52, 53. *f.* 10, 11.
*Habitat in* Gallis *foliorum Quercus globoſis pagina inferiore; avellanæ magnitudine. Amœn. acad.* 3. *p.* 324.

Quercus petioli. 6. C. nigra, pedibus albidis, femoribus fuſcis.
*Rœſ. inſ. app. t.* 35, 36.
*Habitat in* Quercus *petiolo ſ. ramulo, Galla cava utrinque convexa.*

Quercus pedunculi. 7. C. griſea, alis cruce lineari.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 40. *f.* 1-6.
*Habitat in* Quercus *floribus maſculis, Gallis granulatis in catenas nodorum. Amœn. acad.* 3. *p.* 324.

Quercus gemmæ. 8. C. gemmæ Quercus Roboris.
*Fn. ſvec.* 948. Tenthredo gallæ imbricatæ.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 43. *f. omnes.*
*Habitat in* Quercus *gemma terminali, in gallam imbricatam tumeſcente.*

Fagi. 9. C. Fagi ſylvaticæ.
*Fn. ſvec.* 946. Tenthredo gallæ foliorum Fagi.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 5.
*Habitat in* Fagi ſylvaticæ *foliis.*

viminalis. 10. C. flava, thorace nigro.
*Rœſ. inſ.* 2. *Veſp. t.* 10.
*Habitat in* Salicis viminalis *foliis ſub coſta.*

Salicis ſtrobili. 11. C. atra, thoracis tergo vireſcente. *Fn. ſvec.* 941.
*Habitat in* Salicis glabræ *apicibus ramulorum ſtrobiliformibus e foliolis.*

Amerinæ. 12. C. nigra, pedibus pallidis.
*Habitat in* Salicis pentandræ *Gallis inæqualibus, ramos terminantibus.*

Pſenes. 13. C. Ficus Caricæ. *Haſſelqv. iter.* 424. *n.* 111, 112.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 41.
*Habitat in groſſis* Ficus Caricæ *orientalis.*

Sycomori. 14. C. Ficus Sycomori. *Haſſelqv. iter.* 426. *n.* 113.
*Habitat in Ægypti* Ficus Sycomori *groſſis. Haſſelqv.*

*Fuſcus*

*Fuſcus aculeo longitudine corporis exſerto, ſed debili, laxo, ut vix videatur Cynips eſſe. Corpus læve glabrum nigrum; thorax longitudine abdominis. Antennæ thorace breviores, ſubulatæ, baſi craſſo-conicæ.*

## 214. TENTHREDO. *Os* maxillis abſque proboſcide. *Alæ* planæ tumidæ. *Aculeus* laminis duabus ſerratis vix prominentibus.

* ***Antennis clavatis.***

femorata. 1. T. antennis clavatis luteis, corpore atro, femoribus poſterioribus maximis.
*Habitat in* Europa.

lutea. 2. T. antennis clavatis luteis, abdominis ſegmentis plerisque flavis. *Fn. ſvec.* 923.
*Goed. inſ.* 1. *t.* 64. *Friſch. inſ.* 4. *t.* 25.
*Liſt. goed. f.* 77. *a.* *Roeſ. veſp. t.* 13.
*Habitat in* Salice, Alno, Betula.

Amerinæ. 3. T. antennis clavatis, pedibus abdomineque ſubtus ferrugineis, corpore cinereo.
*Roeſ. inſ.* 2. *veſp. t.* 1.
*Habitat in* Salice.

lucorum. 4. T. antennis clavatis nigris, corpore villoſo atro. *Faun. ſvec.* 927.
*Habitat in* Betula Alno.

faſciata. 5. T. antennis clavatis nigris, abdomine glabro atro, alis ſuperioribus faſcia fuſca.
*Habitat in* Europa.

americana. 6. T. antennis ſubclavatis, thorace luteo, abdomine cæruleo, alis nigris.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Pedes lutei at Tibiæ poſticæ nigræ. Baſis alarum cæruleſcens.*

7. T.

Tenthredinis *Larvæ pleræque folia plantarum exedunt, polypodæ, ſeu pedibus plus quam XVI communiter inſtructæ.*

nitens. 7. T. antennnis clavatis luteis, abdomine glabro cæruleſcente.
*Habitat in* Europa.
*In abdominis dorſo macula oblonga nigra per 4 ſegmenta extenſa.*

* * *Antennis pectinatis.*

Pini. 8. T. antennis pectinatis lanceolatis, thorace ſubvilloſo.
*Uddm. diſſ.* 90. *f.* 13.
*Habitat in* Pini *foliis.*
*Mas niger tibiis femoribusque fulvis. Femina duplo major griſea, antennis ſerratis.*
*Larva cærulea extremitatibus fulvis.*

Juniperi. 9. T. antennis pectinatis obtuſis, thorace glabro.
*Uddm. diſſ.* 91. *f.* 12.
*Habitat in* Junipero.
*Maris tibiæ & ſemora fulva. Femina antennis ſerratis.*
*Larva viridis adſperſa punctis nigris.*

* * * *Antennis ſubclavatis continuis, nec articulatis.*

uſtulata. 10. T. antennis ſubclavatis continuis, thorace cæruleſcente, alis macula fuſca.
*Habitat in* Europa.

ruſtica. 11. T. antennis ſubclavatis, abdomine nigro: cingulis quatuor flavis.
*Habitat in* Europa.

* * * * *Antennis filiformibus, articulis 7 l. 8 excepta baſi.*

Scrophulariæ. 12. T. antennis ſeptemnodiis luteis, abdomine cingulis quinque flavis: primo remotiore. *Fn. ſvec.* 935.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 13. *f.* 12-23.
*Blackw. herb. t.* 87. *f.* 10.
*Habitat in* Scrophularia *varia.*
*Maris ſemora poſtica linea flava longitudinali ſubtus notata.*

pratenſis. 13. T. antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, abdominis ſegmentis quatuor ferrugineis. *Fn. ſvec.* 928.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 1. *f.* 21-24.
*Habitat in* Europa.

14. T.

Ceraſi. 14. T. antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, pedibus luteis.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 12. *f.* 1-5.
*Habitat in* Ceraſi *foliis, quæ involvit ut mutetur.*

Salicis. 15. T. antennis ſeptemnodiis, corpore flavo, vertice capitis thoracisque nigro. *Fn. ſvec.* 927.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 11. *f.* 10.
*Habitat in* Salicibus *variis.*

meſomela. 16. T. antennis ſeptemnodiis, abdomine ſubflavo: dorſo nigro arcubus flaveſcentibus. *Fn. ſvec.* 936.
*Habitat in* Europa.

rufipes. 17. T. antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, abdomine cingulis duobus luteis, pedibus rubris.
*Habitat in* Europa.

campeſtris. 18. T. antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, abdominis cingulo flavo inæquali, pedibusque flavis.
*Habitat in* Europa.

atra. 19. T. antennis ſeptemnodiis, corpore atro, pedibus rubris.
*Habitat in* Europa.

viridis. 20. T. antennis ſeptemnodiis, corpore viridi, abdomine ſupra fuſco.
*Habitat in* Europa.

Roſæ. 21. T. antennis ſeptemnodiis, corpore flavo, coſta alarum ſuperiorum longitudinali nigra. *Fn. ſvec.* 929.
*Rœſ. inſ.* 2. *veſp. t.* 2. *Reaum. inſ.* 5. *t.* 14. *f.* 10-12.
*Habitat in* Roſa.

cincta. 22. T. antennis ſeptemnodiis, corpore atro, abdomine cingulo albo.
*Habitat in* Roſa.

livida. 23. T. antennis ſeptemnodiis, corpore atro, abdomine ſupra infraque livido.
*Habitat in* Europa.
*Alter ſexus antennis annulo albo & puncto albo utrinque ad baſin abdominis; alter vero hac albedine caret.*

ſeptentrionalis. 24. T. antennis ſeptemnodiis, pedibus poſticis compreſſis dilatatis.

*Habi-*

*Habitat in* Europa. *T. Holm, M. D. D[illegible]nus.*
*Antennæ nigræ. Caput [illegible] Thorax niger. Abdomen cylindricum, ferrugineum, [illegible]. Pedes ferruginei. [illegible] rufeſc[illegible] alæ. [illegible] duplici [illegible] compreſſæ & [illegible] ſemicordatam, ſed verticalem.*

12-punctata. 25. T. antennis ſeptemnodiis, corpore atro: [illegible]bis.
*Habitat in* Europa.
*Corpus totum nigrum. Macula alba utrinque ante alas in thorace. Scutellum album. [illegible] [illegible]nis macula utrinque alba. Ultimum ſegmentum [illegible]minis apice album. Femora ſecundi paris macula alba. Tibiæ annulo flavo. Labia flava.*

* * * * * *Antennis ſetaceis articulis plurimis.*

erythrocephala. 26. T. antennis ſetaceis, corpore cæruleo, capite rubro.
*Uddm. diſſ.* 89.
*Habitat in* Pino.
*Mas totus ater, ore tibiisque anticis luteis.*

Abietis. 27. T. antennis ſetaceis, corpore nigro, abdominis quatuor ſegmentis fulvis.
*Habitat in* Pino.

ſylvatica. 28. T. antennis ſetaceis, corpore nigro, pedibus thoracisque characteribus flavis. *Fn. ſvec.* 931.
*Habitat in* Europa.

nemoralis. 29. T. antennis ſetaceis, corpore atro, abdominis ſegmentis lateribus albis.
*Habitat in* Europa.

Cynosbati. 30. T. antennis ſetaceis, corpore atro, pedibus ferrugineis: poſticis albo nigroque annulatis. *Fn. ſvec.* 937.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 15. *f.* 1-6.
*Habitat in* Roſa.

reticulata. 31. T. antennis ſetaceis, alis pallido fuſcoque variis, venis elevatis albis reticulatis.
*Habitat in* Finlandia. *T. Holm.*
*Caput nigrum ſuturis albis. Collum flaveſcens, ubi autem jungitur thoraci ſupra transverſe truncatum. Abdomen ſupra luteum, ſed verſus caudam nigrum.*
*Alæ*

*Alæ fuſcæ faſciis pallidis, venis albis, craſſis, elevatis, notabiliter admodum venoſis.*

Betulæ. 32. T. antennis ſetaceis, corpore rubro, thorace ano oculisque nigris, alis poſtice fuſcis.
*Habitat in* Betulis. *D. C. Solander.*
*Magnitudo & ſtatura T. erytrocephalæ. Antennæ ſetaceæ rubræ, apice fuſcæ articulis* 24. *Caput rubrum ſulcis* 2 *longitudinalibus. Oculi nigri. Puncta* 3 *conglobata nigra verticis. Thorax niger, antice ruber. Abdomen rubrum poſtico ſegmento nigro. Pedes rubri. Alæ glaucæ, verſus apices fuſcæ.*

ſaltuum. 33. T. antennis ſetaceis, corpore nigro, abdomine luteo.
*Habitat in* Svecia.

*Addendæ (Larvas vidi, non excluſi.)*

intercus. 34. T. nigra, pedibus flavis.
*Habitat in foliis* Arctii, Atropæ, *ſubcutaneus.*

Rumicis. 35. T. Rumicis Lapathi.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 10. *f.* 13, 14.
*Havitat in Rumicibus* Lapathis *dictis.*

Ulmi. 36. T. Ulmi campeſtris.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 10. *f.* 16.
*Habitat in* Ulmi campeſtris *foliis.*

Alni. 37. T. Betulæ Alni.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 11. *f.* 1, 2.
*Habitat in Betulæ* Alni *foliis.*

Pruni. 38. T. Pruni.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 12. *f.* 16.
*Habitat in* Pruno.

Loniceræ. 39. T. Loniceræ.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 13. *f.* 8. 10.
*Habitat in* Lonicera.

Capreæ. 40. T. Salicis. *Fn. ſvec.* 933.
*Liſt gœd.* 125. *f.* 49. *Friſch. inſ.* 6. *t.* 4.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 19. *Reaum. inſ.* 5. *t.* 11. *f.* 5, 6.
*Alb. inſ.* 59. *f. g. h.*
*Habitat in* Salicibus.

215. ICH-

**215. ICHNEUMON.** *Os* maxillis abſque proboſcide.
*Aculeus* exſertus vagina cylindrica bivalvi.
*Abdomen* ſæpius petiolatum.
*Alæ* lanceolatæ planæ, in omni ſexu.

* *Abdomine ſeſſili apice mucronato.*

gigas. 1. I. abdomine mucronato ferrugineo: ſegmentis 3, 4, 5, 6 nigris, thorace villoſo. *Fn. ſvec.* 925.
*Linn. act. Stockh.* 1739. *t.* 3. *f.* 7.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 31. *f.* 1, 2.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 1, 2.
*Roeſ. inſ.* 2. *veſp. t.* 8. 9.
*Habitat in* Svecia *frequens.*
Mas *abdomine mucronato ferrugineo: ſegmentis* 1, 7, 8 *fuſcis. Thorace villoſo; Pedibus poſticis nigris; corpore ſextuplo minore.*

Spectrum. 2. I. abdomine mucronato atro, thorace villoſo litura ante alas lutea.
*Fn ſvec.* 926.
*Amœn. acad.* 3. *p.* 325.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 6.
*Habitat in* Lignis *putridis antiquis* Pini *&* Abietis.

Juvencus. 3. I. abdomine mucronato atro-cæruleſente, thorace unicolore villoſo.
*Fn. ſvec.* 954.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 7.
*Habitat in* Sylvis.
*Similis I. ſpectro, ſed caret litura ante alas lutea; aculeoque abdomine longe breviore inſtruitur.*

Camelus. 4. I. abdomine mucronato atro lateribus albo maculato, thorace lævi.
*Uddm. diſſ.* 82.
*Habitat in* Ligno *putrido.*
*Antennæ nigræ; præcedentium* 1, 2, 3 *flavæ.*

* * *Scu-*

---

Ichneumonis *Larvæ plerumque intra alia inſecta, & imprimis intra Larvas Lepidopterorum aliorumque vivunt, quas intus conſumunt.*

* * *Scutello albido; Antennis faſcia albida annulatis.*

ſugillatorius. 5. I. ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdomine atro: ſegmentis tribus utrinque puncto albo.
*Habitat in* Europa.
*Pedes nigri. Abdominis ſegmenta tria prima utrinque unico puncto albo.*

raptorius. 6. I. ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque luteis, reliquis apice albis.
*Habitat in* Europa.
*Thorax immaculatus vel callo tantum ad baſin alæ. Femora poſteriora 4 nigra.*

farcitorius. 7. I. ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdominis ſegmento tertio poſterius ſecundoque ferrugineis, ſexto flavo.
*Fn. ſvec.* 976.
*Habitat in* Europa.

extenſorius. 8. I. ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis, ultimis apice albidis.
*Fn. ſvec.* 980.
*Habitat in* Europa.

culpatorius. 9. I. ſcutello flavicante, thorace maculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis, reliquis nigris.
*Habitat in* Europa.

conſtrictorius. 10. I. ſcutello flavicante, thorace bidentato ſubmaculato, abdominis ſegmento ſecundo ferrugineo.
*Habitat in* Europa.

ſaturatorius. 11. I. ſcutello flavicante, thorace maculato, abdominis nigri ſegmento ultimo albido.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 23. *f.* 16.
*Habitat in* Europa.

criſpatorius. 12. I. ſcutello flavicante, thorace ſubmaculato, abdomine toto luteo-ferrugineo: apice ſubfuſceſcente.
*Habitat in* Europa.

Piſorius. 13. I. ſcutello flavicante, thorace maculato, abdomine toto luteo.

*Fn. ſvec. 966, 968.*
*Habitat in Larva* Phalænæ *Piſorum.*

* * * *Scutello albido; Antennis nigris totis.*

luctatorius. 14. I. ſcutello flavicante, thorace maculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque luteis.
*Habitat in* Europa.

volutatorius. 15. I. ſcutello flavicante, thorace variegato, abdominis ſegmentis omnibus dorſo flavis.
*Habitat in* Europa.
*Pedes rufi.*

vaginatorius. 16. I. ſcutello flavicante, thorace maculato, abdominis ſegmentis margine flavis: primo quintoque unicolore.
*Habitat in* Europa.
*Pedes rubri: poſtici nigro faſciati.*

perſvaſorius. 17. I. ſcutello flavicante, thorace maculato, abdomine atro: ſegmentis omnibus utrinque punctis duobus albis.
*Fn. ſvec.* 964.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 8.
*Habitat in* Europa.
*Aculeus corpore longior. Pedes ferruginei. Abdomen ſeſſile; ſtatura I. manifeſtatoris.*

deſignatorius. 18. I. ſcutello flavicante, thorace maculato, abdomine atro: ſegmentis primis quatuor utrinque puncto albo.
*Fn. ſvec.* 965.
*Habitat in* Europa.
*Pedes poſtici nigri.*

edictorius. 19. I. ſcutello flavicante, thorace maculato: punctis utrinque duobus abdomineque toto atro.
*Habitat in* Europa.

deliratorius. 20. I. ſcutello flavicante, thorace maculato: punctis utrinque tribus abdomineque toto atro.
*Habitat in* Europa.

foſſorius. 21. I. ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdomine toto atro.
*Habitat in* Europa.

* * * *

---

Sexus *diſtinctus ſæpe colore diverſo gaudet, unde calamitas Specierum in hoc genere.*

* * * * *Scutello thorace concolore; Antennis faſcia annulatis.*

ariolator. 22. I. thorace ferrugineo biſpinoſo, alis faſciis binis fuſcis, abdomine faſciis duabus albis.
*Habitat in* America. *Muſ. De Geer.*
*Parvus. Linea alba inter utramque oculum & Caput. Antennæ nigræ annulo albo. Thorax a tergo postice dentibus duobus. Alæ primores albæ macula fuſca in medio & apice; ſecundariæ totæ albæ.*

comitator. 23. I. ater totus, antennis faſcia alba.
*Habitat in* Europa. *D. C. Solander.*

peregrinator. 24. I. niger, pedibus ſubclavatis abdomineque ferrugineis: ſegmentis duobus ultimis nigris, ano albido.
*Habitat in* Europa.
*Pediculo duplo major.*

incubitor. 25. I. niger, abdomine ferrugineo; apice nigro macula alba, alis hyalinis, antennis faſciatis.
*Habitat in* Europa.

reluctator. 26. I. niger, abdomine medio piceo, tibiis anticis clavatis.
*Habitat in* Europa.
*Aculeus longitudine fere corporis, ruber.*

* * * * * *Scutello thoraci concolore; Antennis nigris ſetaceis.*

denigrator. 27. I. corpore atro, alis nigris lunula hyalina, abdomine teſtaceo ſubſeſſili.
*Habitat in* Europa. *G. T. Holm. M. D.*

deſertor. 28. I. corpore luteo; alis fuſcis: faſciis duabus albis.
*Habitat in* Europa.

*Sequentes alas hyalinas gerunt.*

coruſcator. 29. I. corpore artubusque atris, alis fuſco hyalinis.
*Habitat in* Europa.

manifeſtator. 30. I. corpore atro immaculato, abdomine ſeſſili cylindrico, pedibus rufis.
*Fn. ſvec.* 959. *Raj. inſ.* 256. *n.* 18. *b.*
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 9. *Reaum. inſ.* 6. *t.* 29. *f.* 16.

*Habitat in locis* glareoſis; *In faſciculo foliorum* Salicis *foramen dentibus rodebat; antennis inſertis recognoſcebat latentem* larvam. *Rolander.*
*Aculeus corpore ſæpe duplo longior.*

compunctor. 31. I. corpore atro immaculato, abdomine ſubpetiolato oblongo, pedibus rufis, aculeo antennis breviore.
*Habitat in* Europa.

deluſor. 32. I. corpore nigro, abdomine ferrugineo baſi apiceque nigro, femorum poſticorum patellis ſolis nigris.
*Habitat in* Europa.

venator. 33. I. corpore atro immaculato, abdominis baſi ſubtus incarnata, pedibus rufis, aculeo retractili.
*Habitat in* Europa.

extenſor. 34. I. corpore nigro immaculato, abdomine cylindrico, pedibus rufis, tentaculis ſetaceis.
*Fn. ſvec.* 986.
*Habitat in* Europa.

exarator. 35. I. corpore piceo immaculato, abdomine femoribusque clavatis, tentaculis ſetaceis, alis macula nigra albaque.
*Habitat in* Europa.
*Parvus anguſtus longiuſculis pedibus, aculeo corpore longiore.*

Turionellæ. 36. I. niger, abdomine cylindrico, macula alarum fuſca alba inſcta, tibiis poſterioribus albo annulatis.
*Habitat in Larvis* Phalænæ Turionellæ.
*Antennæ longitudine corporis; aculeus abdomine brevior; Pedes ferruginei; quatuor poſteriores tibiæ fuſcæ annulo albo; ſed Mas hac nota deſtituitur.*

Strobilellæ. 37. I. niger, aculeo corpore duplo longiore, pedibus pallidis ferrugineis: poſticis nigris.
*Fn. ſvec.* 971?
*Habitat in Larva* Phalænæ ſtrobilellæ.

Moderator. 38. I. niger, abdomine petiolato compreſſo, ore tentaculato, pedibus pallidis, aculeo corpore ſubbreviore.
*Habitat in Larva* Ichneumonis ſtrobilellæ, *qua conſumta folliculum cranio ſuperſtiti inædificat. Rolander.*

Reſinellæ. 39. I. niger, pedibus flavis, abdomine ſubcylindrico ſeſſili, antennis baſi luteis.
*Habitat in* Phalænæ reſinellæ *Larva. Rolander.*
*Anguſtus, oblongus, immaculatus. Antennæ corpore longiores; baſis antennarum flava.*

prærogator. 40. I. niger, pedibus flavis, abdomine oblongo obtuſo.
*Habitat in Larva* Phalænæ Salicis.
*Antennæ vix corporis longitudine, nec baſi flavæ.*

mandator. 41. I. niger, abdominis ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis: apice ſupra albo, antennis unicoloribus.
*Habitat in* Europa.

titillator. 42. I. niger, abdomine pedibusque quatuor anterioribus ferrugineis.
*Habitat in* Europa.
*Petiolus abdominis pedesque poſtici, exceptis plantis albis, nigri.*

enervator. 43. I. niger, abdominis tribus primis ſegmentis rufis: apice ſupra albo, antennis albo faſciatis.
*Habitat in* Europa.

gravidator. 44. I. niger, abdominis primo ſegmento ferrugineo abdomen dimidium obtegente.
*Habitat in* Europa.

inculcator. 45. I. niger, abdomine falcato toto ferrugineo.
*Fn. ſvec.* 972. *Reaum. inſ.* 6. *t.* 30. *f.* 9.
*Habitat in* Europa.

pugillator. 46. I. niger, abdomine falcato: ſegmentis ſecundo tertio quartoque rufis, pedibus tenuibus ferrugineis.
*Fn. ſvec.* 975. *Raj. inſ.* 255. *n.* 17.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 6. *f.* 12.
*Habitat in* Phalænæ Ziczac *larva.*

ruſpator. 47. I. niger, abdomine ſubcylindrico, pedibus ferrugineis, femoribus clavatis: poſticis dentatis.
*Habitat in* Europa.

jaculator. 48. I. niger, abdomine falcato: ſegmento ſecundo tertio quartoque rufis, tibiis poſticis clavatis.
*Fn. ſvec.* 985. *Mouff. inſ. t.* 121.

*De Geer. inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 10. *Reaum. inſ.* 4. *t.* 10. *f.* 14.
*Habitat in* Apis truncorum, floriſomniæ, Sphegisque figuli *larvis. Bergman.*

aſſecta-tor. 49. I. niger, abdomine falcato: ſegmento ſecundo tertio quartoque latere rufis, tibiis poſticis clavatis.
*Habitat in* Europa.
*Similis antecedenti, at dimidio minor, aculeo breviſſimo, nec corpus æquante.*

Appendi-gaſter. 50. I. niger, abdomine breviſſimo thoraci impoſito, pedibus poſticis longiſſimis.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 31. *f.* 13.
*Brown. jam.* 439. *t.* 44. *f.* 6.
*Habitat in* America. *In* Hiſpania. *Z. Hallman.*
*Corpus nigrum. Alæ parvæ, hyalinæ. Thorax punctis ſparſis excavatis, poſtice obtuſiſſimus, retuſus. Abdomen nitidum compreſſum, lenticulare, minimum, magnitudine ſeminis lini, dorſo thoracis affixum petiolo. Antennæ filiformes, longiſſimæ.*

* * * * * * *Antennis luteis ſetaceis.*

luteus. 51. I. luteus, thorace ſtriato, abdomine falcato.
*Fn. ſvec.* 967. *Gœd. inſ.* 2. *t.* 37.
*Raj. inſ.* 253. *n.* 6. *Liſt. gœd. t.* 20. *f. C.*
*Habitat in* Europa *frequens ad plateas.*

ramidu-lus. 52. I. luteus, abdomine falcato: apice nigro.
*Fn. ſvec.* 969.
*Raj. inſ.* 253. *n.* 7.
*Habitat in* Europa.

glauco-pterus. 53. I. luteus, pectore nigro, abdomine falcato: ano nigro.
*Fn. ſvec.* 973.
*Habitat in* Europa.

circum-flexus. 54. I. niger, abdomine falcato: antice luteo, pedibus poſticis nigro geniculatis. *Fn. ſvec.* 974.
*Habitat in* Europa

cinctus. 55. I. ater, antennis pedibusque ferrugineis, alis albis faſciis duabus nigris.
*Fn. ſvec.* 984.
*Habitat in* Europa.

* * * * * * *

* * * * * * * *Minuti Antennis filiformibus. Abdomine ovato ſeſſili.*

Muſcarum. 56. I. auratus, pedibus flavis ſaltatoriis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 32. *f.* 19, 20.
*Habitat in Larvis* Muſcarum aphidivorarum.

Bedeguaris. 57. I. auratus, thorace viridi, abdomine aureo. *Faun. ſvec.* 939.
*Rœſ. inſ. app. t.* 53. *f. F. H.*
*Blank. inſ.* 188. *n.* 12.
*Habitat in* Gallis Roſæ, Quercus.
*Aculeus longitudine corporis.*

Juniperi. 58. I. auratus viridis, antennis nigris, puncto alarum rubro.
*Fn. ſvec.* 987.
*Habitat in* Tipulæ juniperi *Larva.*

Puparum. 59. I. auratus cæruleus, abdomine viridi nitido, pedibus pallidis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 30. *f.* 18.
*Rœſ. inſ.* 2. *veſp. t.* 3.
*Habitat in* Pupis Papilionum.

Larvarum. 60. I. auratus viridis, abdomine nigro: macula dorſali purpuraſcente, pedibus flavis, antennis ſeptemnodiis.
*De Geer Act. Upſal. mſſ.*
*Habitat in Larvis* Phalænarum variarum.

Cyniphidis. 61. I. auratus viridis abdomine fuſco: baſi cingulo pallido, pedibus flaveſcentibus. *Fn. ſvec.* 942.
*Habitat in* Larvis cyniphidis *gallarum Salicis pentandræ intus concameratarum.*
*Antennis reliquisque parum differt a præcedenti.*

Coccorum. 62. I. nigro-æneus, abdomine cæruleſcente, pedibus lividis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 35. *f.* 17.
*Habitat in* Coccis.

Secalis. 63. I. niger, capite rufo, oculis viridibus.
*Habitat in* Larvis *ſpicarum* Secalis.

Subcutaneus. 64. I. niger, alis hirſutis: macula lunari nigra, antennis ſubfiliformibus.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 30. *f.* 21.
*Habitat in Larvis* ſubcutaneis.

Aphidum. 65. I. niger, abdomine baſi pedibusque anticis genubusque poſticis flavis. *Fn. ſvec.* 953.
*It. gotl.* 307.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 19.
*Habitat in* Aphidibus.

Ovulorum. 66. I. niger, pedibus rufis, antennis filiformibus longis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 35. *f.* 11, 12, 13.
*Habitat in* ovis *Lepidopterorum.*

globatus. 67. I. niger, pedibus ferrugineis.
*Fn. ſvec.* 951.
*Merian. eur. t.* 22.
*Friſch. inſ.* 6. *t.* 10.
*Raj. inſ.* 255. *n.* 13.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 35. *f.* 5, 6.
*Derham theol. l.* 8. *c.* 6. *n.* 21.
*Habitat in* Culmis *intra Folliculum communem, bombycinum, ſubrotundum, album.*

glomeratus. 68. I. niger, pedibus flavis.
*Fn. ſvec.* 952.
*Gœd. inſ.* 1. *p.* 59. *n.* 11.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 33. *f.* 2, 7, 8.
*Mer. europ. t.* 48.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 16. *f.* 6.
*Raj. inſ.* 260, 254. *n.* 12.
*Rœſ. inſ.* 2. *veſp. t.* 3.
*Habitat in* Larvis Papilionum: *exeuntes proprios folliculos flavos nectunt, intra quos excluſæ pupæ obſervant Papilionis pupam, nuper exuta larva, in quam ova immittunt.*

pectinicornis. 69. I. ater, antennis ramoſis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 16. *f.* 6.
*De Geer Act. Stockh.* 1740. *p.* 464. *t.* 1. 4-6.
*Habitat in Larvis* ſubcutaneis Quercus.

216. SPHEX.

## 216. SPHEX. *Os* maxillis absque proboſcide.
*Alæ* plano-incumbentes (nec plicatæ), in omni ſexu.
*Aculeus* punctorius reconditus.

* *Abdomine petiolato: petiolo elongato.*

argillacea. 1. S. ferruginea, abdominis petiolo uniarticulato curvato, antennis clavatis, maxillis porrectis.
*Habitat* Surinami *intra globos argillaceos larva. Rolander.*
*Maxillæ prominent edentulæ, roſtrum bivalve ambientes.*

ſabuloſa. 2. S. nigra hirta, abdominis petiolo biarticulato: ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 1. *f.* 6, 7.
*Habitat in terra ſabuloſa* Europæ, *ubi Canis inſtar pedibus anterioribus cuniculum fodit larvamque Phalænæ vel Araneam ſemimortuam in eo ſepelit, cui ovulum concredit; quo facto orificium terra claudit.*
*Alæ abdomine dimidio breviores. Roſtrum retractile bivalve linguam continens.*

aſiatica. 3. S. ferruginea, thorace variegato, abdominis petiolo macula utrinque ad baſin flava, thorace variegato. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

ægyptia. 4. S. nigra, petiolo abdominis pedumque articulis dimidiatis flavis.
*Habitat in* Ægypto. *Haſſelquiſt.*

fervens. 5. S. nigra, abdomine petiolato ferrugineo, alis cæruleſcentibus. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

inda. 6. S. atra, abdomine petiolato, alis nigro-cæruleſcentibus margine tenuiore hyalino. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Facie cum antecedenti convenit.*

clavipes. 7. S. nigra, abdominis petiolo ferrugineo uniarticulato clavato, pedibus clavatis.



Sphegis *Larvæ conſumunt occiſa Inſecta ad quæ mater ova ſepeliit.*

*Habitat in* Europa.
*Parva eſt. Abdomen ferrugineum excepto petiolo. Femora & tibiæ poſticæ clavata.*

Spirifex. 8. S. atra, thorace hirto, petiolo uniarticulato flavo longitudine abdominis.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 28. *f.* 5.
*Habitat in* Europa *auſtrali; in cylindris ſpiralibus terreis ſub tectis.*
*Longitudo Crabronis: petiolus cylindricus flavus. Pedes* 1, 2, 3, 4 *flavi, baſi femorum nigri. Pedes* 5, 6 *flavi, ſed apicibus femorum & tibiarum nigris.*

figulus. 9. S. atra, abdomine ſubpetiolato: marginibus ſegmentorum lucidis.
*Habitat* Upſaliæ *in parietum ligneorum foraminibus ab aliorum inſectorum larvis factis relictisque, quæ primo purgat circumroditque, deinde fundum argilla obducit, cui Araneam imponit, eique ovulum concredit, quo facto nidum argilla claudit. Larva apoda, pallida, larvisque Apum ſimilis, conſumta Aranea membranam luteo-fuſcam & teneræ pupæ aptiſſimam net. Una mater perplurimos nidos conſtruit & plerumque non ultra biduum in quovis adornando conſumit. T. Bergman.*
*Alæ abdomine breviores. Abdomen petiolatum atrum marginibus ſegmentorum lucidis, ſi quis eos a capite oblique intueatur.*

* * *Abdomine ſubſeſſili.*

viatica. 10. S. nigra, alis fuſcis, abdomine antice ferrugineo: cingulis nigris.
*Fn. ſvec.* 977. *Amœn. acad.* 3. *p.* 330.
*Raj. inſ.* 254. *n.* 9. & *jun.* 22. Veſpa miraculoſa.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 1. *f.* 13.
*Habitat in* Europa; *fodit cuniculum, occidit larvam Phalænæ, attrahit, ſepelit, impoſito ovo, obturat.*

pectinipes. 11. S. nigra glabra, abdomine anteriore ferrugineo, pedibus primariis ciliatis.
*Habitat in* Europa.

variegata. 12. S. nigra tota, alis albo maculatis.
*Habitat in* Europa.

indica. 13. S. atra, pedibus antennisque ferrugineis, alis atro-cæruleſcentibus. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

tropica. 14. S. nigra, oculis albis, abdominis ſegmento ſecundo latiore ferrugineo. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Colon. 15. S. nigra, pedibus antennisque rufis, thorace viridi, alis maculis duabus nigris.
*Habitat in* Svecia.

gibba. 16. S. nigra, abdomine ferrugineo apice fuſco, alis primoribus apice nigricantibus.
*Habitat in* Svecia.

rufipes. 17. S. atra, abdominis ſegmentis utrinque macula alba, alis apice fuſcis, pedibus poſticis rubris.
*Habitat in* Europa.

arenaria. 18. S. abdominis faſciis quatuor flavis: primo ſegmento duobus punctis flavis. *Fn. ſvec.* 994.
*Habitat in* arena *ad templum acceſſorium Fahlunenſe.*

foſſoria. 19. S. thorace immaculato, ore argenteo, abdomine maculis utrinque 4 albis.
*Habitat in* Europæ *montibus ſabuloſis.*

leucoſtoma. 20. S. atra glabra, labio argenteo, palmis fuſcis.
*Habitat in* Europa.

vaga. 21. S. thorace bipunctato, abdominis faſciis 3 flavis: primis interruptis, tibiis flavis. *Fn. ſvec.* 997.
*Habitat in* Europa.

cærulea. 22. S. cærulea, alis ferrugineis baſi nigris. *Muſ. De Geer.*
*Habitat in* America *meridionali.*
Magnitudo *Crabronis.* Alæ *ferrugineæ, baſi nigræ, apice albicantes.* Antennæ *baſi nigræ, apice ferrugineæ.*

ignita. 23. S. glabra nitida, thorace viridi, abdomine aureo: apice quadridentato.
*Fn. ſvec.* 1004.
*Friſch. inſ.* 9. *t.* 10. *f.* 1.
*Habitat in muris* Europæ.

24. S.

aurata. 24. S. glabra nitida, thorace viridi, abdomine aureo bidentato.
*Habitat in muris* Europæ.

cyanea. 25. S. glabra nitida, thorace abdomineque cæruleo: apice tridentato.
*Habitat in muris* Europæ.

## 217. VESPA. *Os* maxillis abſque probofcide. *Alæ* ſuperiores plicatæ, in omni ſexu. *Aculeus* punctorius reconditus.

Crabro. 1. V. thorace nigro antice rufo immaculato, abdominis inciſuris puncto nigro duplici contiguo.
*Fn. ſvec.* 988. *Aldr. inſ.* 225.
*Mouff. inſ.* 50. *Friſch. inſ.* 9. *t.* 11. *f.* 1.
*Raj. inſ.* 250. *Swam. bibl. t.* 26. *f.* 9.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 18. *f.* 1.
4. *t.* 10. *f.* 9.
*Habitat in* Europæ *arboribus cavis ſ. ſub earum radicibus. Accipiter Apum.*

vulgaris. 2. V. thorace lineolis 3 parium differentium flaveſcentium, abdominis inciſuris punctis nigris diſtinctis. *Fn. ſvec.* 989.
*Mouff. inſ.* 52. *Reaum. inſ.* 6. *t.* 17. *f.* 7, 8.
*Raj. inſ.* 250. *Friſch. inſ.* 9. *t.* 12. *f.* 2.
*Aldr. inſ.* 198. *Swamm. bibl. t.* 26. *f.* 8.
*Habitat in* Europa *ſub tectis frequens; prædatur Muſcis, furatur mel Apum.*

rufa. 3. V. thorace lineolis punctisque duobus flavis, abdomine flavo antice ferrugineo.
*Fn. ſvec.* 998.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 14?
*Habitat in* Europa.

parietum. 4. V. nigra, abdomine faſciis quinque flavis: prima remotiſſima.
*Fn. ſvec.* 990.
*Friſch. inſ.* 9. *t.* 12. *f.* 1.
*Habitat in foraminibus* parietum *ligneorum.*

5. V.

muraria. 5. V. nigra, thorace baſi flaveſcente, abdomine faſciis quatuor flavis: prima remotiſſima.
*Fn. ſvec.* 991.
*Friſch. inſ.* 9. *p.* 24. *t.* 12. *f.* 8, 9.
*Habitat in* muris.

cribraria. 6. V. nigra, abdomine faſciis ſex flavis: intermediis tribus interruptis, tibiis anticis clypeis cribriformibus.
*Raj. inſ.* 255. Veſpa ichneumon pedibus anterioribus velut clypeatis.
*Roland. Act. Stockh.* 1751. *p.* 56. *t.* 3. *f.* 1.
*Uddm. diſſ.* 94. Apis tibiis anticis lamella cribriformi.
*Habitat in* Europa.

ſpinipes. 7. V. nigra, tibiis inciſuriſque abdominis flavis, femoribus intermediis denticulatis.
*Habitat in* Svecia. *T. Bergman.*

rupeſtris. 8. V. abdominis ſegmento ſecundo majore maculis duabus ovatis albidis, pedibus antenniſque ferrugineis.
*Habitat ad* Lapidum *latera auſtralia, nidum ex fiſtulis aggregatis conficiens. Rolander.*

coarctata. 9. V. abdominis primo articulo infundibuliformi, ſecundo campanulato maximo.
*Fn. ſvec.* 1002.
*Friſch. inſ.* 9. *t.* 9.
*Habitat in* Europa.

arvenſis. 10. V. abdominis faſciis quatuor flavis: tertia interrupta.
*Fn. ſvec.* 992.
*Habitat in* Europa.

biglumis. 11. V. thoracis ſcutello biſpinoſo, abdominis ſegmentis margine albis: ſecundo punctis duobus albis.
*Fn. ſvec.* 1011.
*Habitat in* Europa; *trahit occiſas Muſcas ſe ſæpe triplo majores.*

uniglumis. 12. V. thoracis ſcutello mucronato, abdominis ſegmentis punctis duobus albis ſublateralibus.
*Habitat in* Europa.

13. V.

Veſpæ *vivunt in Societate gynæcocratica; favos ſtruunt, inſecta gymnoptera devaſtant.*

cornuta. 13. V. roſtro corneo ſubulato, abdomine atro: ſegmento ſecundo majore. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.
*Thorax latere dentatus. Roſtrum bivalve. Alæ nigræ. Mas cornibus duobus capite duplo longioribus.*

ſignata. 14. V. thorace ſupra nigro lineis quatuor faſciolisque duabus flavis. *M. L. U.*
*Habitat in* America.

canadenſis. 15. V. thorace ſquamis duabus, abdominis ferruginei ſegmento primo obconico.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. P. Kalm.*

emarginata. 16. V. ſcutello emarginato, abdominis nigri petiolo incurvo utrinque unidentato. *M. L. U.*
*Habitat in* America

calida. 17. V. nigra, abdominis apice antennisque fulvis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

## 218. APIS. *Os* maxillis atque proboſcide inflexa vaginis duabus bivalvibus.

*Alæ* planæ, in omni ſexu.

*Aculeus* Feminis & Neutris punctorius reconditus.

longicornis. 1. A. antennis filiformibus longitudine corporis hirſuti fulvique.
*Swamm. bibl. t. 26. f. 6.*
*Habitat in* Europa.

tumulorum. 2. A. antennis filiformibus longitudine corporis nigri, pedibus maxillisque flaveſcentibus.
*Fn. ſvec.* 1000. Apis nigra, pedibus maxillisque flavis.
*It. gotl.* 336.
*Habitat in* Wiſingsoæ *Tumulis ſepulcbralibus.*

clavicornis. 3. A. antennis clavatis longitudine corporis nigri, abdominis faſciis duabus flavis interruptis.
*Habitat in* Europa.

4. A.

Apes *vivunt in Societate gynæcocratica, favos ſtruunt cereos, & mel e nectare florum hauriunt.*

centuncularis. 4. A. nigra, abdomine ſubtus lana fulva. *Fn. ſvec.* 1010.
*Raj. inſ.* 242. Apis ſylveſtris, corpore longo anguſto.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 10. *f.* 3, 4.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 2?
*Habitat in* Europa *intra terram plures nidos cylindricos ex foliis* Roſæ *formans, tamquam centunculis. Amœn. acad.* 3. *p.* 320.

cineraria. 5. A. nigra, thorace hirſuto albicante: faſcia nigra.
*Habitat in* Europa.

ſurinamenſis. 6. A. atra, alis atro-cæruleſcentibus, abdominis petiolo obovato.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Magna, facie Sphegis, ſed lingua inſtructa.*

retuſa. 7. A. nigra ſubhirta, abdominis baſi retuſa, tibiis poſticis extus lanatis.
*Habitat in* Europa.

rufa. 8. A. fuſca, abdomine rufeſcente, fronte alba.
*Raj. inſ.* 242. Apis ſylveſtris parva, abdomine breviore.
*Fn. ſvec.* 1009. Apis hirſuta, capite nigro, abdomine rufo, fronte alba.
*Habitat in* Europa.

bicornis. 9. A. fronte bicorni, capite nigro, abdomine hirſuto. *Fn. ſvec.* 1008.
*Habitat in* Europa.
*An prioris fœmina? copula connexas vidit P. Forſkål.*

truncorum. 10. A. nigra glabra, fronte albida pubeſcente, abdomine ſegmentis margine albidis, ſubtus flavicante.
*Habitat in* Europa.

dentata. 11. A. nitida viridis, alis nigris, femoribus poſticis dentatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

cordata. 12. A. nitida viridis, alis hyalinis, abdomine cordato, tibiis poſticis dilatatis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

helvola. 13. A. rufa villoſa oblonga ſubtus albida.
*Habitat in* Europa.

ſuccincta. 14. A. thorace flaveſcente ſubvilloſo, abdomine nigro: cingulis quatuor albis.
*Habitat in* Terris auſtralibus.
*Roſtrum ſubulatum, corneum, bivalve.*

zonata. 15. A. ſubpubeſcens fuſca, abdomine cingulis quatuor cæruleis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

cæruleſcens. 16. A. fuſca ſubvilloſa, abdomine cæruleſcente: inciſurarum marginibus albicantibus.
*Habitat in* Europa.

mellifera. 17. A. pubeſcens, thorace ſubgriſeo, abdomine fuſco, pedibus poſticis glabris utrinque margine ciliatis.
*Fn. ſvec.* 1003.
*Mouff. inſ.* 2. *Swamm. bibl. t.* 17. *f.* 1. *operaria.*
*Aldr. inſ.* 20. *f.* 3. *femina.*
*Jonſt. inſ.* 1. *t.* 2. *f.* 4. *mas.*
*Raj. inſ.* 240.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 21. 23. *t.* 22. *f.* 1. *operaria.*
*f.* 2. *mas.*
*f.* 4. *femina.*
*Habitat in* Europæ *arboribus cavis, frequentius culta.*
Regina (Femina) *unica, altior, oblongior, acuminata.* Fuci (Mares) *ad* 1600, *inermes, antennis* 11-*articulatis.* Operariæ (Spadones) *ad* 20000, *antennis* 15-*articulatis, ventriculis* 2 *mellis ceræque, aculeatæ Enſe retrorſum ſerrato venenato latente intra vaginam cuſpidatam.*
Respublica *Alvearii gynæcocratica eſt, dum* Femina *imperans ſemper incluſa, operariorum cuſtodum ſatellitio aſſidue ſtipata, antennis obvium Marem quemcunque ſalutat, inſiliendoque comprimit cum illius vitæ diſpendio; ponit dein ova ad* 40000 *ſæpe quotannis in adaptatis favi cellis: primum neutra, dein maſcula, demum nonnulla feminina; his excluſis gradu* 2:*do ſupra calorem æſtatis ordinariæ, adoleſcunt Larvæ ſextiduo, nent ad parietes cellæ, operiuntur usque dum adultæ evolant, alteroque die mellificant.* Mares, *ignavum pecus, incurii apricantur ſerenis diebus, gulæ dediti.* Spadones *operarii, neutri, indefeſſi, mel e nectare, ceram e polline florum ſedulo legunt* $\frac{1}{2}$ *milliaris ſpatio, quoties per cœlum licet, reducunt, favos*

*cereos*

*cereos ſtruunt ſexangulari-prismaticos, eosque melle replent, feminam mares pullosque nutriunt, cellas inhabitatas repurgant, immunda auferunt, vigilias & ſtationes ad portas inſtituunt, hoſtes arcent aculei ictu venenato ſibi ipſis licet lethali, maresque demum transactis nuptiis expellunt. Hoſtes imprimis ſunt Motacillæ, Hirundines, Pavones, Buſones, Mures, Crabrones, Veſpæ, Pediculi, Apes fures, Mellonellæ, Fumus &c.* Flores *melliferi, non omnes, præcipui ſunt Echium, Borago, Verbaſcum, Serpyllum alii; imprimis Erica Suecis, Fagopyrum Scanis, Tilia Polonis, Rosmarinus Narbonenſibus, Thymus Atticis, Arbutus Corſicis, Abſinthium Sardinis, Aconitum Ponticis &c. hinc pretium varium mellis: Vide* Reaumurium, Aubenton.

ſubterranea. 18. A. pubeſcens, thorace griſeo, abdomine fuſco, pedibus undique villoſis.
*Habitat in* Terra *ſabuloſa ſicciore, quam foraminibus pluribus parum remotis penetrant & diſtinctæ ædificant plures.*

variegata. 19. A. thorace abdomineque albo variegato.
*Habitat in* Europa.

roſtrata. 20. A. labio ſuperiore conico inflexo, abdominis faſciis glaucis repandis.
*Fn. ſvec.* 999. Apis pedibus maxillisque flavis apice nigris, inciſuris abdominis glabris margine nigris.
*It. gotl.* 336.
*Habitat in* Europæ *monticulis arenoſis.*

manicata. 21. A. nigra, pedibus anticis hirſutiſſimis, ano multidentato, abdomine maculis flavis.
*Habitat in* Europa.

4-dentata. 22. A. fuſca abdominis cingulis quinis albidis, ano quadridentato: intermediis bifidis.
*Swamm. bibl. t.* 26. *f.* 4.
*Habitat in* Europa.

floriſomnis. 23. A. nigra, abdomine ſubcylindrico incurvo apice bidentato, tibiis poſticis apice ſpinoſis.
*Habitat in* Europa, *per noctes floribus inhærens.*

conica. 24. A. fuſca, abdomine conico acutiſſimo: ſegmentorum marginibus albis. *Fn. ſvec.* 1006.
*Raj. inſ.* 252. *n. ult.*
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 11. *f.* 2, 3, 4.
*Habitat in* terræ *cavitatibus.*

annulata. 25. A. nigra, fronte annuliſque pedum nigris.
*Habitat in* Europa.

ruficornis. 26. A. antennis pedibus punctiſque duobus thoracis ferrugineis.
*Habitat in* Europa.

ichneumonea. 27. A. roſtro corneo recto, abdomine petiolato, thoracis ſuturis aureo-nitentibus.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Similis Ichneumoni, A. mellifera major.* Linguæ *vagina recta, nec reflexa, apice bifida.* Antennæ *nigræ.* Thorax *nigricans ſuturis aureis nitentibus.* Abdomen *nigrum, ſegmentis tribus primis ferrugineis.*

carioſa. 28. A. fuſca ſubvilloſa, fronte pedibuſque flavis.
*Fn. ſvec.* 1001.
*Habitat in* Europæ *ligno carioſo.*

* *Bombinatrices hirſutiſſimæ.*

violacea. 29. A. hirſuta atra, alis cæruleſcentibus.
*Pet. gaz. t.* 12. *f.* 5. Bombylius luſitanicus e nigro cæruleſcens.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 5. *f.* 1, 2.
*Habitat in Truncis exſiccatis* Europæ auſtralis, *quos perforat, longitudinaliter excavat, ibique pares nidos a fundo incipiens polline herbarum melle mixto replet & unicuique ovum concredit. Nidi diſtinguuntur* 4 *l.* 5 *annulis ligneis. Nymphæ caput deorſum ſpectat ut in fundo exitum quærat Apis perfecta.*

terreſtris. 30. A. hirſuta nigra, thoracis cingulo flavo, ano albo.
*Fn. ſvec.* 1012.
*Mouff. inſ.* 53. *t.* 2. *Bradl. natur. t.* 26. *f.* 1. *D.*
*Goed. inſ.* 2. *t.* 46. *Raj. inſ.* 247. *n.* 8.
*Liſt. goed. f.* 105. *Friſch. inſ.* 9. *t.* 13. *f.* 1.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 3 *f.* 1.
*Habitat in* Europæ *terra, ſub qua profunde nidum ponit.*

31. A.

Lapida-ria. 31. A. hirſuta atra, ano fulvo. *Fn. ſvec.* 1015.
*Friſch. inſ.* 9. *p.* 25. *n.* 2.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 1. *f.* 1-4.
*Habitat in acervis* Lapidum.

Muſco-rum. 32. A. hirſuta fulva, abdomine flavo. *Fn. ſvec.* 1017.
*Friſch. inſ.* 9. *p.* 20. *n.* 3.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 2. *f.* 1-3.
*Habitat ſub* Muſco *terreſtri.*

[illegible]-rum. 33. A. hirſuta fulva, abdominis faſcia nigra, ano albo. *Fn. ſvec.* 1018.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 4. *f.* 1.
*Habitat ſub* Muſcis.

acervo-rum. 34. A. hirſuta atra. *Fn. ſvec.* 1013.
*Habitat ſub* terra.

ſubterra-nea. 35. A. hirſuta atra, ano fuſco. *Fn. ſvec.* 1014.
*Habitat ſub* terra.

ſurina-menſis. 36. A. hirſuta nigra, abdomine, excepto primo ſegmento, flavo.
*Habitat* Surinami. *Rolander.*

æſtuans. 37. A. hirſuta nigra, thorace flavo. *M. L. U.*
*Habitat in* calidis *regionibus.*

tropica. 38. A. hirſuta nigra, abdomine poſtice flavo. *M. L. U.*
*Habitat in* calidis *regionibus.*

alpina. 39. A. hirſuta, thorace nigro, abdomine luteo. *Fauna ſvec.* 1016.
*Habitat in* Lapponiæ *alpibus.*

## 218. FORMICA. *Squamula* erecta thoraci abdominique interjecta.

*Aculeus* Feminis & Neutris reconditus.

*Alæ* Maribus & Feminis; ſed Neutris nullæ.

hercule-ana. 1. F. nigra, abdomine ovato, femoribus ferrugineis. *Fn. ſvec.* 1019. Formica magna.

*It. gotl.* 232. Formica magna, Hippomyrmex.
*Raj. inſ.* 69. Formica maxima.
*Habitat in* Europæ *truncis putridis vagabunda*; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

rufa. 2. F. thorace compreſſo toto ferrugineo, capite abdomineque nigris.
*Fn. ſvec.* 1020. Formica rufa.
*Raj. inſ.* 69. Formica media rubra.
*Habitat in* Europæ *acervis acerоſis ſylvaticis*; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

fuſca. 3. F. cinereo-fuſca, tibiis pallidis.
*Fn. ſvec.* 1022. Formica fuſca.
*Raj. inſ.* 69. Formica media, nigro colôre ſplendens.
*Habitat in* Europæ *terra ſabuloſa.*

nigra. 4. F. tota nigra nitida, tibiis cineraſcentibus.
*Fn. ſvec.* 1023. Formica atra.
*Raj. inſ.* 69. Formica minor e fuſco nigricans.
*Habitat in* Europæ *terra.*

obſoleta. 5. F. ſupra nigra, ſubtus teſtaceo rufa, abdomine ſubgloboſo.
*Habitat in* Europæ *terra.*

rubra. 6. F. teſtacea, oculis punctoque ſub abdomine nigris.
*Fn. ſvec.* 1022. Formica rubra.
*Raj. inſ.* 69. Formica minima rubra.
*Habitat in* Europæ *tuberibus graminoſis.*

Pharaonis. 7. F. rufa, abdomine magis fuſco. *M. L. U.*
*Habitat in* Ægypto; *minima.*

Salomonis. 8. F. rubra, abdomine nigro ſubvilloſo. *M. L. U.*
*Habitat in* Ægypto, Arabia, Palæſtina.

ſacchari-vora. 9. F. nigra, pedibus antennis maxilliſque rufis.
*Brown. jam.* 440. Formica minima ſaccharivora.
*Habitat in* America *intra culmos ſacchari nidificans eosque deſtruens.*
*Corpus adſperſum pilis albidis. Squama petioli craſſa integra. Magnitudo F. cæſpitum.*

10. F.

Formicæ *vivunt in ſocietate, indefeſſæ corradunt quisquilias & in acervum Societatis congerunt; at plebecula hæc ſpadonum ſub nuptiis inſervit novis nuptis, & peractis puerperiis expellit parentes, retentis liberis pro conſervatione familiæ.*

cæſpitum. 10. F. petiolo nodis duobus alternis: poſteriore majore.
*Habitat in* Europæ *tuberibus.*

omnivora. 11. F. thorace bidentato, petiolo binodoſo, corpore teſtaceo, abdomine fuſco.
*Brown. jam.* 440. Formica domeſtica omnivora.
*Habitat in* America *meridionali, conſumens & dilacerans omnia cibaria.*
Thorax *lævis, adſperſus punctis vix conſpicuis elevatis.* Abdomen *fuſcum, pilis albis vix manifeſtis.* Petiolus *nodis duobus teretiuſculis.* Corpus *teſtaceum, minutiſſimum.*

bidens. 12. F. thoracis gibbere bidentato, capite ovato, antennis ferrugineis: articulo infimo nigro.
*Habitat in* America *meridionali. Rolander.*
Caput *ovatum.* Antennæ *articulo primo longo nigro, reliquis breviſſimis ferrugineis.* Thorax *in medio ſpinis 2 obtuſiuſculis, breviſſimis, approximatis, ſ. gibbere bidentato notatus.*

ſexdens. 13. F. thorace ſexſpinoſo, capite didymo, utrinque poſtice mucronato.
*Habitat in* America *meridionali. Rolander.*
Caput *pone bilobum ſ. didymum, utrinque poſtice terminatum ſpina ſolitaria.* Thorax *a tergo ſpinarum tribus paribus armatum: quarum 2 priores antrorſum prominentes; mediæ 2 minimæ ſunt; poſteriores 2 erectæ.* Petiolus *Abdominis articulis duobus nodoſus.*

cephalotes. 14. F. thorace quadriſpinoſo, capite didymo magno utrinque poſtice mucronato.
*Merian. ſurin. t.* 18. *f. majores.*
*Marcgr. braſ.* 252. Formica magna.
*Habitat in* America *meridionali.*
Corpus *totum ferrugineo-pubeſcens.* Caput *craſſiſſimum, rotundatum, poſtice didymum cum ſpina utrinque brevi.* Thorax *antice ſpinis 2 erectis, diſtantibus; poſtice ſpinis 2 erectis, approximatis.* Petiolus *abdominis tuberculis duobus, uno poſt alterum, notatus.*

atrata. 15. F. thorace quadriſpinoſo, capite depreſſo marginato utrinque biſpinoſo.
*Marcgr. braſ.* 252. Tapiiai.

*Habitat in* America *meridionali. Rolander.*
Caput *obtuſum, depreſſum, utrinque latere elevato-marginatum, poſtice utrinque biſpinoſum, ſ. duplici aculeo munitum.* Maxillæ *breviſſimæ.* Corpus *atrum.* Thorax *ſpinis* 4, *omnino ut in præcedenti.* Petiolus *abdominis tuberculis* 2, *uno poſt alterum, loco ſquamæ.*

hæmatoda. 16. F. ſquama petiolari conica, capite ſubdidymo, maxillis porrectis rubris.
*Habitat in* America *meridionali. Rolander.*
Caput *oblongum, depreſſiuſculum, poſtice bifidum abſque punctis.* Maxillæ 2, *rectæ, parallelæ, prominentes, exſertæ, rubræ, edentulæ.* Thorax *inermis.* Abdomen *nigricans*: Petiolo *Squama conica acuta.* Pedes *flavi.* Alæ *hyalinæ.* Corpus *nigrum.*

fœtida. 17. F. gibbere petiolari transverſe compreſſo, abdominis primo ſegmento contractiore, maxillis porrectis.
*Habitat in* America *meridionali. Rolander.*
Caput *nigrum, ſupra punctis* 3 *elevatis, quod non in præcedentibus americanis.* Maxillæ *exſertæ, longiuſculæ, rectæ, parallelæ.* Thorax *inermis.* Abdomen, *uti* Pedes, *pilis vagis adſperſum: articulo primo contractiore.* Petiolus *unico articulo ſupra tuberculo gibbo, antice poſticeque compreſſo & poſtice transverſim ſtriato.* Alæ *hyalinæ.*

## 219. MUTILLA. *Alæ* nullæ in omni ſexu.
*Corpus* pubeſcens. *Thorax* poſtice retuſus.
*Aculeus* reconditus punctorius.

occidentalis. 1. M. coccinea, abdomine cingulo nigro.
*Pet. muſ.* 404. *gaz. t.* 13. *f.* 4.
*Catesb car.* 3. *p.* 15. *t.* 15.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

americana. 2. M. nigra, abdomine maculis rufis quatuor lineisque tribus albis.
*Habitat in* America *auſtrali.*

*An-*

Genus *dubium huc retuli ob faciem, ſtaturam & aculeum ani punctorium, quamvis alis deſtituantur ſpecies cujusvis ſexus.*

*Antennæ ſubulatæ, nigræ.* Thorax *ater, utrinque macula alba in medio, etiam macula alba utrinque in poſteriore parte thoracis.* Abdominis *primum ſegmentum magnum, maculis 4 rufis, quarum 2 priores minores; reliqua ſegmenta maculis 3 magnis albis, unde abdomen poſtice lineis tribus albis longitudinalibus.*

indica. 3. M. nigra, abdomine faſcia lutea lineaque alba.
*Habitat in* Indiis.

europæa. 4. M. nigra, abdomine faſciis tribus albis interruptis, thorace antice rufo.
*Uddm. diſſ.* 98. *t.* 17. Apis aptera.
*Habitat in* Europa.

barbara. 5. M. nigra, abdomine punctis albis ter tribus, thorace rufo.
*Habitat in* Mauritania. *E. Brander.*
*Maculæ albæ ſupra abdomen* 3, *in triplici ſerie tranſverſa.*

maura. 6. M. nigra, abdomine maculis tribus albis.
*Habitat in* Mauritania. *E. Brander.*
*Præcedenti minor, tota nigra, ſed maculæ ſupra abdomen albæ: una parva ad baſin; una ad apicem; duæ paulo majores ad latera in medio abdominis.*

Acarorum. 7. M. glabra rufa, capite abdomineque poſtico nigro.
*Habitat inter* Acaros.
*Hæc differt a reliquis quod glabra nec tomentoſa ſit, & videtur potius* Sphex aptera *eſſe; ſegmentum* 1, 2 *abdominis rufa, reliqua nigra.*

formicaria. 8. M. glabra rufa, capite abdomineque pubeſcente nigris.
*Habitat in* Europa. *D. C. Solander.*
*Præcedenti duplo major. Abdomen totum nigrum & parum villoſum.*

# VI. DIPTERA.

Alæ *duæ.*
Halteres *clavati, ſolitarii, pone ſingulam alam, ſub ſquamula propria.*

## 220. OESTRUS. *Os* absque proboſcide aut roſtro exſerto.

Bovis. 1. OE. alis maculatis, thorace flavo faſcia fuſca, abdomine flavo apice nigro. *Fn. ſvec.* 1024. *It. Wgot.* 202.
*Raj. inſ.* 271.
*Derham theolog. l.* 8. *c.* 6. *n.* 11.
*Valliſn. nat.* 1. *t.* 28.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 36-38.
*Habitat intra* Boum *dorſum.*
*Hoc illud inſectum cui nomen Aſilo*
*Romanum eſt, Oeſtrum græci vertere vocantes,*
*Aſper, acerba ſonans, quo toto exterrita ſilvis*
*Diffugiunt armenta.*

Tarandi. 2. OE. alis immaculatis, thorace flavo faſcia nigra, abdomine fulvo apice flavo. *Fn. ſvec.* 1029.
*Flor. lapp.* 360. *n.* 517.
*Linn. Act. Stockh.* 1739. *t.* 3. *f.* 5, 6.
*Act. Upſal.* 17. . .
*Habitat intra Cervi* Tarandi *dorſum.*
*Hujus cauſa Lappones quotannis cum grege migrant e Lapponia ſylvatica in Alpes lapponicas.*

naſalis. 3. OE. alis immaculatis, thorace ferrugineo, abdomine nigro pilis flavis. *Fn. ſvec.* 1026.
*Habitat in* Equorum *fauce, per nares intrans.*

hæmorrhoidalis. 4. OE. alis immaculatis, thorace nigro: ſcutello pallido, abdomine nigro: baſi albo apiceque fulvo.
*Fn. ſvec.* 1028.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 7.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 35. *f.* 3-5.
*Habitat in* Equorum *inteſtino recto, mire per anum intrans.*

5. OE.

---

Oeſtri *Larvæ latent intra* Mammalium *corpus, ubi per totam hyemem nutriuntur.*

Ovis. 5. OE. alis immaculatis, thorace abdomineque ferrugineo nigro-maculato. *Fn. ſvec.* 1027.
*Valliſn. nat.* 1. *p.* 224. *t.* 27.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 35. *f.* 21-24.
*Habitat in* Ovium *ſinu frontis.*

## 221. TIPULA. *Os* capitis elongati labiis lateralibus inſtructum Palpisque duobus incurvis tectum, absque proboſcide & roſtro.

* *Alis patentibus.*

pectinicornis. 1. T. antennis pectinatis, alis macula nigra, thorace flaveſcente.
*Habitat in* Svecia.
*Antennæ pectinatæ radiis oppoſitis, ſed in altero ſexu intra ſingulum par radiorum mucro capitatus ſolitarius, in altero geminus.*

rivoſa. 2. T. alis hyalinis rivulis fuſcis maculaque nivea. *Faun. ſvec.* 1121.
*Act. Stockh.* 1739. *t.* 9. *f.* 8. *Raj. inſ.* 72. *n.* 4.
*Habitat in* Europa.

crocata. 3. T. alis macula fuſca, abdomine atro faſciis fulvis. *Fn. ſvec.* 1123.
*Raj. inſ.* 72. *n.* 4.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 1. *f.* 14, 15, 16.
*Habitat in* Europa.

oleracea. 4. T. alis hyalinis coſta marginali fuſca. *Fn. ſvec.* 1124.
*Gœd. inſ.* 2. *t.* 44. *Braal. nat. t.* 25. *f.* 3.
*Liſt. gœd. f.* 139. *Friſch. inſ.* 4. *t.* 12.
*Leuwenh. nat.* 1693. *f.* 4. 5.
1714. *f.* 4.
*Habitat in* Europa *ad* radices *plantarum, oleribus & plantis cultis infeſta.*

hortorum. 5. T. alis hyalinis: maculis ſparſis albis obſoletis. *Faun. ſvec.* 1125.
*Raj. inſ.* 72. *n.* 6. *Alb. inſ. t.* 61.
*Habitat in* Europa.



Tipulæ *Larvæ communiter ſub radicibus vegetabilium degunt & radices exedunt.*

variegata. 6. T. alis hyalinis: macula pallida obſoleta, corpore nigro luteoque vario. *Fn. ſvec.* 1131.
*Habitat in* Europa.

contaminata. 7. T. alis nigro maculatis, corpore nigro. *Fn. ſvec.* 1134.
*Habitat in* Europa.

lunata. 8. T. alis cineraſcentibus: lunula marginali alba. *Faun. ſvec.* 1126.
*Raj. inſ.* 73. *n.* 10. *Reaum. inſ.* 5. *t.* 2. *f.* 11.
*Habitat in* Europa.

pratenſis. 9. T. alis ſubcinereis: vaſis fuſcis punctoque marginali obſcuro, fronte fulva. *Fn. ſvec.* 1128.
*Friſch. inſ.* 4. *t.* 12.
*Habitat in* Europa.

terreſtris. 10. T. alis hyalinis puncto marginali fuſco, abdominis dorſo cinereo. *Fn. ſvec.* 1129.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 22.
*Habitat in* Europa.

cornicina. 11. T. alis hyalinis puncto marginali fuſco, abdomine flavo lineis tribus fuſcis. *Fn. ſvec.* 1130.
*Habitat in* Europa.

nigra. 12. T. alis fuſcis, corpore atro. *Fn. ſvec.* 1132.
*Habitat in* Europa.

atrata. 13. T. alis hyalinis puncto marginali corporeque atro, ventre pedibusque rufis. *Fn. ſvec.* 1127.
*Habitat in* Larvis P. Vinulæ? *Clerck.*

maculata. 14. T. alis hyalinis maculis duabus fuſcis, abdominis medio maculato-ferrugineo.
*Habitat in* Europa.

annulata. 15. T. alis fuſco variegatis, femoribus annulo albo. *Fn. ſvec.* 1122.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 4. *f.* 1, 2.
*Habitat in* Europa.

flaveſcens. 16. T. alis immaculatis, corpore flavo, dorſo fuſco. *Fn. ſvec.* 1133.
*Habitat in* Europa.

17. T.

regelationis. 17. T. alis hyalinis nitentibus, corpore cinereo fuſco.
*Habitat in* Europæ *terreſtribus, primo vere frequens.*

replicata. 18. T. alis hyalinis margine tenuiore recurvato, corpore fuſco, antennis ſimplicibus. *De Geer Act. Upſal.*
*Habitat in* Europa.

* * *Alis incumbentibus.*

plumoſa. 19. T. thorace vireſcente, alis hyalinis puncto nigro. *Fn. ſvec.* 1135.
*It. œland.* 40, 41, 86, 160.
*Gœd inſ.* 3. *t. X.*
*Liſt. gæd. f.* 140.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 5. *f.* 16.
*Habitat in* Europa, *imprimis in maritimis.*

littoralis. 20. T. vireſcens alis immaculatis, pedibus anticis longiſſimis. *Fn. ſvec.* 1136. 1140.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 6. *f.* 12, 13, 14.
*Habitat in* Europæ *maritimis.*

motatrix. 21. T. pedibus anticis maximis motatoriis, annulo albo. *Friſch. inſ.* 11. *t.* 13.
*Habitat in* Europa.

vibratoria. 22. T. pedibus anticis maximis motatoriis apice albis. *Fn. ſvec.* 1138.
*It. œl.* 160.
*Habitat in* Europa.

tremula. 23. T. pedibus anticis longiſſimis motatoriis nigris annulis albis.
*Habitat* Upſaliæ. *T. Bergman.*
*Alæ hyalinæ immaculatæ. Thorax pallidus maculis tribus nigris longitudinalibus. Abdomen flavo-rubrum. Oculi nigri. Antennæ piloſæ.*

monilis. 24. T. pedibus albis annulis novem nigris, alis albo cinereoque variis. *Fn. ſvec.* 1139.
*Habitat in* Europa.

macrocephala. 25. T. corpore vireſcenti, oculis thoracisque tergo nigris. *Fn. ſvec.* 1141.
*Habitat in* littoribus humidis, *agiliſſima.*

Marci. 26. T. nigra glabra, alis nigricantibus, femoribus anticis introrſum ſulcatis. *Fn. ſvec.* 1143.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 7. *f.* 17, 18.
*Habitat in* fimetis *&* *Terra prægnante primo vere.*

brevicornis. 27. T. nigra glabra, oculis margine nigricantibus, femoribus tibiisque anticis ſpina terminatis.
*Habitat in* Europæ *umbroſis.*

putris. 28. T. fuſca, alarum baſi cinerea. *Fn. ſvec.* 1144.
*Friſch. inſ.* 4. *t.* 2.
*Habitat in* Terra *prægnante, primo vere.*

febrilis. 29. T. atra oblonga hirta, alis nigricantibus. *Fn. ſvec.* 1145.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 6. *Pet. gaz. t.* 14. *f.* 4.
*Liſt. gœd. f.* 108. *Reaum. inſ.* 5. *t.* 7. *f.* 7-12?
*Habitat in locis* ſuffocatis.

florilega. 30. T. atra holoſericea. *Fn. ſvec.* 1146.
*Habitat in* Pomonæ *floribus, quos deſtruit.*

Hortulana. 31. T. alis albis margine nigro, thorace abdomineque rubro. *Fn. ſvec.* 1147.
*Habitat in* Aſparago *&* Pomonæ *floribus, quorum peſtis eſt.*

phalænoides. 32. T. alis deflexis cinereis ovato-lanceolatis ciliatis. *Fn. ſvec.* 1148.
*Leuw. epiſt.* 1692. *jan.* 24. *f.* 2, 3. *Friſch. inſ.* 11. *t.* 11.
*Habitat in Parietibus ad* ſterquilinia.

notata. 33. T. atra, alis albis, abdomine latere antice macula alba. *Fn. ſvec.* 1149.
*Habitat in* Europa.

Juniperina. 34. T. alis incumbentibus glaucis: margine tenuiore villoſo. *Fn. ſvec.* 1150.
*Habitat in* Juniperi *triglochide, quam cauſſat.*

paluſtris. 35. T. atra, abdomine rufeſcente. *Fn. ſvec.* 1151.
*Habitat in* Europæ *paludoſis.*

longicornis. 36. T. antennis corpore incarnato longioribus. *Fn. ſvec.* 1152.
*Habitat in* Europa.

pinnicornis. 37. T. antennis bipectinatis, corpore atro, halteribus albis.
*Habitat in* Svecia.
*Pulice minor, anguſta. Thorax aterrimus.*

## 222. MUSCA. *Os* Proboſcide carnoſa: labiis 2 lateralibus: Palpi nulli.

* *Filatæ Antennis ſimplicibus absque filo laterali.*

plebeja. 1. M. antennis filatis ſubulatis, corpore cinereo hirto, abdominis inciſuris margine albidis.
*Habitat in* Europa.

illucens. 2. M. antennis filatis clavatis, alis cæruleis, corpore nigro, abdominis ſegmento ſecundo lateribus pellucido.
*Habitat in* America *auſtrali. Muſ. De Geer.*
*Antennæ longæ nigræ. Abdominis ſegmentum ſecundum glaucum, lateribus pellucidum.*

chamæleon. 3. M. antennis filatis clavatis, ſcutello bidentato luteo, abdomine nigro: faſciis lateralibus luteis.
*Fn. ſvec.* 1083, 1029. *Friſch. inſ.* 5. *t.* 10.
*It. wgoth.* 84. *Reaum. inſ.* 4. *t.* 25.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 70. *Rœſ. inſ. muſc.* 2. *t.* 5.
*Swamm. metam. t.* 4.
*bibl. t.* 42. *f.* 2.
*Habitat Larva in* Aquis *dulcibus.*
*Muſca ſupra aquam obambulare ſolet.*

microleon. 4. M. antennis filatis clavatis, ſcutello bidentato nigro, abdomine atro: ſtrigis lateralibus albis.
*Habitat in* Europa.

hydroleon. 5. M. antennis filatis clavatis, ſcutello bidentato nigro, abdomine viridi, medio nigro angulato.
*Habitat in* Europa.

6. M.

---

Muſcæ *diſtinguuntur antennis inermibus l. armatis.*
Filatæ *antennis absque ſeta aut pluma laterali.*
Armatæ *antennis cum ſeta aut pluma laterali.*
- Tomentoſæ *corpore pubeſcente, ſæpe vix manifeſte.*
- - Plumatis *antennis pectinatæ.*
- - Setariis *antennis ſimplici ſeta.*
- Piloſæ *raris ſetis, imprimis in thorace conſpicuis.*
- - Plumatis *antennis.*
- - Setariis *antennis.*

pantherina. 6. M. antennis filatis, corpore atro, abdomine dorſo maculis tribus, marginibus totidem connatis albis.
*Habitat in* Svecia.
*Similis M. Hypoleoni, ſed ſcutellum integrum. Antennæ clavatæ breves. Corpus nudum. Abdomen depreſſum, marginatum; inciſuris margine medio albis & margine laterali.*

Morio. 7. M. antennis filatis ſubulatis, corpore hirto atro, alis dimidiato-nigris.
*Fn. ſvec.* 1067.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 27. *f.* 13.
*Aldr. inſ. t.* 2. *f.* 13.
*Habitat in* Europa.

Maura. 8. M. antennis filatis ſubulatis, corpore hirto at[illegible] faſciato, alis nigro variis.
*Habitat in* Europa.

Hottentotta. 9. M. antennis filatis ſubulatis, corpore hirt[illegible] alis coſta fuſcis.
*Habitat in* Europa.

Scolopacea. 10. M. antennis filatis apice ſetigeris, abdomine flaveſcente trifariam nigro-punctato, alis nebuloſis.
*Fn. ſvec.* 1066.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 10. *f.* 5, 6.
*Habitat in* Europa.

Vermileo. 11. M. antennis filatis apice ſetigeris, abdomine trifariam nigro-punctato, thorace maculato, alis immaculatis.
*De Geer act. Stockh.* 1752. *p.* 180, 260. *t.* 5.
*Habitat in* Galliæ *arenis mobilis.*

tringaria. 12. M. antennis filatis apice ſetigeris, abdomine trifariam nigro-punctato, thorace unicolore, alis immaculatis.
*Habitat in* Svecia.
*Similis priori, a qua differt thorace cano, nec dorſi maculis fuſcis longitudinalibus notato.*

Conopſoides. 13. M. antennis clavatis mucronatis baſi coadunatis, corpore atro, abdominis cingulis tribus flavis.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 33. *f.* 12, 13.
*Habitat in* Europa.
*Simillima Muſcæ macrocephalæ.*

* * *To-*

* * *Tomentoſæ plumatæ.*

bombylans. 14. M. antennis plumatis tomentoſa nigra, abdomine hirſuto poſtice rufo.
*Habitat in* Europa.

myſtacea. 15. M. antennis plumatis tomentoſa nigra, thorace abdominis apice alarumque baſi fulvis. *Faun. ſvec.* 1069.
*Fn. ſvec.* 1071. *femina.*
*Habitat in* Europa.

lappona. 16. M. antennis plumatis ſubtomentoſa nigra, ſcutello ferrugineo, abdomine cingulis tribus albidis interruptis.
*Habitat in* Svecia. *D. C. Solander.*

* * * *Tomentoſæ ſetariæ.*

pendula. 17. M. antennis ſetariis tomentoſa, thorace lineis quatuor, abdomine faſciis tribus interruptis flavis. *Faun. ſvec.* 1081.
*Friſch. inſ.* 4. *t.* 13. *Reaum. inſ.* 4. *t.* 31. *f.* 9-11.
*Habitat in aquis ſtagnantibus; Larva tubo ſuſiformi reſpiratorio ſuſpendenda.*

florea. 18. M. antennis ſetariis tomentoſa, thorace faſciis duabus inæqualibus nigris, abdomine duabus luteis ſubabruptis. *Fn. ſvec.* 1080
*Alb. inſ. t.* 17. *f.* 1.
*Habitat in* Europa.

nemorum. 19. M. antennis ſetariis tomentoſa, abdomine ſegmento luteo cingulisque tribus albis, ſegmento primo lateribus luteo.
*Fn. ſvec.* 1078. *Mer. eur. t.* 2.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 31. *f.* 8. *Alb. inſ. t.* 3. *f. M. L.*
*Habitat in* Europa.

arbuſtorum. 20. M. antennis ſetariis tomentoſa, thorace griſeo, abdomine ſubfuſco: ſegmento primo ſecundoque latere ferrugineis.
*Habitat in* Europa, *ſimillima inſequenti.*

tenax. 21. M. antennis ſetariis, tomentoſa, thorace griſeo abdomine ſubfuſco unicolore, tibiis poſticis compreſſo-gibbis.

*Fn.*

*Fn. ſvec.* 1072. *Gœd. inſ.* 1. *t.* 2.
*Swamm. bibl. t.* 38. *f.* 9. *Liſt. gœd. t.* 126.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 20. *f.* 7. *Raj. inſ.* 272.
*Blank. inſ. t.* 10. *f. F.*
*Habitat in* fimetis, *cloacis*, *aquis* putreſcentibus, *vix prelo deſtruenda larva.*

intricaria. 22. M. antennis ſetariis tomentoſa luteſcens, abdominis apice albido, genubus albis.
*Habitat in* Europa.
*Similis Muſcæ diſcolori.*

œſtracea. 23. M. antennis ſetariis tomentoſa nigra, ſcutello albido, abdominis apice luteſcente.
*Fn. ſvec.* 1070.
*Habitat in* Europa.

fallax. 24. M. antennis ſetariis fuſca, fronte flava, abdominis apice tomentoſo fulvo, ſquama halterum lactea.
*Habitat in* Europa.
*Similis externa facie antecedenti.*

lucorum. 25. M. antennis ſetariis ſubtomentoſa, thorace ſubgriſeo, abdomine nigro: ſegmento primo toto flavo.
*Habitat in* Europa.

ſylvarum. 26. M. antennis ſetariis, tomentoſa nigra, abdominis ultimo ſegmento tomentoſo flavo.
*Habitat in* Europa.

bicincta. 27. M. antennis ſetariis elongatis nigra, thorace lateribus punctis, abdomineque cingulis duobus flavis.
*Habitat in* Europa.
*Abdomen glabrum ut ſequentis; faſcia prior interrupta.*

arcuata. 28. M. antennis ſetariis elongatis nigra, thorace lateribus maculis, abdomine cingulis quatuor arcuatis flavis.
*Habitat in* Europa.
*Scutellum flavum macula nigra; Abdomen glabrum. Thorax nudiuſculus ſubtomentoſus.*

mutabilis. 29. M. antennis ſetariis elongatis tomentoſa, abdomine nigro griſeoque mutabili, ſcutello ferrugineo, thorace immaculato.
*Habitat in* Europa.

30. M.

ichneumonea. 30. M. antennis ſetariis elongatis cylindricis, thorace pedibusque longiuſculis ferrugineis, abdomine cinereo.
*Habitat in* Europa, *ſimillima Ichneumoni.*

diophthalma. 31. M. antennis ſetariis nuda, thorace maculis, abdomine cingulis ſex flavis, femoribus poſticis dentatis.
*Habitat in* Europa.
*Nigra. Oculi faſcia fuſca perpendiculari; Pedes ferruginei. Femora poſtica ſubtus denticulo. Scutellum ferrugineum poſt lunulam flavam. Maculæ* 14 *flavæ thoracis.*

veſpiformis. 32. M. antennis ſetariis nuda, thorace maculis, abdomine cingulis ſex flavis, pedibus anticis nigris.
*Habitat in* Europa.
*Abdominis faſciæ poſticæ per paria dorſo uniuntur. Pedes ferruginei femoribus muticis. Scutellum nigrum.*

feſtiva. 33. M. antennis ſetariis nuda, thorace lineis lateralibus, abdomine cingulis quatuor flavis interruptis.
*Habitat in* Europa.
*Pedes flavi.*

erratica. 34. M. antennis ſetariis nudiuſcula, thorace immaculato ſcutello ferrugineo, abdomine cingulis tribus albidis.
*Habitat in* Europa.

glaucia. 35. M. antennis ſetariis ſubtomentoſa, thorace immaculato, ſcutello glauco, abdomine cingulis tribus albidis interruptis.
*Habitat in* Europa.
*Corpus nigrum; faſcia prima abdominis baſeos latior eſt & fere pellucida.*

noctiluca. 36. M. antennis ſetariis ſubtomentoſa atra, abdominis primo ſegmento maculis duabus pellucidis.
*Habitat in* Europa.

gibboſa. 37. M. antennis ſetariis ſubtomentoſa nigra, abdomine ſubgloboſo cingulis quatuor albis, ſquamis halterum buccatis.
*Habitat in* Svecia.

Ribeſii. 38. M. antennis ſetariis nigra nudiuſcula, thorace immaculato, abdomine cingulis quatuor flavis: primo interrupto.

*Fn. ſvec.* 1089.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 41. *Liſt. gœd. t.* 133.
*Habitat inter* Aphides Ribeos.

Pyraſtri. 39. M. antennis ſetariis nigra nudiuſcula, thorace immaculato, abdomine bis tribus lunulis flavis recurvatis.
*Fn. ſvec.* 1090. *Gœd. inſ.* 1. *t.* 47. *larva.*
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 22. *f.* 1. *Liſt. gœd. t.* 134.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 31. *f.* 9. *Blank. inſ. t.* 10. *f. P.*
*Alb. inſ. t.* 66.
*Habitat inter* Aphides Pyri.

transfuga. 40. M. antennis ſetariis nigra, abdomine cylindrico tomentoſo lunulis bis tribus albidis recurvis. *Fn. ſvec.* 1094.
*Habitat in* Svecia *rarior; olim lecta, nec dein a me in Svecia reperta.*

Menthaſtri. 41. M. antennis ſetariis nigra nuda, thorace maculato, abdomine cingulis quatuor ſcutelloque flavis.
*Fn. ſvec.* 1097.
*Habitat inter Aphides, at Muſca in* Menthæ *floribus melliſuga.*

ſcripta. 42. M. antennis ſetariis nudiuſcula, thorace lineis, ſcutello abdomineque lineari faſciis flavis.
*Fn. ſvec.* 1091.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 10. *f.* 2, 3.
*Rœſ. inſ.* 2. *muſc. t.* 6.
*Habitat inter* Aphides, *at Muſca in floribus.*

mellina. 43. M. antennis ſetariis nuda, thorace ſubæneo fuſceſcente immaculato, abdomine maculis 8 luteſcentibus.
*Fn. ſvec.* 1092, 1093.
*Habitat inter* Aphides, *quibus victitat.*
*Variat abdominis dorſo* 4, 3, *&* 2 *paribus macularum ferruginearum: iisque l. tetragonis, l. trigonis, l. rotundis.*

pipiens. 44. M. antennis ſetariis glabra nigra, abdomine utrinque albo maculato, femoribus poſticis clavatis dentatis.
*Fn. ſvec.* 1096.
*Habitat in Europa, volitat frequens ad flores* Menthæ *aliosque.*

45. M.

Aphidivoræ *Muſcæ* 38-45 *ſunt, quarum Larvæ foliis impoſitæ Aphidibus victitant, vix e loco moventur, & ſolo roſtro, tanquam totum corpus proboſcide conſtaret, aphides inquirunt, legunt, conſumunt.*

ſegnis. 45. M. antennis ſetariis glabra, thorace ſubæneo, abdomine ferrugineo: apice nigro, femoribus poſticis clavatis.
*Habitat in* Europa.

femorata. 46. M. antennis ſetariis glabra atra oblonga, femoribus poſticis clavatis, pedibusque anticis rubris.
*Habitat in* Europa.

* * * * *Piloſæ plumatæ.*

inanis. 47. M. antennis plumatis piloſa flaveſcens, abdomine pellucido cingulis duobus nigris.
*Habitat in* Europa.
*Simillima ſequenti, ſed Thorax magis villoſo-flavus. Abdomen pellucidum, flavum, cinctum faſciis duabus nigris & ano nigro. Roſtrum utrinque corneum glabrum. Alæ absque faſcia.*

pellucens. 48. M. antennis plumatis piloſa nigra, abdominis ſegmento primo albo pellucido.
*Fn. ſvec.* 1073. *Raj. inſ.* 271.
*Habitat in* Europa.

meridiana. 49. M. antennis plumatis piloſa nigra, fronte aurata, alis baſi luteis. *Fn. ſvec.* 1077.
*Habitat in* Europa.

Cæſar. 50. M. antennis plumatis piloſa viridi-nitens, pedibus nigris. *Fn. ſvec.* 1098.
*Raj. inſ.* 272. *Mouff. inſ. t.* 49.
*Habitat in* Cadaveribus.

cadaverina. 51. M. antennis plumatis piloſa æneo-nitens: thorace cæruleo, abdomine viridi. *Fn. ſvec.* 1099.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 54. *Liſt. gœd. f.* 123.
*Habitat in* Cadaveribus.

Vomitoria. 52. M. antennis plumatis piloſa, thorace nigro, abdomine cæruleo nitente. *Fn. ſvec.* 1102.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 53. *Reaum. inſ.* 4. *t.* 8. *f* 1.
*Liſt. gœd. f.* 122. *t.* 19. *f.* 8.
*Raj. inſ.* 27. *t.* 24. *f.* 13, 15.
*Lyonet. leſſ. t.* 1. *f.* 23, 27.
*Habitat in* Cadaveribus; *etiam* Americæ. *Kalm.*

carnaria. 53. M. antennis plumatis piloſa nigra, thorace lineis pallidioribus, abdomine nitidulo teſſellato: major.
*Fn. ſvec.* 1105. *Friſch. inſ.* 7. *t.* 14.
*Aldr. inſ.* 348. *t.* 2. *f.* 16. *Reaum. inſ.* 4. *t.* 29. *f.* 4-6.
*Jonſt. inſ. t.* 8. *O.* 2. *f.* 16. *Raj. inſ.* 2. *muſc. t.* 9, 10.
*Raj. inſ.* 270.
*Habitat in* Cadaveribus *Europæ*, *etiam* Americæ. *Kalm.*

domeſtica. 54. M. antennis plumatis piloſa nigra, thorace lineis 5 obſoletis, abdomine nitidulo teſſellato: minor.
*Fn ſvec.* 1106. *Joblot. micr.* 1. *pp. t.* 5.
*Aldr. inſ. t.* 2. *f.* 23. *Raj. inſ.* 270.
*Habitat in Europæ* domibus, *etiam Americæ.*
*Larvæ in fimo Equino: Pupæ parallele cubantes.*

ſepulchralis. 55. M. antennis plumatis piloſa nigra, abdomine atro nitidulo: ſupra glaberrimo.
*Habitat in* Europa.
*Statura Muſcæ domeſticæ, ſed tota atra; alter ſexus ſeta non piloſa.*

* * * * * *Piloſæ ſetariæ.*

groſſa. 56. M. antennis ſetariis piloſa nigra, alis baſi ferrugineis.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 26. *f.* 10.
*Habitat in* Stercore bovino.
*Similis M. meridianæ, ſed major omnibus noſtris muſcis.*

rotundata. 57. M, antennis ſetariis piloſa, thorace ſublineato, abdomine ſubrotundo flavo: maculis longitudinalibus fuſcis confertis.
*Habitat in* Europa.
*Maculæ* 5 *dorſales, in altero ſexu diſtantes, in altero contiguæ.*

Larvarum. 58. M. antennis ſetariis piloſa nigricans, thorace cinereo, abdomine pallidius teſſellato.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 23.
*Habitat in* Larvis *Lepidopterorum.*
*Similis M. domeſticæ, ſed thorax vix lineatus.*

Radicum. 59. M. antennis ſetariis piloſa, abdomine cinereo: linea dorſali cingulisque quatuor nigris.
*Habitat in* radicibus Raphani. *Rolander.*
*Similis M. domeſticæ, ſed dimidio minor, anguſtior.*

60. M.

lateralis. 60. M. antennis ſetariis piloſa nigricans, abdominis lateribus ferrugineis.
*Habitat in* Europa.

Cœmiteriorum. 61. M. antennis ſetariis piloſa nigra, abdomine ſupra glabro.
*Habitat in* Europa.
*Similis M. ſepulchrali, ſed paulo minor.*

pluvialis. 62. M. antennis ſetariis piloſa cinerea, thorace maculis quinque nigris, abdomine maculis tridentatis obſoletis.
*Fn. ſvec.* 1112.
*Habitat in* Europa.

feneſtralis. 63. M. antennis ſetariis ſubpiloſa atra, abdomine ſupra rugoſo ſtrigis albis.
*Habitat in* Europa, *frequens in feneſtris.*

roralis. 64. M antennis ſetariis piloſa aterrima.
*Habitat in* Europa.

ſerrata. 65. M. antennis ſetariis piloſa fuſca, alarum coſta pilis breviſſimis ſerrata, abdomine pedibusque ferrugineis.
*Habitat in* Europa.

cellaris. 66. M. antennis ſetariis piloſa nigra, alis nervoſis, oculis ferrugineis. *Fn. ſvec.* 1111.
*Habitat in* cellis *vinariis aliisque.*

meteorica. 67. M. antennis ſetariis piloſa nigra, abdomine ſubcinereo, alis baſi ſubflavis, oculis brunneis.
*It. wgoth.* 37.
*Habitat in* Europa, *nebulæ inſtar, ingruente imprimis pluvia, ora Equorum obvolitantis. Amœn. acad.* 3. *p.* 358.

putris. 68. M. antennis ſetariis ſubpiloſa atra, alarum coſta nigra oculis ferrugineis.
*α. Fn. ſvec.* 1110.
*caſei.* *β. Fn. ſvec.* 1109. *Gœd. inſ.* 1. *t.* 73.
*Mer. eur. t.* 43. *f.* 83. *Liſt. gœd. t.* 132.
*Friſch. inſ.* 1. *t.* 7.
*Habitat α in* Fimetis, *β in* Caſeo.
*Hæ tres ſpecies adeo affines, ut difficulter diſtingvantur.*

Frit. 69. M. antennis ſetariis piloſa nigra, halteribus plantis poſticis abdomineque vireſcenti-pallidis.
*Linn. act. Stockh.* 1750. *p.* 128.
*Habitat in glumis* Hordei, *decimum quodque granum Hordeaceum apud nos deſtruens.*

Lepræ. 70. M. antennis ſetariis atra nitens, antennis pedibusque albis, oculis rufo inauratis.
*Habitat in* Elephantiaſi *Nigritarum Americæ. Rolander.*
*Corpus pediculo minus. Abdomen ſubtus & baſi album. Denticulus utrinque ad baſin proboſcidis.*

cupraria. 71. M. antennis ſetariis glabra ænea, thorace viridi, abdomine cupreo oblongo: halteribus nudis.
*Fn. ſvec.* 1103.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 22. *f.* 7, 8.
*Habitat in* Europa.

polita. 72. M. antennis ſetariis glabra ænea, capite viridi, thorace abdomineque cæruleis, halteribus nudis.
*Habitat in* Europa
*Variat colore viridi & cæruleo.*

viduata. 73. M. antennis ſetariis glabra nuda æneo-nigra, abdomine atro: dorſo atro, ſquamis halterum ciliatis.
*Habitat in* Europa.

pubera. 74. M. antennis ſetariis piloſa nigra, abdominis ultimo ſegmento incurvato: pube utrinque reflexa.
*Habitat in* Europa.

Petronella. 75. M. antennis ſetariis piloſa glabra livida, fronte rubra, cauda incurvata, pedibus elongatis teſtaceis.
*It. wgoth.* 55.
*Habitat ad* aquas, *curſitans muſca ſupra aquas quietas.*

ungulata. 76. M. antennis ſetariis piloſa glabra æneo-viridis, cauda uncinata, pedibus elongatis pallidis.
*Fn. ſvec.* 1053.
*Habitat in* Europa.

æquinoctialis. 77. M. antennis ſetariis glabra nigra, capite teſtaceo, oculis brunneis, pedibus elongatis.
*Habitat in* America *meridionali. Muſ. De Geer.*

79. M.

cibaria. 78. M. antennis ſetariis lævis, vertice punctis tribus elevatis, abdomine cinereo adunco, pedibus elongatis.
*Habitat in* Culinis & *in* cibariis *antiquis.*

ſcybalaria. 79. M. antennis ſetariis piloſa rufo-ferruginea hirta, alis puncto obſcuriore.
*Habitat in* Stercore.
*Similis M. ſtercorariæ ſed duplo major, & ſaturatius colorata.*

ſtercoraria. 80. M. antennis ſetariis piloſa griſea hirta, alis puncto obſcuriore. *Fn. ſvec.* 1068.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 27. *f.* 1-3.
*Habitat in* Stercore.

fimetaria. 81. M. antennis ſetariis piloſa livens glabrata, alis puncto obſcuriore.
*Habitat in* Europa.

parietina. 82. M. antennis ſetariis, alis fuſcis albo punctatis maculatisque, fronte teſtacea.
*Habitat in* Europa.

umbrarum. 83. M. antennis ſetariis, alis fuſcis albo maculatis, fronte nivea.
*Habitat in* Europa.

groſſificationis. 84. M. antennis ſetariis, alis nigris apice albis. *Fn. ſvec.* 1051.
*Habitat in* Europa, *rarius.*

ſaltuum. 85. M. antennis ſetariis, alis albis coſta punctoque terminali fuſcis, corpore flavo, occipite nigricante.
*Habitat in* Europa.

vibrans. 86. M. antennis ſetariis piloſa, alis hyalinis apice nigro, capite rubro. *Fn. ſvec.* 1052.
*Habitat in* Europa, *ubique vibrans alas.*

cynipſea. 87. M. antennis ſetariis, alis apice puncto nigro, abdominis primo articulo obovato.
*Fn. ſvec.* 1054.
*Habitat in* Europa.
*Femora antica ſubtus denticulata ſunt.*

flava. 88. M. antennis ſetariis flava nuda, oculis viridiſſimis. *Fn. ſvec.* 1114.
*Habitat in* Europa; *vix Pediculo major.*

æſtuans. 89. M. antennis ſetariis, alis unguiculatis albis puncto centrali nigricante. *Fn. ſvec.* 1055.
*Habitat in* Europa.

Serratulæ. 90. M. antennis ſetariis, alis albis, thorace vireſcente, abdomine cinereo lineis quatuor punctorum nigrorum.
*Habitat in* Cardui & *affinium floribus.*

Arnicæ. 91. M. antennis ſetariis, alis unguiculatis griſeis nigro maculatis.
*Fn. ſvec.* 1057. *Aldr. inſ.* 346. *t.* 1. *f.* 5.
*Habitat in diſcis florum radiatorum, imprimis* Arnices *montanæ.*

Hyoſcyami. 92. M. antennis ſetariis, alis unguiculatis albis fuſco maculatis.
*Fn. ſvec.* 1058
*Habitat in* Hyoſcyamis, Carduis.

germinationis. 93. M. antennis ſetariis, alis albis margine maculisque nigris. *Fn. ſvec.* 1059.
*Habitat in* Foliis arborum, *frequens primo vere.*

Urticæ. 94. M. antennis ſetariis, alis albis puncto terminali faſciisque tribus fuſcis diſtinctis.
*Habitat in* Urtica.

Ceraſi. 95. antennis ſetariis, alis albis: faſciis fuſcis inæqualibus: poſticis exterius connexis.
*Fn. ſvec.* 1061.
*Blank. inſ. t.* 16. *f. L.*
*Red. vivent.* 264.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 38. *f.* 22, 23.
*Habitat in* Ceraſorum *nucleis.*

Heraclii. 96. M. antennis ſetariis, alis albis: faſciis fuſcis repandis, oculis viridibus.
*Habitat in foliis* Heraclii; *ſubcutanea.*

Cardui. 97. M. antennis ſetariis, alis albis: linea geminata fuſca S literæ figura, oculis viridibus. *Fn. ſvec.* 1063.

***Reaum.***

*Reaum. inſ.* 3. *t.* 45. *f.* 12-14. *Gœd. inſ.* 1. *t.* 50.
*Blank. inſ. t.* 16 *Liſt. gœd. t.* 129.
*Habitat in* Cardui *criſpi*, Serratulæ *arvenſis Gallis.*

ſolſtitialis. 98. M. antennis ſetariis, alis albis unguiculatis: faſciis quatuor fuſcis, ſcutello flavo. *Fn. ſvec.* 1084.
*Habitat in* Carduis, *aliisque.*

florescentiæ. 99. M. antennis ſetariis, alis pallidis venis nigricantibus: ſtrigis duabus undatis apiceque fuſcis. *Fn. ſvec.* 1065.
*Habitat in* Europa.

frondeſcentiæ. 100. M. antennis ſetariis, alis nigris: faſciis duabus punctisque duobus albis, corpore nigro.
*Habitat in* Europa.

## 223. TABANUS. *Os* Proboſcide carnoſa, terminata labiis duobus.
*Roſtro* Palpis duobus, ſubulatis, proboſcidi lateralibus, parallelis.

bovinus. 1. T. oculis vireſcentibus, abdominis dorſo maculis albis trigonis longitudinalibus.
*Fn. ſvec.* 1045.
*Jonſt. inſ. t.* 8. o. 2. *f.* 22.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 17. *f.* 8.
*Habitat in* Europa, *Equis infeſtus.*

calens. 2. T. oculis viridibus, abdominis dorſo linea alba, antennis rubris.
*Habitat in* America. *Muſ. De Geer.*

Tarandinus. 3. T. oculis viridibus? abdominis ſegmentis margine luteis, pedibus rufis.
*Fn. ſvec.* 1046.
*Habitat in* Lapponia, Norvegia, *Tarandorum tenella cornua pungens, vulnerans, deformans.*

exæſtuans. 4. T. oculis viridibus, abdominis ſegmentis margine albis, tibiis candidis.
*Habitat in* America *meridionali. Rolander.*

fervens. 5. T. oculis viridibus, abdomine antennisque luteis, capite thoraceque fuſco.
*Habitat in* America *auſtraliore.*

mexicanus. 6. T. oculis . . ., corpore livido, antennis viridibus, alis vireſcentibus punctis anaſtomoſantibus.
*Habitat in* America *meridionali. Rolander.*

Bromius. 7. T. oculis faſcia unica purpuraſcente, corpore cineraſcente. *Fn. ſvec.* 1048.
*Habitat in* Europa.

occidentalis. 8. T. oculis faſciis binis fuſcis, corpore fuſco, abdomine lineis tribus fulvis.
*Habitat in* America *meridionali. Lœfling.*

tropicus. 9. T. oculis faſciis ternis fuſcis, abdominis lateribus ferrugineis. *Fn. ſvec.* 1047.
*Habitat in* Europa, *Equis inſtante pluvia moleſtus.*

antarcticus. 10. T. oculis faſciis quaternis fuſcis, ſcutello macula nigra, tibiis anticis albis.
*Habitat in* America *calidiore. Rolander.*
*Dorſum abdominis notatum maculis albis.*

pluvialis. 11. T. oculis faſciis quaternis undatis, alis fuſco punctatis.
*Fn. ſvec.* 1050. *Reaum. inſ.* 4. *t.* 18. *f.* 1.
*Habitat in* Europa.

cæcutiens. 12 T. oculis nigro-punctatis, alis maculatis.
*Fn. ſvec.* 1049.
*Habitat in* Europa.

## 224. CULEX. *Os* aculeis ſetaceis intra vaginam flexilem.

pipiens. 1. C. cinereus, abdomine annulis fuſcis octo. *Fn. ſvec.* 1116.
*Fl. lapp.* 363. 364.
*Blank. inſ. t.* 15. *f. A-D.*
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 43, 44.
*Swamm. quart. t.* 23.
*bibl. t.* 31. *f.* 4-8. *t.* 32. *f.* 1-5.
*Joblot.*

Culicis *Larvæ plerumque in aqua degunt & Pupæ moventur agiles.*

*Joblot. micr. 1. pp. 2. t. 13. f. A. B. C. D. E. H I. L.*

β. *Kalm. itin. 2. p.* 268. Muſquetoés.

*Habitat in* Europæ *aquoſis; copioſiſſima in* Lapponia; *etiam in* America *obvia. Kalm.*

*Mas antennis plumoſis vix pungit aut ſugit ſanguinem. Larva in Aquis; Pupa bicornis reverſa; Inſectum pipiens, pungens: in calidis magis venenata.* [illegible] *allicit. pullos Gallinarum nutrit* Lapponum *calamitas feliciſſima.*

bifurcatus. 2. C. fuſcus, roſtro bifurco. *Fn. ſvec.* 1115.
*Raj. inſ.* 74. *n.* 4. *Reaum. inſ.* 4. *t.* 40. *f.* 1, 2.
*Habitat in* Europa.

pulicaris. 3. C. alis hyalinis: maculis tribus obſcuris. *Faun. ſvec.* 1117.
*Fl. lapp.* 365.
*Derh. phyſ-th. l.* 1. *c.* 11. *f.* 5, 6.
*Habitat in* Europa; *in* America. *Kalm.*
*Curſitat, mordet, relinquit punctum fuſcum. Amoen. acad.* 3. *p.* 343.

reptans. 4. C. niger, alis hyalinis, pedibus nigris annulo albo. *Fn. ſvec.* 1118.
*Habitat in* Europa, *reptatu moleſtus tempore veſpertino.*

equinus. 5. C. ater, abdomine fuſco, fronte alba. *Fn. ſvec.* 1120.
*Fl. lapp.* 359.
*Habitat circum* Equos, *quorum ſanguinem haurit, inter crines eorum curſitans.*

ſtercoreus. 6. C. teſtaceus, alis reticulatis, linea thoracis, tribuſque abdominis nigricantibus.
*Habitat in* ſtercoribus.

## 225. EMPIS. *Os* Roſtro corneo, inflexo, bivalvi, thorace longiore: valvulis horizontalibus.

borealis. 1. E. antennis filatis nigra, alis ſubrotundis fuſco-ferrugineis.
*Fn. ſvec.* 1038.
*Habitat in* Norlandia, *choreas aereas circa veſperas inſtituens.*

2. E.

penni-pes. 2. E. antennis filatis nigra, pedibus poſticis longis: alteri pennatis.
*Fn. ſvec.* 1041.
*Habitat in* Europa.

livida. 3. E. antennis filatis livida, thorace lineis tribus nigris.
*Habitat in* Europa.
*Corpus lividum. Thorax linea dorſali lateralibusque nigris. Abdomen ſupra magis fuſcum. Alæ oblongæ venis fuſcis.*

## 226. CONOPS. *Os* Roſtro porrecto, geniculato.

roſtrata. 1. C. antennis ſetariis nigra, abdomine ovato flavo lævi, roſtro conico.
*Habitat in* Germania. *P. Forsſkål. Phil. Mag.*
*Statura Muſcæ domeſticæ. Roſtrum corneum, porrectum, convexum, capite longius, verſus baſin reliquis omnibus multo craſſius. Tibiæ flaveſcentes. Alæ pallidæ.*

calci-trans. 2. C. antennis ſubplumatis cinerea glabra ovata. *Fn. ſvec.* 1042.
*Habitat ad* Boum *pedes, unde eorum continuus calcitratus. Amœn. acad.* 3. *p.* 343.
*Simillima Muſcæ domeſticæ, ut vix dignoſcatur ab inexercitatis, niſi ſolo roſtro.*

irritans. 3. C. antennis ſetariis cinerea ſubpiloſa ovata.
*Habitat cum* Pecoribus.
*Simillimus præcedenti, ſed dimidio minor.*

macroce-phala. 4. C. antennis clavatis mucronatis luteis, abdomine ſubcylindrico glabro: ſegmentis quatuor margine flaveſcentibus.
*Fn. ſvec.* 1030 *Uddm. diſſ.* 100.
*Habitat in* Europa.
*Simillima Muſcæ conopſoidi, ſed antennæ baſi diſtinctæ.*

flavipes. 5. C. antennis clavatis mucronatis nigris, abdomine ſubcylindrico glabro: ſegmentis tribus margine flavis.
*Habitat in* Europa.
*Simillima Muſcæ conopſoidi, nigra. Puncta 2 lutea ad baſin abdominis. Pedes flavi (nec, ut præcedentis, ferruginei) faſciis nigris.*

buccata. 6. C. antennis ſetariis, abdomine hamoſo griſeo, facie veſiculari alba, alis nebuloſis.
*Habitat in* Europa.

## 227. ASILUS. *Os* Roſtro corneo, porrecto, recto, bivalvi.

maurus. 1. A. ſubferrugineus, pectoris lateribus punctis thoracisque dorſo lineis tribus nigris.
*Habitat in* Mauritania. *E. Brander.*
*Magnitudo Aſili crabroniformis. Antennæ ferrugineæ. Abdominis ſegmenta margine fuſca.*

barbarus. 2. A. fronte thorace pedibusque ferrugineis, alis flavis apice margineque tenuiore nigris.
*Habitat in* Mauritania. *E. Brander.*
*Major congeneribus. Squamula alba ad latera thoracis. Frons ciliata. Femora & Tibiæ ſpinis ſparſis tenuiſſimis.*

crabroniformis. 3. A. abdomine tomentoſo antice nigro, poſtice flavo inflexo.
*Fn. ſvec.* 1031. *Mouff. inſ.* 46.
*Raj. inſ.* 267. *Jonſt. inſ. t.* 10. *f.* 2.
*Friſch. inſ.* 3. *t.* 8.
*Habitat intra* Terram.

gibboſus. 4. A. hirſutus niger, abdomine poſtice albo.
*Fn. ſvec.* 1034. *It. ſcanic.* 414.
*Habitat in* Europa.

ater. 5. A. hirſutus totus niger, barba albida.
*Habitat in* Germania. *Bergh Iſacſon.*
*Similis præcedenti ſed brevior, totus hirſutus. Barba ſub capite & ungulæ albæ. Antennæ ſubclavatæ.*

gilvus. 6. A. abdomine pubeſcente nigro: ſupra rufo.
*Fn. ſvec.* 1036.
*Habitat in* Europa.

marginatus. 7. A. halteribus abdominisque inciſuris flavis, femoribus nigris.
*Habitat in* Svecia. *T. Bergman.*

*Abdo-*

*Abdomen nigrum, pilis fulvis tomentoſum, imprimis ad inciſuras. Thorax niger.*

germanicus. 8. A. hirtus fuſcocinereus, femoribus nigris, tibiis rubris, alis fuſcis baſi albis.
*Habitat in* Germania. *P. Forſkål. Bergh Iſa lon.*
*Sequenti ſimilis, etiam antennis, ſed amplo major.*

forcipatus. 9. A. hirtus ſubcinereus.
*Friſch. inſ. 3. p. 35. t. 7.*
*Habitat intra* Terram.
*Mas cauda forcipata; Feminæ acuta. Varietas major Tibiis ferrugineis.*

Tipuloides. 10. A. lividus nudus, thoracis lineis dorſalibus tribus nigris.
*Fn. ſvec.* 1033.
*Habitat in* Europa.

œlandicus. 11. A. ater nudus, alis nigris, femoribus halteribusque ferrugineis.
*Fn. ſvec.* 1037.
*It. œland.* 155.
*Habitat in* Europa.

Morio. 12. A. hirtus niger, alis albo nigroque variis.
*Habitat in* Europa.
*Simillimus Muſcæ Morioni.*

## 228. BOMBYLIUS. *Os* Roſtro porrecto, ſetaceo, longiſſimo, bivalvi: valvulis horizontalibus intra quas aculei ſetacei.

major. 1. B. alis ſemi-nigris. *Fn. ſvec.* 1119.
*Mouff. inſ.* 64. *f.* 5.
*Aldr. inſ.* 350. *f.* 10.
*Raj. inſ.* 273.
*Habitat in* Europa.

medius. 2. B. alis fuſco punctatis.
*Pet. gaz. t.* 36. *f.* 5.
*Habitat in* Europa.

minor. 3. B. alis immaculatis. *It. ſcan.* 164.
*Pet. gaz. t.* 42. *f.* 9.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 8. *f.* 11-13.
*Habitat in* Europa.

## 229. HIPPOBOSCA. *Os* Roſtro bivalvi, cylindrico, obtuſo.
## *Pedes* unguibus pluribus.

Equina. 1. H. alis obtuſis, thorace albo variegato.
*Fn. ſvec.* 1043. *Mouff. inſ.* 59.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 10?
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 48.
*Habitat in* Europa & America *ſeptentrionali*, *Equis & Bobus infeſta.*

avicularia. 2. H. alis obtuſis, thorace unicolore.
*Habitat in* Avibus. *D. C. Solander.*
*Præcedenti dimidio minor.*

Hirundinis. 3. H. alis ſubulatis.
*Fn. ſvec.* 1044.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 11. *f.* 1-5.
*Habitat in* Hirundinibus.

Ovina. 4. H. alis nullis. *It. wgoth.* 59.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 18.
*Habitat inter* Ovium *lanam.*

VII. APTE-

---

Hippoboſcæ *ovum facile matre majus, potius Pupa excludenda in volatile.*

# VII. APTERA.

Alæ *nullæ, in omni ſexu.*

## 230. LEPISMA.

*Pedes* VI, curſorii.
*Os* Palpis II.
*Cauda* ſetoſa: ſetis extenſis.
*Corpus* ſquamis imbricatum.

ſacchari-na. 1. L. ſquamoſa, cauda triplici.
*Brown. jam.* 425. Setoura ſubargentea, cauda ſetoſa; ſetis hirſutis
*Adam. microgr. t.* 28. *f* 147.
*Habitat in* America *inter ſaccharum & utenſilia domeſtica, inde per* Europam *vulgaris, hodie in* Svecia *incepit.*

terreſtris. 2. L. nuda, cauda triplici.
*Habitat in* Europa.
*Simili Poduræ ſed major, corpore toto albo cylindrico. Antennæ corporis dimidii longitudine, obtuſæ ut in Podura.*

## 231. PODURA.

*Pedes* VI, curſorii.
*Oculi* II, compoſiti ex octonis.
*Cauda* bifurca, ſaltatrix, inflexa.

viridis. 1. P. ſubgloboſa viridis. *Fn ſvec.* 1172.
*Habitat in* Europæ *plantis.*

atra. 2. P. ſubgloboſa atra, antennis longitudine corporis apice albis. *Fn. ſvec.* 1173.
*Habitat in* Europæ *plantis.*

fuſca. 3. P. globoſa fuſca nitida, antennis longis: articulis plurimis. *Fn. ſvec.* 1174.
*Act. Stockh.* 1743. *p.* 296. *t.* 7.
*Habitat in* Europæ *terreſtribus.*

4. P.

---

Mutilla 220 *genere aptera, hunc ordinem ſecundum alas intraret, ſed character ordinis Hymenopterorum affinitate eam ſociat.*

plumbea. 4. P. teres fuſco-cærulea nitida. *Fn. ſvec.* 1175.
*Habitat in* Europæ *arbuſtis.*

nivalis. 5. P. oblonga cinerea ſignaturis nigris. *Fn. ſvec.* 1176.
*E. N. C. dec.* 2. *ann.* 3. *obs.* 157. Pulex nivis.
*De Geer Act. Upſ.* 1740. *p.* 54. *t.* 2.
*Habitat in* Europæ *nemoribus, Lignis.*

arborea. 6. P. nigra, pedibus furcaque albis. *Fn. ſvec.* 1177.
*De Geer act. Upſ.* 1740. *p.* 49. *t.* 1.
*act. Stockh.* 1740. *p.* 272. *t.* 1.
*Habitat in* Europæ *ſylvis.*

cincta. 7. P. cylindrica griſea, cingulo atro antice albo.
*Habitat in ſylvis* Europæ.

aquatica. 8. P. nigra aquatica. *Fn. ſvec.* 1178.
*De Geer act. Upſ.* 1740. *p.* 57. *t.* 3.
*Stockh.* 1740. *p.* 279. *t.* 3, 4.
*Habitat in Aquoſis* Europæ.

fimetaria. 9. P. terreſtris alba. *Fn. ſvec.* 1180.
*Habitat in terra* [illegible] *Europæ, frequens primo vere.*

ambulans. 10. P. alba, furca extenſa. *Fn. ſvec.* 1170.
*Habitat in* Europa.

## 232. TERMES. *Pedes* VI, curſorii.
*Oculi* II.
*Antennæ* ſetaceæ.
*Os* maxillis duabus.

fatale. 1. T. luteum; alterius maxillis longitudine antennarum.
*Habitat in* Indi[illegible] *ſum, fornices cylindricos progrediendo inædificans, maxillis longis altiſſime reſiliens.* [illegible] *bus dædaleis in* [illegible] *omnia, utriusque Indiæ calamitas ſumma: domos, naves,* [illegible] *libus* [illegible] *quæque,* [illegible] *calce* [illegible]*, de* [illegible] *& peregrinatores plurima.*

*Alteri (Feminæ forte) Corpus magnitudine T. pulſatorii. Caput corneum, læve, oblongo ſubtetragonum, luteum. Antennæ vix thorace longiores. Maxillæ corneæ, læves, nigræ, ſubulatæ, ſubarcuatæ, porrectæ, longitudine antennarum. Abdomen oblongum, ſubcylindricum, albicans.*

*Alterum (ſexu tantum diverſum, Rolander) ſimile præcedenti, ſed absque maxillis magnis porrectis. Caput ſuborbiculatum, flaveſcens. Maxillæ breviſſimæ. Antennæ filiformes, corpore dimidio breviores. Abdomen ovatum, albidum.*

pulſatorium. 2. T. abdomine oblongo, ore rubro, oculis luteis.
*Fn. ſvec.* 1168.
*Derh. theol.* 119.
*Bradl. nat. t.* 27. *f.* 3.
*Raj. inſ.* 8.
*Act. angl. n.* 270. *p.* 231. & *n.* 291. *p.* 1586 & *n.* 245. *p.* 376.
*Roland. act. Stockh.* 1754. *p.* 152.
*Habitat in* Europa & America, *frequens in domibus, inviſum veſtibus, Herbariis, Inſectorum muſeis. Femina horologii inſtar pulſatoria in ligneis feſtucis.*

fatidicum. 3. T. abdomine ovato, ore pallido, oculis fuſcis.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 2. *t.* 10.
*Habitat in* Europa *auſtraliore, nobis primum viſum in plantis ſiccis a Lœflingio transmiſſis.*
*Simile præcedenti, ſed duplo majus.*

## 233. PEDICULUS. *Pedes* VI, ambulatorii.
*Oculi* II.
*Os* aculeo exſerendo.
*Antennæ* longitudine thoracis.
*Abdomen* depreſſum, ſublobatum.

Humanus. 1. P. humanus. *Fn. ſvec.* 1153.
*Mouff. inſ.* 259. — *Alb. aran. t.* 42.
*Red. exp. t.* 18. — *Bonan. micr. ſ.* 55.
*Swamm. quart. t.* 7. — *Joblot. micr.* 1. *pp.* 1. *t.* 1.
*bibl. t.* 1. *f.* 3-6. — *Baker. micr. t.* 13. *f.* 4.
*Habitat in capite & veſtimentis* humanis.

2. P.

---

Pediculi *Animalium utriusque multo plures etiamnum non obſervati, minus deſcripti, multo minus differentia determinati exſtant.*

Pubis. 2. P. pubis. *Fn. ſvec.* 1154.
*Mouff. inſ.* 200. *Red. exp. t.* 10. *f.* 1.
*Raj. inſ.* 8. *Pet. gaz. t.* 67. *f.* 9.
*Schenk. obſ.* 676.
*Habitat in* Hominis *immundi pube, rarius & ſuperciliis.*

ricinoides. 3. P. abdomine orbiculato linea alba, ſcutello trilobo, roſtro albo.
*Habitat in* America, *pedes ambulantium intrans, ſanguine turgens, [illegible], ulcera cacoethica cauſans. Rolander.*
*Acarus [illegible] 6. Roſtrum longum cylindricum ſubtus hamulis. Corpus ruſeſcens.*

Veſpertilionis. 4. P. thorace angulato-crenulato, pedibus unguiculatis, corpore longioribus.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 7.
*Habitat in* Veſpertilione murino.
*[illegible], Acaro aut Phalangio ſimile, in plano non procedere valet.*

Suis. 5. P. Suis ſcrofæ.
*Habitat in* Suibus β.

Porcelli. 6. P. Muris Porcelli.
*Habitat in* Mure Porcello.

Cameli. 7. P. Cameli. †
*Red. exp. t.* 22.
*Habitat in* Camelo Dromedario, Bactriano.

Cervi. 8. P. Cervi.
*Friſch. inſ.* 12. *p.* 15. *t.* 5. *Red. exp. t.* 5.
*Habitat in* Cervo Elapho, Dama, Capreolo.

Ovis. 9. P. Ovis Arietis.
*Red. exp. t.* 22. *f.* 1?
*Habitat in* Ovibus.

Bovis. 10. P. Bovis Tauri, *abdomine lineis transverſis octo ferrugineis. Fn. ſvec.* 1155.
*Habitat in* Bobus.

Vituli. 11. P. Bovis Tauri, *abdomine plumbeo. Fn. ſvec.* 1156.
*Habitat in* Bobus *cum præcedenti.*

Equi. 12. P. Equi Caballi.
*Habitat in* Equis.

Aſini. 13. P. Equi Aſini. †
*Red. exp. t. 22. f. 1.*
*Habitat in* Aſinis.

Tinnunculi. 14. P. Falconis Tinnunculi. *Fn. ſvec.* 1157.
*Red. exp. t. 13.*
*Friſch. inſ. 11. p. 24. t. 24.*
*Habitat in* Falconibus Tinnunculis, Milvis.
*Conferuntur aliæ ſpecies in Falconibus. Red. exp. t. 1.*

Corvi. 15. P. Corvi Coracis. *Fn. ſvec.* 1158.
*Red. exp. t. 16. f. 2.*
*Habitat in* Corvis.

infauſti. 16. P. Corvi infauſti.
*Fn. ſvec.* 1159. Pediculus Picæ lapponicæ.
*Habitat in* Corvo infauſto.

Picæ. 17. P. Corvi Picæ. †
*Red. exp. t. 5.*
*Habitat in* Corvo Pica.

Cygni. 18. P. Anatis Cygni. †
*Red. exper. t. 8.*
*Habitat in* Cygno.
*Conferatur Red. exp. t. 9. f. 3.*

Anſeris. 19. P. Anatis Anſeris.
*Red. exper. t. 10.*
*Habitat in* Anſeribus *feris & manſuetis.*

moſchatæ. 20. P. Anatis moſchatæ. †
*Red. exper. t. 9. f. 1.*
*Habitat in* Anate moſchata.

Querquedulæ. 21. P. Anatis Querquedulæ. †
*Red. exper. t. 12.*
*Habitat in* Querquedulis.

Sternæ. 22. P. Sternæ Hirundinis. *Fn. ſvec.* 1162.
*Red. exper. t. 9. f. 2.*
*Habitat in* Sternis, Laris.

23. P.

Plataleæ. 23. P. Plataleæ Leucorodiæ. †
*Red. exper. t.* 4.
*Habitat in* Leucorodiis.

Ardeæ. 24. P. Ardeæ cinereæ. †
*Red. exper. t.* 6.
*Habitat in* Ardeis.

Gruis. 25. P. Ardeæ Gruis. *Fn. ſvec.* 1162. †
*Red. exper. t.* 3.
*Habitat in* Gruibus.

Ciconiæ. 26. P. Ardeæ Ciconiæ.
*Friſch. inſ.* 8. *p.* 9. *t.* 6.
*Habitat in* Ciconiis.

Charadrii. 27. P. Charadrii Pluvialis. †
*Red. exper. t.* 9.
*Habitat in* Pluvialibus.

Fulicæ. 28. P. Fulicæ atræ. †
*Red. exper. t.* 4.
*Habitat in* Fulicis.

Recurviroſtræ. 29. P. Recurviroſtræ Avoſettæ. *It. œl.* 90. *Faun. ſvec.* 1163.
*Habitat in* Recurviroſtris.

Hæmatopi. 30. P. Hæmatopi Oſtralegi. *Fn. ſvec.* 1164.
*Habitat in* Hæmatopis.

Pavonis. 31. P. Pavonis criſtati. †
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *f.* 6. *Red. exper. t.* 15.
*Habitat in* Pavonibus.

Meleagridis. 32. P. Meleagridis Gallo-pavonis. *Fn. ſvec.* 1160.
*Friſch. inſ.* 8. *t.* 4. *Red. exper. t.* 22?
*Habitat in* Gallo-pavonibus.

Gallinæ. 33. P. Phaſiani Galli *thorace capiteque utrinque mucronato.*
*Fn. ſvec.* 1166.
*Habitat in* Gallinis *domeſticis.*
*Expellitur Pipere.*



(†) Signo *Crucis ubique notavimus animalia nobis nec viva, nec in muſeis aſſervata viſa, ut Naturæ curioſi ad ea attentius examinanda incitentur.*

Caponis. 34. P. Phaſiani Galli alter. *Fn. ſvec.* 1165.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 24. *Red. exper. t.* 16. *f.* 1.
*Habitat in* Gallinis *domeſticis.*

Tetraonis. 35. P. Tetraonis Tetricis.
*Red. exper. t.* 14. Pulex pavonis?
*Habitat in* Tetraonibus.

Lagopi. 36. P. Tetraonis Lagopi. *Fn. ſvec.* 1167.
*Habitat in* Lagopis.

Columbæ. 37. P. Columbæ Oenatis. †
*Red. exper. t.* 2. *f.* 1.
*Habitat in* Columbis.

Pari. 38. P. Pari majoris, *cauda quadriſeta.* †
*Friſch inſ.* 8. *p.* 9. *t.* 1. *f.* 5.
*Habitat in* Paris.

Apis. 39. P. Apis. †
*Friſch. inſ.* 8. *t.* 16.
*Habitat in* Apibus *ad ſquamulam halterum.*

## 234. PULEX. *Pedes* VI, ſaltatorii.
*Oculi* II.
*Os* roſtro inflexo.
*Abdomen* compreſſum.

irritans. 1. P. proboſcide corpore breviore.
*Fn. ſvec.* 1171. Pulex.
*Blank. inſ.* 7.
*Alb. aran. t.* 41.
*Bonan. micr. f.* 56.
*[illegible] med. p.* 204. *f.* 12.
*Hook. microgr.*
*Joblot micr.* 1. *pp.* 1. *t.* 3.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 8.
*Vallisn. oper.* 1. *t.* 25. *f.* 1.
*Leuwenh. epiſt.* 26. *f.* 1-20.
*Rœſ. inſ.* 2. *muſc. t.* 2, 3, 4.
*Baker. micr. t.* 13. *f.* 6.
*Habitat ubique in* Europa, *Leporibus imprimis moleſta; in* America. *Kalm.*
Larva *apoda, cauda bifurca, net.* Pupa *pedata, immobilis.* Mas *ſub femina jungitur, affinis coleoptratis.*

penetrans. 2. P. proboſcide corporis longitudine.
*Marcgr. braſ.* 249. Tunga?
*Sloan. jam.* 2. *p.* 191. *introd.* 125.

*Cateſb.*

*Catesb. car.* 3. *p.* 10. *t.* 10. *f.* 3. Pulex cutem penetrans.
*Habitat in* America: *Pedes hominum intrans, ova deponens, unde cacoëthes, ſæpe mors.*
Corpus *fuſco ruſeſcens, compreſſum. Abdomen ſubtus albidum. Famelicus ſaltat, præcedenti ſimillimus. Rolander.*

## 235. ACARUS. *Pedes* VIII.
*Oculi* II, ad latera capitis.
*Tentacula* duo, articulata, pediformia.

elephantinus. 1. A. orbicularis depreſſus: macula baſeos ovata.
*Habitat in* India.
*Magnitudo ſeminis Lupini albi, depreſſus, lividus margine craſſo, ſubtus utrinque 3 ſulcis. Macula baſeos nigra, ovata, trifida.*

ægyptius. 2. A. obovatus fuſcus margine albo. *M. L. U.*
*Habitat in* Oriente.

Reduvius. 3. A. obovatus planus macula baſeos obovata.
*Fn. ſvec.* 1192. *It. œland.* 62. 126.
*Raj. inſ.* 9.
*Habitat in* Bobus, Canibus, *ſylvis.*

americanus. 4. A. obovatus rubicundus, ſcutello geniculisque pedum albidis.
*Kalm. act. Stockh.* 1754.
*Habitat in* America.

ſanguiſugus. 5. A. abdomine poſtice crenato, ſcutello ovato ſubfulvo, roſtro tripartito.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Pedes antici ad exortum ſpinis brevibus. Sanguinem in tibiis obambulantium haurit vix extrahendus.*

Ricinus. 6. A. globoſo-ovatus macula baſeos rotunda, antennis clavatis.
*Fn. ſvec.* 1193. *Raj. inſ.* 10.
*Aldr. inſ.* 559. *Friſch. inſ.* 5. *t.* 19.
*Habitat in* Bobus, Canibus.

Cancroides. 7. A. antennis cheliformibus, abdomine ovato depreſſo. *Fn. ſvec.* 1187. *It. œl.* 84.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 70. *f.* 11.
*Friſch. inſ.* 8. *t.* 1. *Rœſ. ſuppl. t.* 64.
*Clerck. aran. t.* 6. *f.* 10: 1, 2.
*Habitat in* Europæ *umbroſis ſuffocatis.*

Scorpioides. 8. A. antennis cheliformibus, abdomine cylindrico, capite appendiculato.
*Habitat in* America. *Rolander.*
*Simillimus A.* Cancroidi, *ſed chelæ ovatæ, Corpus flaveſcens, duplo majus, & Abdomen cylindricum. Morſu venenatus. An uterque Phalangium?*

craſſipes. 9. A. pedibus ſecundariis cheliformibus. *Fn. ſvec.* 1189.
*Habitat in* Europa.

paſſerinus. 10. A. pedibus tertiis craſſiſſimis.
*Fn. ſvec.* 1190.
*De Geer act. ſtockh.* 1740. *p.* 351. *t.* 1. *f.* 2.
*Red. viv. t.* 2. *f.* 4.
*Habitat in* Paſſeribus *variis.*

motatorius. 11. A. pedibus primis longiſſimis motatoriis. *Faun. ſvec.* 1188.
*Habitat in* Umbroſis.

Aphidioides. 12. A. pedibus primis longioribus curſoriis, abdomine poſtice bicorni. *Fn. ſvec.* 1191.
*Habitat in* Europa.

coleoptratus. 13. A. ater, lateribus nigro-ſubcoleoptratis. *Fn. ſvec.* 1211.
*Habitat in* Europa.

telarius. 14. A. hyalino-fulvus.
*Fn. ſvec.* 1212. 1196.
*Habitat in* Europæ *plantis, minus ventis expoſitis, caldario incluſis, tela ducens filis parallelis, quibus plantas ſuffocat; in* Tiliæ *foliis averſis autumno frequens.*

Siro. 15. A. lateribus ſublobatis, pedibus quatuor poſticis longiſſimis, femoribus capiteque ferrugineis, abdomine ſetoſo.

| *Farinæ.* | *Scabiei.* |
| --- | --- |
| *Blank. inſ. t.* 14. *f. A. B.* | *Schenck. obſ.* 676. |

*Riv.*

*Leuw. epiſt.* 77. *t.* 379. *f.* 9, 10. *Allen. corp. XI*: 8.
*Rivin. prurit.* 18. *f. D-L.* *Act. angl. n.* 283.
*E. N. C. dec.* 2. *ann.* 10. *o. p.* 34. *Riv. prur.* 18. *f. A. B.*
*Act. lipſ.* 1682. *p.* 319.
*Habitat in Farina* Europæ, Americæ.
*Inter Sirones Farinæ, Scabiei, Dyſenteriæ, Hemitritæi non reperi alias differentias, quam a loco petitas. Amœn. acad.* 3. *p.* 333.

exulcerans. 16. A. pedibus longiſſimis ſetaceis: anticis duobus brevibus.
*Habitat in* Scabie *ferina.*

geniculatus. 17. A. niger, femorum geniculis ſubgloboſis. *Faun. ſvec.* 1210.
*Habitat* . .

aquaticus. 18. A. abdomine depreſſo tomentoſo poſtice obtuſo, aquaticus. *Fn. ſvec.* 1199.
*Friſch. inſ.* 8. *t.* 3.
*Rœſ. ſuppl.* 1. *t.* 25.
*Habitat in* Europæ *aquis dulcibus.*

holoſericeus. 19. A. abdomine depreſſo tomentoſo poſtice retuſo, terreſtris. *Fn. ſvec.* 1200.
*It. œl.* 84.
*Liſt. aran. f.* 38.
*Raj. inſ.* 41. *n.* 38.
*Blank. inſ. t.* 14. *f. J.*
*Habitat in* Europæ & Americæ *ſiccis.*
*Simillimus præcedenti.*

baccarum. 20. A. abdomine diſtento rubro: lateribus obſcurioribus. *Fn. ſvec.* 1201.
*Habitat in Baccis* Ribis *aliisque frequenter curſitans.*

Muſcarum. 21. A. abdomine rufo, pedibus poſticis longiſſimis filiformibus. *Fn. ſvec.* 1209.
*Habitat in* Muſcis.

Batatas. 22. A. ſanguineus ſcabriuſculus, pedibus anterioribus longitudine corporis. *Rolander.*
*Habitat in Batatas* Surinami.



Acari *minimi inſectorum fertilitate immenſa ubicunque obvii, plurium calamitatum cauſſæ ſunt.*

gymnopterorũ. 23. A. abdomine rubro, lateribus punctis binis coccineis. *Fn. ſvec.* 1208.
*Habitat in* Apibus *aliisque.*

coleoptratorũ. 24. A. rufus, ano albicante. *Fn. ſvec.* 1198.
*Blank. inſ. t.* 14. *f. H.* *Friſch. inſ.* 4. *t.* 10.
*Reaum. inſ.* 6. *t.* 4. *f.* 13, 14.
*Rœſ. inſ.* 4. *p.* 20. *t.* 1. *f.* 10-15.
*Habitat in* Scarabæis.

rupeſtris. 25. A. fuſcus: linea dorſali bicolore. *Fn. ſvec.* 1202.
*Habitat in* Europa.

longicornis. 26. A. ruber, antennis roſtro longioribus. *Fn. ſvec.* 1205.
*Habitat in* Europa.

littoralis. 27. A. fuſco-rufus, pedibus ſanguineis. *Fn. ſvec.* 1206.
*It. œland.* 90.
*Habitat in* Europæ *littoribus.*

Fungorum. 28. A. fuſco-rufeſcens, abdomine ſubgloboſo glabro. *Fn. ſvec.* 1207.
*Habitat in* Fungis.

ſcaber. 29. A. cinereus depreſſus: lateribus ſcabris. *Faun. ſvec.* 1197.
*Habitat in* Europa.

Salicinus. 30. A. ruber: linea dorſali duplici fuſca: antice bifurca. *Fn. ſvec.* 1204.
*Habitat in* Salicibus *frequens.*

croceus. 31. A. fulvus: thoracis lateribus puncto rufo. *Fn. ſvec.* 1204.
*Habitat in* Europa.

## 236. PHALANGIUM. *Pedes* VIII.

*Oculi* verticis duo contigui, duo laterales.
*Frons* antennis pediformibus.
*Abdomen* rotundatum, muticum.

Opilio. 1. P. abdomine ovato: ſubtus albo. *Fn. ſvec.* 1186.

*Mouff.*

*Mouff. inſ.* 234. *f.* 4.
*Aldr. inſ.* 608. *f.* 4.
*Gœd. inſ.* 2. *t.* 49.
*Liſt. gœd. f.* 143.
*angl. t.* 1. *f.* 35.
*Raj. inſ.* 39. *n.* 35.
*Bradl nat. t.* 24. *f.* 2.
*Clerck. aran. t.* 6. *f.* 10: 3.
*Habitat in* Europa, America.

caudatum. 2. P. chelis ramoſis, abdomine mucronato. *M. L. U.*
*Seb. muſ.* 1. *t.* 70. *f.* 7, 8.
*Habitat in* India.

reniforme. 3. P. antennis corpore longioribus, thorace reniformi. *M. L. U.*
*Brown. jam.* 409. *t.* 41. *f.* 3. Tarantula fuſca major, pedibus anterioribus craſſioribus aculeatis & unguiculatis fere cheliformibus, proximis longiſſimis & tenuiſſimis.
*Habitat in* America.

## 237. ARANEA. *Pedes* VIII.

*Oculi* VIII.
*Os* unguibus ſ. retinaculis duobus.
*Palpi* duo articulati; maſculis genitalia.
*Anus* papillis textoriis.

diadema. 1. A. abdomine ſubgloboſo rubro-fuſco cruce albo-punctata. *Fn. ſvec.* 1214.
*Mouff. inſ.* 233. *f.* 1.
*Aldr. inſ.* 608. *f.* 9.
*Jonſt. inſ. t.* 18. *f.* 17, 19, 20.
*Raj. inſ.* 18. *n.* 2.
*Liſt. aran. f.* 2.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 4.
*Clerck. aran.* 25. *t.* 1. *f.* 4, 3.
*Habitat in* Betulis.

reticulata. 2. A. abdomine globoſo reticulato ſupra purpuraſcente fuſco-nebuloſo. *Fn. ſvec.* 1221.
*Habitat in* Hortis.

3. A.

Araneæ *fila ducunt, pleræque telas ſtruunt, inſectis paſcuntur rapinaque vivunt; Penes in palpis gerunt.*

cucurbitina. 3. A. abdomine ſubgloboſo flavo punctis quibusdam nigris. *Fn. ſvec.* 1224.
*Raj. inſ.* 20. *n.* 8. *Liſt. aran. f.* 5.
*Clerck. aran.* 44. *t.* 2. *f.* 4.
*Habitat in* Arboribus *foliatis.*

calycina. 4. A. abdomine globoſo pallido flaveſcente. *Fn. ſvec.* 1228.
*Habitat in* Calycibus *florum, a corolla decidua vacuis.*

bipunctata. 5. A. abdomine globoſo atro: punctis duobus excavatis. *Fn. ſvec.* 1232.
*Habitat in* feneſtris. *Rete diſperſo.*

arundinacea. 6. A. abdomine ſubgloboſo albo: maculis dilute fuſcis. *Fn. ſvec.* 1243.
*Habitat in* Arundinum *paniculis.*

angulata. 7. A. abdomine ovato antice lateribus angulato-acuto. *Fn. ſvec.* 1213.
*It. gotl.* 216.
*Clerck. aran.* 22. *t.* 1. *f.* 1.
*Habitat in* Arboribus. *Rete perpendiculari.*

domeſtica. 8. A. abdomine ovato fuſco: maculis nigris quinque ſubcontiguis anterioribus majoribus. *Fn. ſvec.* 1215.
*Raj. inſ.* 27. *n.* 17.
*Liſt. aran.* 59. *f.* 17.
*Clerck. aran.* 76. *t.* 2. *f.* 9.
*Habitat in* feneſtris, *frequens.*

lineata. 9. A. abdomine ovato albido: lineis tribus longitudinalibus punctorum nigricantium. *Fn. ſvec.* 1220.
*Habitat in* Nemoribus.

riparia. 10. A. abdomine ovato nigro-æneo ſubulato bicorni. *Fn. ſvec.* 1222.
*It. œl.* 145.
*Habitat in* littoribus ſabuloſis. *Rete horizontali.*

labyrinthica. 11. A. abdomine ovato fuſco: linea exalbida pinnata, ano bifurco. *Fn. ſvec.* 1223. *It. œl.* 251.
*Raj. inſ.* 27. *n.* 18.
*Liſt. aran.* 60. *f.* 18.
*Clerck. aran.* 79. *t.* 2. *f.* 8.
*Habitat ſuper* Terram, *Tela horizontali cum puteo cylindrico.*

redimita. 12. A. abdomine oblongo-ovato flavo: annulo ovali dorſali rubro. *Fn. ſvec.* 1227.
*Raj. inſ.* 24. *f.* 12.
*Liſt. aran.* 51. *f.* 12.
*Friſch. inſ.* 10. *t.* 4.
*Clerck. aran. t.* 3. *f.* 9.
*Habitat in* Hortis.

corollata. 13. A. abdomine ovato nigro: annulo dorſali ovali albo. *Fn. ſvec.* 1229. *It. œl.* 126.
*Clerck. aran.* 124. *t.* 5. *f.* 18?
*Habitat in* Plantis.

fumigata. 14. A. abdomine ovato fuſco: baſi punctis duobus albis. *Fn. ſvec.* 1231. *Clerck. aran.* 104. *t.* 5. *f.* 6.
*Habitat in* campis.

montana. 15. A. abdomine ovato albo maculis cinereis. *Fn. ſvec.* 1242.
*Liſt. aran.* 36. *f.* 6?
*Habitat in* Arboribus.

notata. 16. A. abdomine ovato fuſco: lineis albis transverſis arcuatis.
*Habitat in* Europa.

rufipes. 17. A. abdomine fuſco, pedibus rufis. *Fn. ſvec.* 1230.
*Habitat frequentius in* Urticis.

nocturna. 18. A. abdomine nigro: punctis duobus albis, baſique lunula alba. *Fn. ſvec.* 1235.
*Habitat in* Europa.

extenſa. 19. A. abdomine longo argenteo vireſcente, pedibus longitudinaliter extenſis. *Fn. ſvec.* 1216.
*Raj. inſ.* 19. *n.* 2.
*Liſt. aran. f.* 3.
*Habitat in* uliginoſis, *pedibus ad ramos arcte & longitudinaliter extenſis.*

fimbriata. 20. A. abdomine oblongo nigro: linea utrinque laterali alba, pedibus fuſcis. *Fn. ſvec.* 1226.
*Clerck.*

*Species Araneorum variant ætate ſæpe & ſexu; difficillime ſic ſæpe in mare alterantur; plures itaque videndæ apud* Liſterum. Albinum, *optimis vero apud oculatiſſimum* Clerck *de* Araneis Svecicis, Holm. 1757. *quart. qui ultra 60 habet.*

*Clerck. aran.* 102. *t.* 5. *f.* 9.
*Habitat in* Aquis, *ſuper aquas currens.*

ſexpunctata. 21. A. abdomine oblongo: punctorum excavatorum paribus tribus. *Fn. ſvec.* 1233.
*Habitat in* Sylvis *aceroſis.*

flaviſſima. 22. A. abdomine oblongo flaviſſimo lævi. *M. L. U.*
*Habitat in* Ægypto. *Haſſelqviſt.*
*Thorax fulvus. Pedes glabri.*

quadripunctata. 23. A. abdomine oblongo nigro: punctis quatuor excavatis. *Fn. ſvec.* 1234. *It. œl.* 34.
*Habitat in* feneſtris.

holoſericea. 24. A. abdomine ovato-oblongo holoſericeo: baſi ſubtus punctis duobus flavis. *Fn. ſvec.* 1241.
*Raj. inſ.* 31. *n.* 23.
*Liſt. aran.* 71. *f.* 23.
*Habitat in Europa, intra* folia *convoluta plantarum.*

ſenoculata. 25. A. oculis tantum ſenis.
*Liſt. aran.* 74. *f.* 24.
*Raj. inſ.* 32. *n.* 24.
*Habitat in* Europa.

avicularia. 26. A. thorace orbiculato convexo centro transverſe excavato. *Amœn. acad.* 1. *p.* 323.
*Marcgr. braſ.* 248.
*Laet. amer. t.* 570. *Olear. muſ. t.* 17. *f.* 3.
*Worm. muſ. t.* 244. *Merian. ſur. t.* 18.
*Cluſ. poſth.* 47.
*Habitat in* America, *inſidiatur Aviculis, Inſectis.*
*Morſu diro ſerpentino minatur.*

ocellata. 27. A. pedibus ocellis tribus geminatis.
*Habitat in* China. *De Geer.*
*Corpus pallidum magnitudine Tarantulæ. Abdomen nebulosum pallidum annulo nigro. Thoracis diſcus macula gemina magna nigra. Oculorum regio nigra. Pedes ocellis geminis albidis: in ſingulo femore tres, in tibiis pauciores.*

Tarantula. 28. A. Tarantula dicta.
*Baglivi. Tarantula (monographia).*

*Bradl.*

*Bradl. natur. t. 24. f.* 10.
*Olear. muſ.* 21. *t.* 12. *f.* 4.
*Habitat in* Italia; *imprimis in* Apulia, Barbaria, Oriente.
*Rabida ſub canicula morſu excitat famoſum Tarantismum Muſica medendum.*
*Species hujus plures ſiſtunt Authores! quæ accuratius inquirendæ & diſtinguendæ, cum colore diverſæ forte etiam ſpecie differant.*

ſcenica. 29. A. ſaliens nigra: lineis ſemicircularibus albis transverſis. *Fn. ſvec.* 1237.
*Raj. inſ.* 37. *n.* 31. *Liſt. aran. f.* 31.
*Bradl. nat. t.* 24. *f.* 5.
*Clerck. aran.* 117. *t.* 5. *f.* 13.
*Habitat in* parietibus.

truncorum. 30. A. ſaliens nigra: dorſo punctis albis. *Fn. ſvec.* 1236.
*Habitat in* parietibus, *truncis.*

rupeſtris. 31. A. ſaliens, abdominis macula nigra margine rubra medio alba. *Fn. ſvec.* 1238.
*Habitat in* parietibus, lignis.

aquatica. 32. A. livida, abdomine ovato; linea transverſa punctisque duobus excavatis. *Fn. ſvec.* 1240.
*Clerck. aran.* 143. *t.* 6. *f.* 8.
*Habitat in Aquis* Europæ *dulcibus*, urinatoria.

ſaccata. 33. A. abdomine ovato ferrugineo fuſco.
*Liſt. aran.* 82. *f.* 28.
*Friſch. inſ.* 8. *t.* 2.
*Habitat in* terra, *circumferens ubique ſecum ſaccum ſuum ovorum.*

vireſcens. 34. A. abdomine oblongo flavo-viridi: lineis lateralibus albis. *Fn. ſvec.* 1225.
*Jonſt. inſ. t.* 18. *f.* 42.
*Habitat in* Hortis.

paluſtris. 35. A. abdomine oblongo nebuloſo: lineis lateralibus albis. *Fn. ſvec.* 1219.
*Habitat in* paludibus *cæſpitoſis exſiccatis.*

viatica. 36. A. abdomine ſubrotundo plano obtuſo, pedibus quatuor poſticis breviſſimis. *Fn. ſvec.* 1218.

*Rai.*

*Rai. inſ.* 35. *n.* 29. *Liſt. aran. f.* 29.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 5.
*Clerck. aran.* 128. *t.* 6. *f.* 5.
*Habitat in* arboribus, lignis, *ovis incubans.*

levipes. 37. A. abdomine rhomboeo depreſſo, pedibus æqualiter extenſis variegatis. *Fn. ſv.* [illegible]
*Liſt. aran. f.* 13. *Friſch. inſ.* 10. *t.* [illegible]
*Habitat in* truncis, *parietibus.*

cancriformis. 38. A. abdomine ſemiorbiculato: angulis ſex dentatis.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 197. *t.* 235. *f.* 4. Araneus cancriformis campeſtris reticulum ſpirale nectens.
*Brown. jam.* 419. *t.* 44. *f.* 5. Aranea nigra cancrifor[illegible]
*Habitat in* America.

ſpinoſa. 39. A. ſpinis dorſalibus octonis: poſticis duabus patentibus, abdomine ſubtus conico.
*Habitat in* America.

## 238. SCORPIO. *Pedes* VIII.

*Oculi* VIII, horum 3 ad latus utrumque thoracis; 2 in tergo.
*Frons* chelifera.
*Palpi* II, cheliformes.
*Cauda* elongata, articulata, terminata Mucrone arcuato.
*Pectines* duo ſubtus inter pectus & abdomen.

maurus. 1. S. pectinibus 8-dentatis, manibus ſubcordatis.
*Habitat in* Africa.

afer. 2. S. pectinibus 13-dentatis, manibus [illegible]
*Swamm. bibl. t.* 3. *f.* 3. *Seb. muſ.* [illegible]
*quart. t.* 6.
*Habitat in* India.

americus. 3. S. pectinibus 14-dentatis, manibus ſubciliatis: [illegible] filiformibus.
*Habitat in* America.

4. S.

europæus. 4. S. pectinibus 18-dentatis, manibus ungulatis.
*Mouff. inſ.* 204.
*Aldrov. inſ.* 577.
*Raj. inſ.* 9.
*Habitat in* Europa *maxime auſtrali.*
*Cauda ſub aculeo mucronata eſt.*

auſtralis. 5. S. pectinibus 32-dentatis, manibus lævibus.
*Habitat in* Africa, *forte etiam America.*

239. CANCER. *Pedes* utrinque VIII: præter Manus 2 chelatas.
*Oculi* II, diſtantes, pedunculati, elongati, mobiles.
*Palpi* II magni, cheliferi.
*Cauda* articulata, inermis.

* a * BRACHYURI *Thorace lævi lateribus integerrimo.*

Curſor. 1. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo: lateribus poſtice marginato, antennis fiſſilibus, cauda reflexa. †
*Haſſelqv. iter.* 433. *n.* 128. Cancer anomalus.
*Habitat in* Mari Mediterraneo, Indico, *ſole occiduo e mari exiens in littora ſabuloſa, velociſſimeque diſcurrens.*

raninus. 2. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo oblongo obovato: antice truncato-dentato.
*Rumph. muſ.* 13. *t.* 7. *f. F. T. U.*
*Habitat in* M. Indico.

mutus. 3. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo: margine antico transverſo brunneo.
*Habitat in* M. Mediterraneo?
*Teſta lævis, antice truncata, margine brunneo, poſtice complanato-truncata, lateribus integra. Cheiæ læves, Carpis unidentatis, Brachiis ſubtus denticulatis.*

minutus. 4. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo ſubquadrato: margine acutiuſculo. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 85.
*It. wgoth.* 137. *t.* 3. *f.* 1. *Kalm. iter.* 2. *p.* 143.
*Sloan. jam.* 2. *t.* 245. *f.* 1. *Osbeck. iter.* 307.

*Habitat in Pelagi* Fuco natante, *ſupra aquam ſæpius curſitans.*

ruricola. 5. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo: antice retuſo, pedum articulis ultimis penultimisque undique ſpinoſis.
*Sloan. jam.* 1. *t.* 2. *Catesb. car.* 2. *p.* 32. *t.* 32.
*Fewill. peruv.* 3. *p.* 237. *Brown. jam.* 423.
*Habitat in* America, *ſylvas vaſtiſſimis agminibus quotannis deſerens littora maris petiturus.*

vocans. 6. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo ſubtus hirto.
*Rumph. muſ.* 10. *t.* 14. *f. E.*
*Catesb. car.* 2. *t.* 25. Cancer arenarius.
*Habitat in* Indiis.

craniolaris. 7. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo ovato glaberrimo, manibus ancipitibus lævibus.
*Rumph. muſ. t.* 10. *f. A. B.* *Pet. amb. t.* 9. *f.* 3.
*Habitat in* Aſia.

philargius. 8. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo convexo: poſtice quindecim-dentato. *M. L. U.*
*Habitat in* Aſia.

* b * *Brachyuri thorace lævi lateribus inciſo.*

rhomboides. 9. C. brachyurus, thorace lævi lateribus antice uniſpinoſis, fronte truncata.
*Barrel. rar. t.* 1287. *f.* 1.
*t.* 1286. *f.* 1, 2.
*Habitat in* M. Mediterraneo.

maculatus. 10. C. brachyurus, thorace lævi maculis ſanguineis rotundis: lateribus unidentatis.
*Rumph. muſ. t.* 10. *f.* 1. *Pet. amb. t.* 1. *f.* 8.
*Habitat in* Aſia.

pelagicus. 11. C. brachyurus, thorace lævi utrinque uniſpinoſo, fronte octo-dentata, manibus multangulo-priſmaticis.
*Osb. iter.* 307. C. manuum articulis omnibus dentatis: extimo heptagono.
*Rumph. muſ. t.* 7. *f. R.* *Brown. jam.* 421. *t.* 41. *f.* 2.
*Habitat in* Pelagi *univerſi orbis* Fuco natante.

12. C.

Cancri *perennes qui annis deponunt cruſtam ſenectamque exuunt laborioſe.*

Nucleus. 12. C. brachyurus, thorace lævi globoſo: antice utrinque unidentato, poſtice roſtroque bidentato.
*Habitat in* M. Mediterraneo *ad littora Barbariæ. E. Brander.*
*Statura C. craniolaris, magnitudo glandis, color flavus.* Thorax *pone roſtrum utrinque dente unico, & ad poſtica thoracis margo obſolete bidentatus, at ſupra pedes poſticos dens validior conicus.* Cauda *glaberrima.* Femora *antica punctis eminentibus adſperſa. Ungues acuti.*

lactatus. 13. C. brachyurus, thorace lævi utrinque ſerrato-quadrilobo, manibus ovatis lævibus. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

Mænas. 14. C. brachyurus, thorace lævi utrinque quinquedentato, manibus ovatis, carpis dentatis, pedibus poſticis ſubulatis.
Strandkrabba
*It. wgoth.* 173.
*Rumph. muſ. t.* 6. *f.* o. *Pet. amb. t.* 1. *f.* 5.
*Habitat in Oceano* Europæo, Aſiatico.

Depurator. 15. C. brachyurus, thorace lævi utrinque ſubquinquedentato, manibus apice compreſſis, pedibus poſticis ovatis.
*Planc. conch.* 34. *t.* 3. *f.* 7.
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Frons inter oculos dentibus tribus. Digitus fixus chelarum valde compreſſus.*

feriatus. 16. C. brachyurus, thorace lævi utrinque quinquedentato, manibus multangulis ovatis, carpis unidentatis.
*Rumph. muſ. t.* 6. *f.* P. *Pet. amb. t.* 1. *f.* 6.
*Habitat in* M. Indico.

granulatus. 17. C. brachyurus, thorace lævi crenulato angulis dilatato-quinquedentatis, poſtice truncato, manibus truncato-criſtatis.
*Catesb. car.* 2. *p.* 36. *t.* 36. C. chelis craſſiſſimis.
*Habitat in* America. *Muſ. De Geer.*
*Teſta convexa, ſubtuberculata margine poſtico laterali dilatato-quinquedentato, reliquo crenulato. Roſtrum bilobum, obtuſum. Chelæ truncatæ, criſtatæ, ad baſin ſpina armatæ.*

Pagurus. 18. C. brachyurus, thorace utrinque obtuſe novem-plicato, manibus apice atris.
Taſkkeráſweta. Fn.

*Fn. ſvec.* 1244. *Bell. aquat.* 368.
*It. wgoth.* 173. *Rond. piſc.* 560.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 85. *Geſn. aquat.* 155.
*Bradl. nat. t.* 3. *f* 4. *Aldr. exſangu.* 186.
*Rumph. muſ. t.* 11. *f.* 4. *Jonſt. exſangu. t.* 5. *f.* 2.
*Habitat in Oceano* Europæo, Aſiatico.

* c * *Brachyuri thorace hirto.*

Chabrus. 19. C. brachyurus, thorace hirto ſuborbiculato mutico, manibus ovatis muricatis.
*Habitat in Oceano* Indico.

Araneus. 20. C. brachyurus, thorace hirſuto ovato tuberculato, roſtro bifido, manibus ovatis.
Klöbus, Hafsspinnel.
*Fn. ſvec.* 1246.
*Iter. ſcanic.* 312. *Jonſt. exſangu. t.* 5. *f.* 13.
*Habitat in Oceano* Europæo.

Cuphæus. 21. C. brachyurus, thorace villoſo ovato antice obtuſo, poſtice tridentato.
*Rumph. muſ. t.* 10. *f. D*?
*Habitat in* Aſia.

muſcoſus. 22. C. brachyurus, thorace villoſo utrinque tridentato, roſtro bidentato: lateribus unidentato.
*Habitat in* M. Mediterraneo. *E. Brander.*
*Magnitudo glandis. Teſta obovata, villis molliſſimis incurvis hirſuta, ad utrumque latus ſpinis* 3 *ſubulatis. Roſtrum ſpinis* 2 *ſubulatis parallelis cum dente compreſſo ad utrumque latus roſtri. Ungues pedum ſubulati, curvi, introrſum dentati. Chelæ læves, lineares, carpo utrinque dente obtuſo retrorſum ſpectante.*

perſonatus. 23. C. brachyurus, thorace hirto inæquali utrinque quinquedentato, roſtro quadridentato.

*Planc.*

---

Pinnotheres. C macrourus? teſta membranacea punctis lateralibus ternis, manibus acuminatis: digitis incurvis. †
*Rumph. muſ. p.* 25. *Jonſt. exſangu. t.* 20. *f.* 3.
*Habitat in Mari* Mediterraneo & Aſiatico *intra Teſtas Pinnæ, Sphondyli.*
*Hic nobis non viſus, ab autoptis attente deſcribendus.*
*Concha patens, luminibus orbum pandens corpus, expoſita Sepiæ octopodiæ, ideoque non ſine cuſtode eſt, qui* Pinnophylax (*Ariſtot. II:* 24 & *V:* 15.) Pinnotheres (*Plin. IX:* 42, 31.) *neque enim vita Conchæ fortaſſe ſervari poſſet niſi opera Cancri (Bell. aqu.* 401. *Haſſelqv. iter.* 450).

*Planc. conch.* 36. *t.* 5. *f.* 1.
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Teſta magnitudine pomi, rubra, uti totum corpus hirta. Roſtrum bidentatum cum dente ad utrumque latus breviore. Seta utrinque ad baſin caudæ. Pedes duo poſtici quaſi ſupra reliquos collocati.*

* d * *Brachyuri thorace ſupra ſpinoſo.*

Maja. 24. C. brachyurus, thorace aculeato, manibus ventricoſis lævibus.
*Fn. ſvec.* 1245. *Matth. dioſc.* 229. Maja.
*Iter. ſcanic.* 327. *Jonſt. exſang. t.* 5. *f.* 5.
*Habitat in Oceano* Europæo.

longimanus. 25. C. brachyurus, thorace aculeato, manibus corpore longioribus: digito patulo; pollice curvato.
*Rumph. muſ. t.* 8. *f.* 2. *Pet. amb. t.* 2. *f.* 15.
*Habitat in Oceano* Aſiatico.

horridus. 26. C. brachyurus, thorace obtuſe aculeato, manibus ovatis, cauda carioſa.
*Rumph. muſ. t.* 9. *f.* 1. *Pet. amb. t.* 1. *f.* 7.
*Habitat in Oceano* Aſiatico.

criſtatus. 27. C. brachyurus, thorace aculeato: roſtro bifido criſtato, manibus teretibus.
*Rumph. muſ. t.* 8. *f.* 1. *Pet. amb. t.* 5. *f.* 11.
*Habitat in Oceano* Aſiatico.

ſuperciliosus. 28. C. brachyurus, thorace aculeato: ſpinis ocularibus ramoſo-trifidis, manibus teretibus. *M. L. U.*
*Habitat in Oceano* Indico.

cornutus. 29. C. brachyurus, thorace aculeato: roſtro ſpinis corniformibus barbatis, manibus teretibus. *M. L. U.*
*Habitat in Oceano* Indico.

longipes. 30. C. brachyurus, thorace aculeato, manibus ovatis ſcabris, pedibus poſterioribus longiſſimis.
*Rumph. muſ. t.* 8. *f.* 4.
*Habitat in Oceano* Indico.

ſpinifer. 31. C. brachyurus, thorace poſtice uni-aculeato, inæquali, pedibus ſecundi paris longiſſimis.

*Rumph. muſ. t. 8. f. 3?*
*Habitat in* Aſia.

* e * *Brachyuri thorace inæquali.*

cruentatus. 32. C. brachyurus, thorace tuberculoſo ſanguineo, roſtro lineari truncato.
*Habitat in* M. Mediterraneo. *E. Brander.*
*Teſta ſtatura & magnitudine C. Aranei, ſupra admodum nodoſa tuberibus inæqualibus: apice maculis albis. Roſtrum lineare, truncatum, cum dente utrinque ad ejus baſin. Chelæ lineares ad carpos utrinque dente retroſpectante obtuſo. Pedes acuti.*

hepaticus. 33. C. brachyurus, thorace verrucoſo gibbo ſemiorbiculato: margine ſerrato.
*Habitat in* Indiis.

Calappa. 34. C. brachyurus, thorace ſtrigis ſubimbricato gibbo trilobo.
*Rumph. muſ. t. 11. f. 2, 2.*
*Habitat in* Aſia.

Grapſus. 35. C. brachyurus, thorace ſtrigis lateralibus, fronte retuſa.
*Amœn. acad. 4. t. . f.*
*Catesb. car. 2. t. 36. f. 1.* Pagurus maculatus.
*Habitat in* America, *Inſula* Adſcenſionis.

æneus. 36. C. brachyurus, thorace rugoſiſſimo obtuſo utrinque quadrilobo.
*Habitat in* India.

punctatus. 37. C. brachyurus, thorace obovato punctato: poſtice tridentato.
*Rumph. muſ. t. 10. f. C.* *Brown. jam. t. 42. f. 3.*
*Habitat in* Aſia, America.

dorſipes. 38. C. brachyurus, thorace rugoſo ovali: antice ſerrato ciliato, pedibus poſticis dorſalibus.
*Rumph. muſ. t. 10. f. 3.* *Pet. amb. t. 6. f. 2.*
*Habitat in* India.

Symmyſta. 39. C. ſubbrachyurus, thorace ſubcylindrico ciliato-ſerrato, chelis cordatis, antennis ciliato-piloſis.
*Habitat in* Aſia.

* f *

* f * MACROURI *paraſitici, cauda ſetacea aphylla.*

Bernhardus. 40. C. macrourus paraſiticus, chelis cordatis lævibus: ſiniſtra majore.
*Matth. dioſc.* 230. *Aldr. exſangu.* 218.
*Rond. piſc.* 1. *p.* 553. *Jonſt. exſangu. t.* 7. *f.* 6-12.
*Bellon. aquat.* 362. *Swammerd. bibl. t.* 11. *f.* 1, 2.
*Geſn. aquat.* 161.
*Habitat in Oceano* Europæo, *intra varias teſtas Concharum.*
*Chelæ margine anteriore verſus baſin barbatæ.*

Diogenes. 41. C. macrourus paraſiticus, chelis muricatis: dextra majore.
*Brown. jam.* 424. Aſtacus maximus, cauda ſubnuda molli, chelis ſubverrucoſis tuberculatis: dextra majore.
*Rumph. muſ. t.* 5. *f. K. L.*
*Catesb. car.* 2. *t.* 34.
*Habitat in Oceano* Aſiatico, Americano, *intra teſtas varias Concharum.*

* g * *Macrouri thorace lævi.*

Gammarus. 42. C. macrourus, thorace lævi, roſtro lateribus dentato: baſi ſupra dente duplici. *Fn. ſvec.* 1248. Hummer-hu.
*It. weſtrogoth.* 174. *Geſn. aquat.* 91.
*Muſ. Ad. Fr.* 87. *Aldr. exſangu.* 112.
*Matth. dioſc.* 227. *Jonſt. exſangu. t.* 71.
*Rond. piſc.* 1. *p.* 538.
*Habitat in Oceano imprimis* Norvegico: *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

Aſtacus. 43. C. macrourus, thorace lævi, roſtro lateribus dentato: baſi utrinque dente unico. *Fn. ſvec.* 1249.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 87. *Geſn. aquat.* 104.
*Rœſ. inſ. app.* 1. *t.* 54, 55. *Aldr. exſangu.* 129.
*Matth. dioſc.* 228. *Jonſt. exſangu. t.* 4. *f.* 1.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 210.
*Bellon. aquat.* 355.
*Habitat in* Europæ *lacubus, fluviis.*

Carcinus. 44. C. macrourus, thorace lævi, manibus teretiuſculis: brachiis hiſpido-aculeatis.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 271. *t.* 245. *f.* 2. Aſtacus fluviatilis major, chelis aculeatis.
*Habitat in* Americæ *fluviis.*

penna-ceus. 45. C. macrourus, thorace lævi cylindrico, roſtro enſiformi: margine ſuperiore ſerrato.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 87.
*Habitat in* Calidioribus *regionibus.*

Squilla. 46. C. macrourus, thorace lævi, roſtro ſupra ſerrato ſubtus tridentato, manuum digitis æqualibus. *Fn ſvec.* 1252.
*Matth. dioſc.* 229. *Rond. piſc.* 549.
*Klein. dub.* 35. *f. A.*
*Habitat in M.* Balthico, *Oceano* Europæo.

Crangon. 47. C. macrourus, thorace lævi, roſtro integerrimo, manuum pollice longiore. *Fn. ſvec.* 1251.
*Habitat in M.* Balthico.

* h * *Macrouri thorace inæquali.*

Carabus. 48. C. macrourus, thorace ſtrigis imbricatis oblongiuſculo antice ciliato, roſtro bidentato mobili.
*Habitat in M.* Mediterraneo. *E. Brander.*
*Teſta magnitudine extimi pollicis, ſupra lævis ſed rugis quaſi imbricatis, margine antice denticulis ciliata. Roſtrum dentibus 2 parallelis mobilibus depreſſis. Antennæ corpore longiores pilis ciliata. Chelæ latiſſimæ cordatæ antice pilis ciliatæ. Pedes unguibus falcatis. Cauda articulis 3 utrinque foliatis: extremo articulo ovato parvo, cui utrinque pedibus 2 parvis & ſubtus ſetis augent longitudinis.*

Cancha-rus. 49. C. macrourus, thorace rugoſo ovali, manibus compreſſis margine ſpinoſis. *M. L. U.*
*Habitat in* Indiis.

* i * *Macrouri thorace aculeato.*

piloſus. 50. C. macrourus, thorace cheliſque angulatis hiſpidis.
*Muſ. Ad. Fr.* 87.
*Habitat in* Indiis.

norvegi-cus. 51. C. macrourus, thorace antrorſum aculeato, manibus priſmaticis: angulis ſpinoſis. *Fn. ſvec.* 1247.
*It. ſcanic.* 307.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 88.
*Aldr. exſangu.* 113. Aſtacus mediæ magnitudinis prior.
*Habitat in Mari* Norvegico.

* k *

* k * *Macrouri, manibus adactylis, thorace oblongo.*

Homarus. 52. C. macrourus, thorace antrorſum aculeato, manibus adactylis.
*Rumph. muſ. t.* 1. *f. A.* *Pet. amb. t.* 6. *f.* 1.
*Habitat in Mari* Aſiatico.

Arctus. 53. C. macrourus, thorace ſubaculeato hirto, manibus adactylis.
*Marcgr. braſ.* 186. Poliquiquyixe.
*Jonſt. exſangu. t.* 4. *f.* 3, 4, 8, 12.
*Barrel. rar. t.* 1288. *f.* 2.
*Rumph. muſ. t.* 2. *f. C. D.*
*Brown. jam. t.* 41. *f.* 1.
*Habitat in M.* Europæ, Aſiæ, Africæ, Americæ.

* l * *Macrouri manibus adactylis, teſta thoracis breviſſima, nec thoracem totum tegente.*

Mantis. 54. C. macrourus articularis, manibus adactylis compreſſis falcatis ſerrato-dentatis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 86.
*Rumph. muſ. t.* 3. *f. E.* C. Arenarius.
*Marcgr. braſ.* 186. *t.* 187. Tamaru-guacu.
*Habitat in M.* Aſiatico, Indico, Mediterraneo.
*Thoracis teſta membranacea. Pedes utrinque* 3. *Pollex ſerrato-dentatus, terminalis. Dactyli ſub abdomine trium parium. Antennæ trifidæ: lamina ovata ad oculos.*

Scyllarus. 55. C. macrourus articularis, manibus adactylis ventricoſis rectis angulatis introrſum tridentatis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 86. C. mirabilis.
*Rumph. muſ. t.* 3. *f. F. G.*
*Habitat in M.* Aſiatico.
*Statura præcedentis. Thoracis teſta latere poſtico emarginata. Mucronum par pone pedes.*

Pulex. 56. C. macrourus articularis, manibus adactylis, cauda attenuata ſpinis bifidis. *It. œl.* 42, 96.
*Fn. ſvec.* 1253. *Friſch. inſ.* 7. *t.* 18.
*It. gotland.* 260. *Raj. inſ.* 44. Pediculus fluviatilis.
*Habitat ad* Maris *littora.*



Species 54-59 *ob thoracem Lorica deſtitutum & ſingularem ſtructuram corporis adeo a reliquis Cancris recedunt, ut facile genus diſtinctum conſtituerent.*

Locuſta. 57. C. macrourus articularis, manibus adactylis, cauda attenuata ſpinis bifidis.
*Fn. ſvec.* 1254. *It. gotl.* 260.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 62.
*Klein. miſſ.* 5. *t.* 6. *f. A. B. C.*
*Habitat in* Europæ *maritimis.*

Salinus. 58. C. macrourus articularis, manibus adactylis, pedibus patentibus, cauda ſubulata.
*Matii diar. britann.* 1756.
*Habitat in* Angliæ *Salinis Limingtonianis. D. Schloſſerus.*
*Corpus pediculo majus, oblongum. Oculi diſtantes, laterales, pedunculati. Antennæ ſetaceæ, corpore breviores. Cauda filiformi-ſubulata, exſerta, longitudine corporis. Pedes utrinque* 10 *patentes & quaſi pinnatim digeſti.*

ſtagnalis. 59. C. macrourus articularis, manibus adactylis, pedibus patentibus, cauda cylindrica bifida.
*Fn. ſvec.* 1357.
*Schæff. monogr.* . . Apus.
*Habitat in* Europæ *aquis dulcibus, in fiſſuris rupium retentis.*

## 240. MONOCULUS. *Pedes* natatorii.
*Corpus* cruſta tectum.
*Oculi* approximati, teſtæ innati.

Polyphemus. 1. M. teſta plana convexa ſutura lunata, poſtice dentata, cauda ſubulata longiſſima.
*Cluſ. exot. t.* 6. *c.* 4.
*Jonſt. exſangu. t.* 7. *f.* 1, 2.
*Olear. muſ. t.* 28. *f.* 1, 2.
*Worm. muſ.* 24. *t.* 249. *Bont. jav. l.* 5. *c.* 31.
*Rumph muſ.* 21. *t* 12. *Schæff. monogr.* 1756. *t.* 7.
*Knorr. delic. t. F.* 1.
*Habitat in* India.

foliaceus. 2. M. teſta foliacea plana.
*Lœfl. act. Upſ.* 1750. *p.* 42. *t.*
*Friſch. inſ.* 6. *p.* 27. *t.* 12.
*Habitat in Aquis dulcibus, ſtagnantibus* Europæ.

Apus. 3. M. teſta ſubcompreſſa antice retuſa poſtice truncata, cauda biſeta. *Fn. ſvec.* 1181.
*Friſch. inſ.* 16. *t.* 1.
*Act. angl* 40. *p.* 150. *t.* 1. *f.* 2.
*Schæff. monogr.* 1756. *t.* 1-6.
*Habitat in* Europæ *foſſis*, *piſcinis.*

Pulex. 4 M. antennis dichotomis, cauda inflexa. *Fn. ſvec.* 1182.
*Swamm. quart.* 66. *t.* 1.
*bibl. t.* 31. *f.* 1, 2, 3.
*Schæff. monogr.* 1755. *t.* 1. *f.* 1-8.
*Joblot. micr.* 1. *pp.* 2. *t.* 13. *f.* P. Q. R.
*Habitat ubique in aquis dulcibus, tanta ſæpe in copia, ut appareat ſanguinea. Amœn. acad.* 3. *p.* 320.

Pedicu-lus. 5. M. antennis dichotomis, cauda reflexa. *Fn. ſvec.* 1183.
*Habitat in* Europæ *aquis dulcibus.*

quadri-cornis. 6. M. antennis quaternis, cauda recta bifida. *Fn. ſvec.* 1184.
*Baker. micr. t.* 9. *f.* 1, 2.
*Blank. inſ.* 149. *t.* 13. *f. B.*
*Joblot. micr.* 1. *pp.* 2. *t.* 14. *f. C. D.*
*De Geer act. Stockh.* 1747. *t.* 6. *f.* 2.
*Act. angl. abbrev.* 2. *p.* 258. *t.* 20. *f.* 5. 6.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 98. *f.* 1, 2, 4.
*Habitat in* Aquis Europæ.
*Ovaria tanquam uvæ binæ petiolatæ adhærent.*

concha-ceus. 7. M. antennis capillaribus multiplicibus, teſta bivalvi. *Fn ſvec.* 1185.
*Habitat in aquis dulcibus.*

lenticula-ris. 8. M. teſta compreſſa lentiformi.
*Habitat in* Finlandia. *Uddman.*
*Latitudo extimi articuli digiti.*

Telemus. 9. M. teſta ſubgloboſa poſtice tridentata, antice labio ſimo.
*Habitat* Algiriæ. *E. Brander.*
*Teſtam ſolum vidi generis etiamnum dubii, figura fere ſeminis Ciceris; hæc ſubgloboſa, pellucida, poſtice tridentata: dente intermedio acutiore; latus Teſtæ inferius minus gibbum; antice fiſſa eſt horizontaliter teſta ultra medium; pars inferior antice longior in labium concavum, adſcendens, obtuſum; ſuperior abſque labio, antice gibba, transverſe ſtriata.*

241. ONI-

## 241. ONISCUS. *Pedes* XIV.
## *Antennæ* ſetaceæ.
## *Corpus* ovale.

Aſilus. 1. O. abdomine foliis duobus obtecto, cauda ſemiovali. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 88.
*Bell. aquat.* 413. Aſilus ſ. œſtrum.
*Rond. piſc.* 576. Pediculus marinus.
*Habitat in* Oceano.

Oeſtrum. 2. O. abdomine foliis ſex obtecto, cauda retuſa. *Muſ. Reg.* 89.
*Marcgr. braſ.* 155. *f.* 3, 4. Animalculum cruſtaceum.
*Habitat in* Oceano.

Pſora. 3. O. abdomine ſubtus nudo, cauda ſemiovali acuta.
*Habitat in mari* Norvegico. *D. C. Solander.*
*Magnitudo præcedentium. Thorax ſegmentis 7 æqualibus. Cauda ſegmentis quinque anguſtioribus, præter ultimum quod ſemiovale ſed acutum. Antennæ* $\frac{1}{4}$ *totius longitudinis. Pedes XIV, quorum 6 primi antrorſum verſi angulo incurvo & affixi corpori articulo arcuato. Abdomen nudum. Cauda obtecta foliolis anguſtis non evidentibus.*
*Ovarium externe contra ſcabiem Specificum Norvegis. Solander.*

Phyſodes. 4. O. abdomine ſubtus nudo, cauda ovata.
*Habitat in* Pelago.
Corpus *præter caput & caudam ultimam, ex 7 ſegmentis trunci, & 5 caudæ.* Antennæ *utrinque* 2, *breves.* Caudæ *folium terminale omnino ovatum; ad latera utrinque ſubtus auctum duobus petiolis diphyllis: foliolis lanceolatis, obtuſis, cauda brevioribus: Caudæ articuli ſubtus obtecti numeroſis veſiculis longitudine caudæ.*

Entomon. 5. O. abdomine ſubtus nudo, cauda ſubulata. *Faun. ſvec.* 1255.
*Raj. inſ.* 43. Aſellus marinus cornubienſis alius.
*Klein. dub.* 38. *f.* 1, 2. Entomon pyramidale.
*Habitat in* M. Balthico.

Ceti. 6. O. ovalis: ſegmentis, excepto ſecundo, in medio interruptis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 89.

*Mar-*

*Martenſ. ſpitzb.* 85. *t. Q. f. D.* Pediculus ceti.
*Seb. theſ.* 1. *t.* 90. *f.* 5. Pediculus ceti.
*Habitat in* Balænis.

marinus. 7. O. ſemicylindricus, cauda ovato-oblonga integra. *It. wgoth.* 190.
*Habitat in* Oceano *Norvegico.*

ſcopulorum. 8. O. luteus ſtrigis fuſcis. *It wgoth.* 190.
*Habitat in* Oceano *Norvegico.*

aquaticus. 9. O. cauda rotundata, ſtilis bifurcis. *Fn. ſvec.* 1258.
*Raj. inſ.* 43.
*Friſch. inſ.* 10. *t.* 5.
*Habitat in* Aquis puris.
*Confer*: Entomon hieroglyphicum. *Klein. dub. f.* 5, *ſed maximum.*

Aſellus. 10. O. ovalis, cauda obtuſa bifida. *Fn. ſvec.* 1257.
*Matth. dioſc.* 257.
*Raj. inſ.* 41. *n.* 1.
*Aldr. inſ.* 632.
*Mouff. inſ.* 202.
*Habitat in* Domibus, Muris, Hybernaculis, lignis putridis.

Armadillo. 11. O. ovalis, cauda obtuſa integra. *Fn. ſvec.* 1256.
*It. gotl.* 298.
*Raj. inſ.* 42. A. lividus.
*Habitat in* Europa *ſub lapidibus.*
*Pedes plures quam quatuordecim; Segmenta corporis* 10, *præter caput & caudam.*

## 242. SCOLOPENDRA.

*Pedes* numeroſi, totidem utrinque quot corporis ſegmenta.
*Antennæ* ſetaceæ.
*Palpi* duo, articulati.
*Corpus* depreſſum.

Lagura. 1. S. pedibus utrinque XII, corpore ovali, cauda penicillo albo. *Fn. ſvec.* 1264.

*Act.*

*Act. gall. miſſ.* 1. *p.* 532. *t.* 17. *f.* 4-10.
*Habitat in* Svecia *ſub muſcis.*

coleoptrata. 2. S. pedibus utrinque XIV, thorace coleoptrato.
*Habitat in* Hiſpania. *D. Z. Hallman.*
*Antennæ flavæ, longitudine corporis. Corpus figura S. forficatæ, ſed longius ſegmentis ſingulis tectis clypeolo ſemiorbiculato poſtice emarginato. Elytron ſimplex, tanquam ex duobus coadunatum, poſtice emarginatum, incipiens ad 4:tum ſegmentum corporis, tegens unum tantum alterumve ſegmentum. Alæ ſub elytro anguſtæ ſimplices. Pedes* 14 *paribus, longitudine ferme corporis ſpinoſi: Tibiis flavis anguſtiſſimis.*

forficata. 3. S. pedibus utrinque XV. *Fn. ſvec.* 1263.
*Raj. inſ.* 45.
*Mouff. inſ.* 199.
*Aldr. inſ.* 635.
*Habitat in* Europa; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

gigantea. 4. S. pedibus utrinque XXI.
*Brown. jam.* 420. *t.* 42. *f.* 4. S. maxima pedibus 36.
*Habitat in* America.
*Sequenti multo major, ſed ſimillima.*

morſitans. 5. S. pedibus utrinque XX. *Amœn. acad.* 1. *p.* 325, 506.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 89. *Seb. muſ.* 1. *t.* 81. *f.* 3, 4.
*Olear. muſ. t.* 12. *f.* 5. 2. *t.* 25. *f.* 3, 4.
*Pet. gaz. t.* 13. *f.* 3. *Friſch. inſ.* 11. *t.* 2. *f.* 7.
*Leuwenh. epiſt.* 102. *Catesb. car.* 3. *p.* 2. *t.* 2.
*Bradl. nat. t.* 25. *f.* 4.
*Habitat in* Indiis.
*Oculi utrinque quaterni. Articuli corporis* 22, *antennarum* 20.

electrica. 6. S. pedibus utrinque LXX. *Fn. ſvec.* 1261.
*Aldr. inſ.* 636. *f.* 8.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 8. *f.* 1. *Raj. inſ.* 45.
*Habitat in* Europæ *terra.*
*Lucet in tenebris manifeſte.*

phoſphorea. 7. S. pedibus utrinque LXXVI.
*Habitat in* Aſia, *noctu inſtar Lampyridis ignita ex alto cœlo decidua in navem, in mari indico & æthiopico,* 100 *milliaribus a continente. An alata uti* 2?

*Caput*

*Caput ovatum, flaveſcens, exaratum lineis 2 & una transverſali. Corpus craſſitie pennæ paſſerinæ, filiforme, digito longius, purpuraſcens, lineis ambabus flavis parallelis, conſtans ſegmentis 72. Antennæ articulis 14, ſubulatæ, ferrugineæ.*

occidentalis. 8. S. pedibus utrinque CXXIII.
*Habitat in* America.
*Corpus ſemipedale, ferrugineum, convexiuſculum. Antennæ articulis 14.*

marina. 9. S. pedibus utrinque . ., corpore pallido: linea dorſali rufa. *It. wgoth.* 191.
*Habitat in* Oceano *Atlantico.*

## 243. JULUS. *Pedes* numeroſi, duplo utrinque plures, quam corporis ſegmenta.

*Antennæ* moniliformes.
*Palpi* duo, articulati.
*Corpus* ſemicylindricum.

ovalis. 1. J. pedibus utrinque XX. *Chin. lagerſtr.* 36. *f.* 4.
*Habitat in* Aſia.
*Segmenta corporis oblongo-ovalis* 10, *præter thoracis & caudæ.*

craſſus. 2. J. pedibus utrinque XCVI. *Chin. lagerſtr.* 35.
*Habitat in* Aſia.

terreſtris. 3. J. pedibus utrinque C. *Fn. ſvec.* 1260.
*Mouff. inſ.* 30.
*Raj. inſ.* 46. *n.* 4.
*Aldr. inſ.* 636. *f.* 4.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 8. *f.* 3.
*Jonſt. inſ. t.* 23.
*Habitat in* Europa *ſub terra.*

indus. 4. J. pedibus utrinque CXV. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 90.
*Amœn. acad.* 1. *p.* 324. Scolopendra pedibus 96.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 81. *f.* 5.
*Habitat in* Indiis.

5. J.

ſabuloſus. 5. J. pedibus utrinque CXX. *Fn. ſvec.* 1262.
*It. gotl.* 280.
*Raj. inſ.* 47.
*Habitat in* Europæ *ſabuloſis.*

ſuſcus. 6. J. pedibus utrinque CXXIV. *Chin. lagerſt.* 34.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 24. *f.* 4, 5.
*Habitat in* Indiis.
*Segmenta corporis* 62, *præter thoracis & caudæ.*

maximus. 7. J. pedibus utrinque CXXXIV.
*Marcgr. braſ.* 255. Vermis terreſtris.
*Habitat in* America.
*Segmenta corporis* 67, *præter thoracis & caudæ.*

---

Animadverti immenſum opus DEI,
non poſſe hominem aſſequi
quamvis laborioſe quærat.
*Eccleſ.*

---

*CLAS-*

# CLASSIS VI.

# VERMES.

TARDIGRADA, mollia, pandentia, vivaciſſima, redintegranda, humidi Animantia, *acephala*, *apoda*, *androgyna*, *Tentaculis* dignoſcenda.

IMPERFECTA veteribus, nec inepte, dicta animantia, deſtituuntur Capite, Auribus, Naſo, Oculis pleraque (a), Pedibus, Pulmonibus, ab Inſectis itaque diverſiſſima, a quibus dudum removi naturæ cryptogama, ſunt: *Inteſtina*, *Molluſca*, *Teſtacea*, *Lithophyta*, *Zoophyta.*

INTESTINA terrena quondam dicta, ob ſummam ſimplicitatem corporis, terebrant omnia; perforat *Gordius* Argillam, ut aqua tranet, *Lumbricus* Humum, ne ſita corrumpatur; *Myxine* Cadavera, ut liquefcant; *Furia* Animalia, ut occidantur; *Teredo* Ligna, ut deſtruantur; quemadmodum Pholades, & Mytili Lithophagi Petras, ut ſolvantur.

MOLLUSCA nuda, brachiata, vagantur pleraque per maria, cœlo reſplendentia, tanquam totidem lucernis tenebricoſum illuminant abyſſum Phoſphorea, ut quod eſt inferius, ſit tanquam ſuperius.

TESTACEA molluſca domiporta, calcareaque domuncula nobilitata, calcifica, & ipſa ſæpe calcivora, inſectis oppoſita, ſpecierum numero, magna Naturæ ludentis varietate, multiplicata (b) TESTAS polydædalas Conchyliorum parium,



(a) *Vermium genus omne oculis caret; Plin. niſi forte* [illegible] *Limaces videntur etiam oculis inſtructi,* [illegible] *a vulgo certe* [illegible].

(b) Plin. IX: 33. *Tot Colorum differentiæ, tot Figuræ planis, concavis,* [illegible] *lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæſis, in dorſum elatis,* [illegible] *rugatis, denticulatis,* [illegible] *vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato; jam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa,* [illegible] *pectinatim, imbricatim undata, cancellatim reticulata; in obliquum, in rectum expanſa, denſata,* [illegible] *ſinuata, brevi nodo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad bucinum recurvis: vide explicationem* Bonanni; Kleinii.

rium, æque attente legit ſumma ſapientia, ac care emit erudita luxuria, a quisquiliis (c), ad Ammirales, Scalaresve, Margaritis (d) ſuis pretioſiores, quas Artificum politura vitiando nobilitat, ut pulchrius pateat in Tritonis COCHLEIS vividis ad *Umbilicum*, *Apertura* cum *Labro* exteriore interioreve, ſæpe dentato ad *Columellam*, circa quam *Spiræ Anfractûs* læves, ſulcati, ſtriati, angulati, nodoſi, aculeati, ſpinoſi, frondoſi usque in *Mucronem* apicis; & ut intueatur in Veneris CONCHIS vividis lectis, teſtarum nativa paria, determinatam figuram, valvulas (ſiniſtram & dextram) æquales l. inæquales, æquilateres l. inæquilateres; inferius dentatos *Cardines* inter *Nates* umbonum, poſterius *Ani* impreſſuram, anterius *Vulvæ* rimam, *Labiis Nymphis*que conniventem, *Hymene* obtectam, exterius *Marginis* ambitum. Meretur imprimis inquirere in foſſilium hodie deperditorum protypa, imprimis *Anomiarum*, abyſſi cimelia, cum alia ſint *Terreſtria*, *Lacuſtria*, *Littorea*, *Maritima*, *Pelagia* alia.

LITHOPHYTA Molluſca, animalcula compoſita teſtarum, Teſtisque innixa. *Corallia* hæc priſci plantas aëris contactu lapideſcentes judicabant, ſed recentioribus etiam ex ſuo ſemine Lapides germinare, imprimis ob calcaream horum indolem viſa, usque dum *Marſiglii* diligentia extraxerat e mari Corallia vegetantia floribus hexandris hexapetalis, a contactu aëris ſe contrahentibus, inque aqua denuo expandendis; at eadem tempeſtate *Peyſonellus* Corallia ex animalculis fabricari, ultra ſeculum poſt eandem apud ſapientiores indos ratam ſententiam (e), primum vidit vix audiendus, niſi *Tremblæus* Hydras omnium admiratione detexiſſet, & ad littora curioſos allicuiſſet, quo via per *Elliſii* Sertularias ad Corallia aperta fuit.

ZOO-

(c) Speculatie-gods *vulgo*.
(d) Margaritarum *dos in Candore, Magnitudine, Orbe, Lævore, Pondere. Plin. IX: 35. Pretioſiſſima Cleopatræ Antonio expoſita ibid.*
(e) *Rumph. muſ. 152. ad tab. 16 F.*

ZOOPHYTA compoſita Animalcula, in bivio Animalium Vegetabiliumque conſtituta, *radicata* pleraque *caulescunt*, multiplicata vita *ramis*, *gemmis* caducis, metamorphoſique *florum* animantium, ſponte ſeſe moventium, in *capſulas ſeminiferas* tranſeuntium; ac ſi Plantæ eſſent Zoophyta, ſenſu motuque deſtituta; & Zoophyta veræ plantæ, ſed ſyſtemate nerveo, ſenſus motusque organo, inſtructæ; *equidem his ineſſe ſenſum, quæ nec animalium, nec fruticum, ſed tertiam ex utroque naturam habent. Plin.*

AUCTORES Vermium pretioſi: INTESTINORUM vix ulli; MOLLUSCORUM pauci; TESTACEORUM primarii: ſobrius *Bonannus*, ditiſſimus *Liſterus*, ſolidiſſimus *Rumphius*, curioſiſſimus *Petiverus*, abſolutiſſimus *Gualtierus*, nitidiſſimus *Argenville*, omniumque pulcherrimus *Kratzenſteinii Regenfuſius* (f), nec non *Columna*, *Barrelierus*, *Plancus*, *Kleinius*, alii. LITHOPHYTORUM Comes *Marſiglius*, oculatus *Donatus*. ZOOPHYTORUM lynceus *Elliſius*.

---

Mihi contuenti ſeſe perſvaſit rerum Natura, nihil incredibile exiſtimare de ea.

*Plin.* XI: 3.

---



(f) Regenſuſii *operis auctore Cl.* Kratzenſteinio *vidi tantum tabulas XII primas, dum hæc edo; nec quidquam pulchrius.*

# GENERUM Characteres.

I. INTESTINA Animalia ſimplicia, nuda, artubus deſtituta.

244. Gordius *Corpus* filiforme, æquale, læve.
245. Furia *Corpus* filiforme, æquale aculeis diſtichis reflexis.
246. Lumbricus *Corpus* teres, annulatum.
247. Ascaris *Corpus* teres, æquale, utrinque attenuatum.
248. Fasciola *Corpus* planiuſculum: apertura terminali ventralique.
249. Hirudo *Corpus* ore caudaque orbiculo dilatabili.
250. Myxine *Corpus* carinatum, ore maxilloſo tentaculato.
251. Teredo *Corpus* teres, ore tentaculato maxillisque hemiſphæricis.

II. MOLLUSCA. Animalia ſimplicia, nuda, artubus inſtructa.

252. Limax *Corpus* repens, antice Tentaculis 4, foramineque laterali.
253. Doris *Corpus* repens, antice Tentaculis 8.
254. Tethys *Corpus* bilabiatum, apice foraminibus 2, Tentaculis 2.
255. Nereis *Corpus* repens, lineare; Tentaculis diſtiche pedatum.
256. Aphrodita *Corpus* repens, ovale, tentaculis diſtiche pedatum.
257. Lernæa *Corpus* affixum ore, appendiculatum, brachiatum Tentaculis 2.
258. Priapus *Corpus* affixum baſi, ore terminali.
259. Scyllæa *Corpus* natans, compreſſum, pedatum, tentaculis 6.
260. Holothuria *Corpus* natans, apice Tentaculis pendulis.
261. Triton *Corpus* pedatum, Tentaculis XVI: poſticis 6 cheliformibus.
262. Sepia *Corpus* natans, carnoſum, ore ſupra cincto brachiis 6.
263. Medusa *Corpus* natans, gelatinoſum, ore ſubtus centrali.
264. Asterias *Corpus* vagum, coriaceum, Tentaculis muricatum, ore ſubtus 5-valvi.
265. Echinus *Corpus* vagum, cruſtaceum, aculeatum, ore ſubtus 5-valvi.

III. TE-

*V[illegible] in [illegible] Maile [illegible], ne [illegible] adultiores facti.*

## III. TESTACEA Molluſca ſimplicia, domo calcarea obtecta.

* *Multivalvia.*

| | | |
|---|---|---|
| 266. | CHITON | *Teſtis* pluribus, dorſalibus, ordine longitudinali. |
| 267. | LEPAS | *Teſta* multivalvi, inæquivalvi, ſeſſili. |

* * *Bivalvia* CONCHÆ.

| | | |
|---|---|---|
| 268. | PHOLAS | *Teſta Cardine* recurvato. |
| 269. | MYES | T. *Cardinis* Dente craſſo, vacuo. |
| 270. | SOLEN | T. *Card.* Dente acuminato, vacuo. |
| 271. | TELLINA | T. *Card.* Dentibus: lateralibus alterius vacuis. |
| 272. | CARDIUM | T. *Card.* Dentibus lateralibus remotis penetrantibus. |
| 273. | DONAX | T. *Card.* Dentibus: laterali remoto vacuo. |
| 274. | VENUS | T. *Card.* Dentibus approximatis, divaricatis. |
| 275. | SPONDYLUS | T. *Card.* Dentibus 2 foraminulo intermedio. |
| 276. | CHAMA | T. *Card.* dentibus 2, obliquis, obtuſis. |
| 277. | ARCA | T. *Card.* Dentibus numeroſis, penetrantibus. |
| 278. | OSTREA | T. *Cardine* edentulo, ſcrobiculo ovato. |
| 279. | ANOMIA | T. *Card.* edentulo, lineari, marginali. |
| 280. | MYTILUS | T. *Card.* edentulo, ſubulato, diſtincto. |
| 281. | PINNA | T. *Card.* edentulo, coalito. |

* * * *Univalvia Spiralia* COCHLEÆ.

| | | |
|---|---|---|
| 282. | ARGONAUTA | *Teſta unilocularis* Animali Sepia. |
| 283. | NAUTILUS | T. *Polythalamia* foramine communicante. |
| 284. | CONUS | T. *Apertura* effuſa, lineari, edentula. |
| 285. | CYPRÆA | T. *Apertura* effuſa, utrinque dentata. |
| 286. | BULLA | T. *Apertura* ſubeffuſa, obliquata. |
| 287. | VOLUTA | T. *Apertura* effuſa, columella plicata. |
| 288. | BUCCINUM | T. *Apertura* canaliculo dextro. |
| 289. | STROMBUS | T. *Apertura* canaliculo ſiniſtro. |
| 290. | MUREX | T. *Apertura* canaliculo recto. |
| 291. | TROCHUS | T. *Apertura* coarctata, ſubtetragona. |
| 292. | TURBO | T. *Apertura* coarctata, orbiculari. |
| 293. | HELIX | T. *Apertura* coarctata, lunari. |
| 294. | NERITA | T. *Apertura* coarctata ſemiorbiculari. |
| 295. | HALIOTIS | T. *Aperturæ* labro dilatato pertuſo. |

* * * * *Univalvia absque ſpira regulari.*

| | | |
|---|---|---|
| 296. | PATELLA | *Teſta* conico-patente. |
| 297. | DENTALIUM | T. libera ſubulata utrinque aperta. |
| 298. | SERPULA | T. adnata, tubuloſa, inferne clauſa. |

IV. LITHOPHYTA Molluſca compoſita, baſin ſolidam ædificantia.

299. Tubipora *Corallium* tubis cylindricis.
300. Millepora *Corallium* tubis obconicis teretibus.
301. Madrepora *Corallium* tubis ſtellatis.

V. ZOOPHYTA Plantæ vegetantes floribus animatis.

302. Isis *Stirps* radicata, lapidea, nuda, geniculis corneis.
303. Gorgonia *Stirps* radicata, cornea, cruſtata, continua.
304. Alcyonium *Stirps* ſtupoſa, corticata, continua.
305. Tubularia *Stirps* fiſtuloſa, tunicata, ſubgeniculata.
306. Eschara *Stirps* papyracea, nuda, poroſa.
307. Corallina *Stirps* fibroſa, cruſtata, articulata: articulis multifloris.
308. Sertularia *Stirps* fibroſa, nuda, articulata: articulis unifloris.
309. Hydra *Stirps* ſubradicata, gelatinoſa, apice florifera.
310. Pennatula *Stirps* libera, pennata, baſi ore inſtructa.
311. Tænia *Stirps* libera, moniliformis, articulata.
312. Volvox *Stirps* libera, globoſa, ſobole nidulante.

# I. INTESTINA.

Animalia *ſimplicia absque artubus, nuda, libera.*

## 244. GORDIUS. *Corpus* filiforme, æquale, læve.

aquaticus. 1. G. pallidus, capite caudaque nigris. *Fn. ſvec.* 1265.
*It. gottl.* 282. Gordius.
*Geſn. aquat.* 463. Vitulus aquaticus.
*Aldr. inſect.* 720. *t.* 765. Seta ſ. Vitulus aquaticus.
*Jonſt. inſ. t.* 25. Meerwijn.
*Habitat in* Argilla & Aquis.

argillaceus. 2. G. flaveſcens, extremitatibus concoloribus.
*Habitat intra* Argillam.
*Major, nec caput ita diſtinctum, & cauda acutior.*

medinenſis. 3. G. totus pallidus. †
*Sloan. jam.* 2. *p.* 190. *t.* 233. *f.* 1. Vena medini.
*Kæmpf. amœn.* 524. Dracunculus perſarum.
*Velſch.* Vena medinenſis *monographia.*
*Habitat in* Indiis, *corpus* humanum *tranans.*
*An a prioribus vere diſtinctus?*

## 245. FURIA. *Corpus* filiforme, continuum, æquale, utrinque ciliatum: aculeis reflexis corpori appreſſis.

infernalis. 1. Furia. *D. C. Solander. Act. Upſ. mſſ.*
*Amœn. acad.* 3. *p.* 322.
*Habitat in* Botniæ Sveciæ *ſeptentrionalis paludoſis.*
*Peſſima omnium, ex æthere decidua in corpora animalium, ea momento citius penetrat, intra horæ quadrantem dolore atrociſſimo occidit.*

## 246. LUMBRICUS. *Corpus* teres, annulatum, longitudinaliter exaſperatum, poro laterali.

terreſtris. 1. L. trifariam retrorſum aculeatus.
*Fn. ſvec.* 1271. Lumbricus lævis.

 *Raj.*

*Raj. inſ.* 2. Lumbricus terreſtris minor.
*Alàr. inſ.* 693. Lumbricus terreſtris.
*Red. exp. quart. t.* 15. *f.* 1.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 189. Lumbricus terreſtris minor rubicundus.
β. *Raj. inſ.* 1. Lumbricus major.
γ. *Raj. inſ.* 2. Lumbricus inteſtinorum teres.
*Valliſn. nat.* 1. *t.* 3. Lumbricus humanus.
*Habitat in* Humo; *adſcendit noctu.*
Corpus *annulis circiter centum conſtans, annuloqve majore cartilagineo cinctum, trifariam retrorſum aculeatum; quarto latere inermi.*
*Majorem* β. *a minore* α. *vix diverſum crederem, at inteſtinalem* γ *eandem eſſe e numero annulorum & aculeis obſervavi.*

marinus. 2. L. papillis dorſalibus geminatis barbatis. *It. wgot.* 189. *t.* 3. *f.* 6. *It. ſcan.* 315.
*Bell. aqv.* 444. Lumbricus marinus.
*Habitat in fundo* Maris *ſub arena.*

## 247. ASCARIS. *Corpus* teres, filiforme, continuum, utraque extremitate attenuatum.

vermicularis. 1. A. pollicaris. *Fn. ſvec.* 1269.
*Habitat in* Paludibus, *in* Radicibus *plantarum putreſcentibus, in* Inteſtinis Puerorum & Equi.

lumbricoides. 2. A. ſpithamea.
*Habitat in* Inteſtinis Humanis.
*Spithama & ultra, cum Lumbricis confunditur.*

## 248. FASCIOLA. *Corpus* planiuſculum, poro terminali ventralique.

hepatica. 1. F. ovata. *It. gottl.* 182. 250. *Fn. ſvec.* 1274.
*Amœn. acad.* 2. *p.* 86. Limax ovatus lividus margine acuto.
*Rœſ. app.* 1. *p.* 199. *t.* 32. *f.* 5.
*Schæff. monogr.* 1753. *f.* 1-17.

*Habi-*

*Habitat in* aquis *dulcibus ad radices lapidum, inque* Hepate *Pecorum. Diſſ. de Ovibus.*
*Magnitudo ſeminis Peponis.* Corpus *ovatum, antrorſum acuminatum cum poro; in medio macula oblonga albida, a qua verſus utramque extremitatem linea pallida extenditur; in latere inferiore, ubi corpus coarctatur verſus os, alter porus eſt.*

inteſtinalis. 2. F. linearis longa. *Amœn. acad* 2. *p.* 71. *Syſt. nat.* 6. *p.* 70. *t.* 6. *f.* 1. *Act. Stockh.* 1747. *t.* 5. *f.* 6.
*Plater. prax* 993. Ligula inteſtinorum.
*Habitat in* Inteſtinis Piſcium.

## 249. HIRUDO. *Corpus* oblongum, ore caudaque in orbiculum expandendis ſe promovens.

ſanguiſuga. 1. H. depreſſa fuſca: margine laterali flavo. *Faun. ſvec.* 1272.
*Bergm. act. Stockh.* 1757. *n.* 4. *f.* 3, 4.
*Raj. inſ.* 3. Hirudo maxime vulgaris.
*Habitat in* Aquis *dulcibus.*

medicinalis. 2. H. depreſſa fuſca: lineis flavis dorſalibus ſex: intermediis immaculatis, ſubtus cinerea nigro maculata.
*Bergm. act. Stockh.* 1757. *n.* 4. *f.* 1, 2.
*Raj. inſ.* 3. Hirudo medicinalis.
*Habitat in* Aquis *dulcibus.*
*Venæ ſector, imprimis Hæmorrhoidum.*

octoculata. 3. H. depreſſa fuſca: punctis octo nigris ſupra os. *Bergman act. Stockh.* 1756. *p.* 199. & 1757. *n* 4. *f.* 5-8.
*Faun ſvec.* 1273. Hirudo depreſſa nigra, abdomine ſubcinereo.
*Fn. ſvec.* 725. Coccus aquaticus.
*Habitat in* Aquis *dulcibus.*
Ovum *planiuſculum, ovatum, compoſitum, eſt Coccus aquaticus. Fn. ſvec.* 725.

ſtagnalis. 4. H. depreſſa nigra, abdomine ſubcinereo.
*Bergm. act. Stockh.* 1757. *n.* 4. *f.* 9-11. Hirudo bioculata.

*Habitat in* Aquis *dulcibus.*
*Alumnæ dulcis aquæ pelluntur ſale in piſcinis & corpore; intus hæmoptyſin cauſſantur.*

complanata. 5. H. depreſſa ovato-oblonga: interaneis fuſcis pinnatis pellucentibus.
*Bergm. Act. Stockh.* 1757. *n.* 4. *f.* 12-14. H. ſexoculata.
*Habitat in* Aquis *dulcibus.*
*Interanea pulchre pinnata pellucent.*

indica. 6. H. depreſſa fuſca, ſtriis transverſis ſubmuricatis centum.
*Habitat in* Indiæ *marinis.*
Corpus *valde depreſſum: ſtriis annularibus expanſis elevatis. Os admodum dilatatum.*

geometra. 7. H. teres, extremitatibus dilatatis. **Fn. ſvec.* 1275.
*Friſch. inſ.* 6. *p.* 25. *t.* 11. Hirudo ore caudaque ampla.
*Rœſ. app. t.* 32. *f.* 1-4.
*Habitat in* Aquis *dulcibus.*

muricata. 8. H. teres, corpore verrucoſo.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93. *t.* 8. *f.* 3. Hirudo muricata.
*Habitat in* Mari Atlantico.

## 250. MYXINE.

*Corpus* teres, ſubtus carinatum pinna adipoſa.
*Oculi* nulli.
*Os* terminale, cirroſum: Maxillæ duæ transverſæ ex Dentibus plurimis, acutis, in fauce. Dens ſuperior ſolitarius, acutus.

glutinoſa. 1. Myxine. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 91. *t.* 8. *f.* 4.
*Will. icht.* 107. *Raj. piſc.* 36. Lampetra cæca, oculis carens.
*Habitat in* Oceano.
*Intrat & devorat* Piſces; *aquam in gluten mutat.*

**251. TEREDO.** *Corpus* filiforme.
*Maxillæ* oris 2 hemiſphæricæ.
*Præputium* intra maxillas rotundum, ciliatum.
*Sipho* intra præputium.
*Tentacula* ad os plerumque 8.

lapidaria. 1. T. intra lapides.
*Fæhlær act. Stockh.* 1754. *p.* 144. *t.* 3. *f. A-F.*
*Habitat ad* Italiæ *littora.*
Corpus *filiforme.* Tentacula 8 *circiter circum caput, 4 ad os.*

navalis. 2. T. intra lignum teſta flexuoſa. *Faun. ſvec.* 1329.
*Vallisn. nat.* 2. *t.* 4.
*Sellii Tered. t.* 1.
*Planc. conch.* 17. *n.* 2.
*Habitat intra* Naves & palos *marinos*, **Calamitas Navium**, *ex indiis propagata.*
Animal *filiforme, molluſcum, apodum.* Maxillæ 2 *calcareæ, hemiſphæricæ, exciſæ antice, ſubtus angulo recto & obtuſo. Intra hos, Præputium rotundum labio ſuperiore adaucto, intra quod Sipho peltatus; obducit labyrinthos ſuos Teſtacea tunica, ſed non a ligno diſtincta, ideoque ad nuda inteſtina potius quam ad teſtacea pertinere viſa eſt.*
*Monographia:* Selli hiſtoria Teredinis. *Traject.* 1733. 4:*to.*

II. MOL-

# II. MOLLUSCA.

Animalia *ſimplicia, nuda, artubus inſtructa, libera.*

252. **LIMAX.** *Corpus* oblongum, ſubtus diſco plano ſe promovens.
*Foramen* ad latus, per quod genitalia & excrementa emittuntur.
*Tentacula* ſupra os quatuor.

ater. 1. L. ater. *Faun. ſvec.* 1276.
*Liſt. angl.* 131. Limax ater.
*Geſn. aquat.* 254. Cochlea nuda 3 tota nigra.
*Aldr. inſ.* 702. Limax tota nigra.
*Habitat in Nemoribus &* Lucis *umbroſis.*

rufus. 2. L. ſubrufus. *Fn. ſvec.* 1277.
*Aldr. inſ.* 702. Limax magna, colore rufo.
*Liſt. angl. app.* 6. *p.* 1. Limax 4 ſubrufus montanus.
*Habitat ad* Montium *radices.*

maximus. 3. L. cinereus maculatus. *It. oel.* 61. *Fn. ſvec.* 1278.
*Liſt. angl. app.* 1. *f.* 2. Limax cinereus maximus ſtriatus & maculatus.
*Habitat in ſylvis* frondoſis *umbroſis.*

agreſtis. 4. L. cinereus immaculatus. *Fn. ſvec.* 1279.
*Liſt. angl.* 130. Limax cinereus parvus immaculatus pratenſis.
*Blank. inſ.* 151. *t.* 13. *f.* X.
*Habitat in* Agris, *Hortis, Pratis.*
*Autumno Secale recenter ſatum depaſcitur.*

flavus. 5. L. flavus maculatus. *Faun. ſvec.* 1280.
*Liſt. exercit. anat.* 1. *t.* 1. Limax ſuccini colore, albidis maculis inſignitus.
*Habitat inter* Plantas.

253. DO-

## 253. DORIS. *Corpus* oblongum, ſubtus planum. *Tentacula* ad os circiter octo.

verruco-ſa. 1. Doris corpore ſupra tuberculato.

*Rumph. muſ.* 38. Limax marina verrucoſa.

*Seb. muſ.* 2. *t.* 61. *f.* 5. Mitella verrucoſa.

*Habitat in* Oceano.

*Corpus oblongum, ſemicylindricum, convexum, extremitatibus rotundatis, ſupra verrucoſum. Margo lateralis deflexus.*

*Pes ut in Limace, ovalis, oblongus margine plano. Os tentaculis breviſſimis, circiter octo.*

## 254. TETHYS. *Corpus* oblongum, bilabiatum: corpuſculo medio cartilagineo oblongo. *Tentacula* duo, cuneiformia. *Foramina* duo, ſpirantia.

limacina. 1. T. auriculis quatuor.

*Habitat in* Oceano *Auſtrali.*

*Corpus oblongum, antice quaſi* 4 *auriculis acutis inſtructum.*

leporina. 2. T. corpore rubro, margine membranaceo, auriculis duabus.

*Rond. piſc.* 1. *p.* 520. Lepus marinus.

*Bell. aquat.* 437. Lepus marinus.

*Geſn. aquat.* 475. Lepus marinus.

*Aldr. exſangu.* 78. Lepus marinus 1.

*Habitat in M.* Mediterraneo.

Conf. *Column. aqu. t.* 26. *f.* 2, 3.

255. NE-

255. NEREIS. *Corpus* oblongum, lineare, ſe[illegible] annularibus.
*Tentacula* lateralia, ad ſing[illegible] ſegmentum utrinque ſolitari[illegible]
*Os* terminale: unguibus duo[illegible], arcuatis, oppoſitis.

lacuſtris. 1. N. linearis, lingua exſerta.
*Trembl. polyp. t. 6. f. 1.*
*Rœſ. inſ ſuppl polyp. t. 79. f. 1. & t. 78. f. 16. 17.*
*Habitat in* Aquis *dulcibus.*

cærulea. 2. N. glabra cæruleſcens.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93. Nereis tentaculorum 184 paribus.
*Chinenſ. Lagerſtr.* 58. Nereis cærulea.
*Seb. muſ.* 1. *p.* 132. *t.* 82. *f.* 3.
*Brown. jam.* 395. *t.* 39. *f.* 1. Nereis tentaculis capitis binis tripartitis, corporis pluribus penicilliformibus, duplici ſerie ad latera poſitis.
*Habitat in* Oceano.

gigantea. 3. N. tentaculorum faſciculis triplici ordine.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 81. *f.* 7. Millepoda marina amboinenſis.
*Habitat in M.* Indico.

pelagica. 4. N. ſegmentis annularibus XL, ſubtus ſulcata.
*Habitat in* Pelago.
Os *unguium pari ad apicem. Supra* Caput 2 *tubercula prominula. Inter tubercula cirri* 2, *& ab utroque latere cirri* 4. Corpus *filiforme, ſubtus ſulco longitudinali.* Segmenta 44 *circiter, cum totidem paribus pediformibus e tentaculis & ſetis compoſitis.*

noctiluca. 5. N. ſegmentis XXIII annularibus.
*Amœn. acad.* 3. *p.* 203. *t.* 3. Noctiluca marina.
*Griſl. vened. quart.* Scolopendre marine luiſante.
*Vianelli monogr.* Luccioletta dell'. aqua marina.
*Habitat in omni facile* mari, *aquas ignitas quaſi reddens ipſa præ parvitate nudis oculis inconſpicua.*

## 256. APHRODITA. *Corpus* ovale, utrinque pedibus pluribus faſciculo ſetaceo. *Tentacula* oris 2, bipartita.

ſquamata. 1. A. oblonga, dorſo ſquamato lævi.
*Habitat in* Pelago.
Corpus *oblongiuſculum, tectum ſquamis* 12, *ovatis, latere exteriore affixis.* Pedes 24 *parium, unguiculati, breviſſimi.* Tentacula 2, *breviſſima, bipartita.* Os *foramine involutum.* Cauda *ſetis aliquot brevibus terminata.*

aculeata. 2. A. ovalis hirſuta aculeata.
*Faun. ſvec.* 1284. *Amœn. acad.* 1. *p.* 326. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93. Aphrodita nitens.
*Barthol. act.* 3. *p.* 88. *t.* 88. Vermis aureus.
*Barrel. rar.* 131. *t.* 1284.
*Swamm. bibl. t.* 10. *f.* 8. 14.
β. *Seb. muſ.* 1. *t.* 90. *f.* 1.
*Habitat in* Oceano.

## 257. LERNÆA. *Corpus* oblongum, teretiuſculum. *Ovaria* bina tanquam caudæ. *Tentacula*, quaſi 2 brachia.

cyprinacea. 1. L. corpore obclavato, thorace cylindrico bifurco, brachiis apice lunatis.
*Faun. ſvec.* 1282. *t.* 2. *f.* . . Lernæa tentaculis quatuor: duobus apice lunatis.
*Habitat in Cyprinis* Caraſſiis, *frequens in piſcinis.*

aſellina. 2. L. corpore lunato, thorace cordato.
*It. wgoth.* 171. *t.* 3. *f.* 4. Lernea cauda duplici tereti.
*Habitat in branchiis* Gadi, *adeoque in mari.*

ſalmonea. 3. L. corpore obovato, thorace obcordato, brachiis duobus linearibus confertis.
*Brander piſcat. cumoenſ.* 25. *t.* 1. *f.* 1.
*Act. Stockh.* 1751. *p.* 185. *t.* 6. *f.* 1-5. Pediculus ſalmonis.
*Habitat in branchiis* ſalmonum, *ergo etiam marina.*

Thorax

Thorax *obcordatus, apice deſinens in os bilabiatum, acutiuſculum: labio ſuperiore emarginato; inferiore bifido. Ad baſin thoracis* Brachia 2 *fuſiformia longitudine corporis, apice coëuntia & affixa prædæ. Apici abdominis adhærent* Ovaria *duo, cylindrica, granulata, longitudine totius animalis.*

258. PRIAPUS. *Corpus* oblongum, teres, baſi affixum.
*Os* terminale dentibus incurvis: roſtro cylindrico radiato.

equinus. 1. P. ſemiovalis læviuſculus.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93. Tethys ſemiovatus. *
*Habitat in* oceano *Europæo.*

humanus. 2. P. cylindricus ſtriis annularibus, glande ſtriis longitudinalibus elevatis. *Chin. Lagerſtr.* 30. *n.* 42. *
*Habitat in Mari* Indico.

259. SCYLLÆA. *Corpus* compreſſum, oblongum, dorſo canaliculato; Brachiis ſubtus trium parium obtuſis.
*Os* foramine edentulo terminali.

pelagica. 1. Scyllæa.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 56. Lepus pelagicus.
*Osb. iter.* 306. Zoopterygius.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 74. *f.* 7.
*Habitat in* Pelagi *Fuco natante.*
Corpus *oblongum, compreſſum, molluſcum.* Os *apice teretiore perforato, edentulo.* Dorſum *longitudinaliter canaliculatum foſſula crenata, qua Fuco affigitur quieſcens. Poſtica corporis pars obtuſa, latior.* Brachia 3 *parium: primum sub ore, minus, rotundius; ſecundum ſub medio corporis, foliaceum, oblongum, repandum, obtuſius, intus papillulis adſperſum; tertium verſus poſteriora, ſimile primo pari.*

260. HO-

260. HOLOTHURIA. *Corpus* gibbum, nudum, ovale, natans.

*Tentacula* ſæpius ad alteram extremitatem, inæqualia numero & figura.

Phyſalis. 1. H. cirris difformibus.
*Rumph. muſ.* 49. Holothuria.
*Sloan. jam.* 1. *p.* 7. *t.* 4. *f.* 5. Urtica marina ſoluta purpurea oblonga, cirris longiſſimis.
*Chin. lagerſtr.* 40. *f.* 6.
*Brown. jam.* 386. Arethuſa criſta ſubrubella venoſa.
*Osb. iter.* 284. *t.* 12. *f.* 1. Phyſalis pelagica.
*Habitat in* Pelago.
*Corpus ovatum, ſubtrigonum, hyalinum. Dorſum acutum, obſcure viride, unde nervi excurrunt plurimi, antice rufeſcens. Roſtrum ſpirale, [illegible], ad apicem craſſiorem. Tentacula ſub apice craſſiore plurima, inæqualia: horum breviora teretia, craſſiora; media capillaria, apice luteo-globoſa, reliqua filiformia, longiora: quorum intermedium craſſius & duplo longius.*

Thalia. 2. H. criſta compreſſa lineis lateralibus integris. †
*Brown. jam.* 384. *t.* 43. *f.* 3. Thalia oblonga, criſta perpendiculari compreſſa quadrata, lineis lateralibus integris.
*Habitat in* Pelago *Americano.*

caudata. 3. H. caudata, criſta depreſſa: lineis lateralibus interruptis. †
*Brown. jam.* 384. *t.* 43. *f.* 4. Thalia oblonga caudata, criſta depreſſa rotundata: lineis lateralibus interruptis.
*Habitat in* Pelago.

denudata. 4. H. deſtituta criſta caudaque. †
*Brown. jam.* 384. Thalia oblonga, lineis interruptis cauda & criſta deſtitutis.
*Piſ. braſ.* 296. Moucicu.
*Habitat in* Pelago *Americano.*

261. TRITON. *Corpus* oblongum.
*Os* lingua involuta, ſpirali.
*Tentacula* XVI: utrinque 6: poſticis cheliferis.

littoreus. 1. TRITON.
*Habitat in foraminibus* Rupium *ſubmarinarum.*

262. SEPIA. *Brachia* ſex interius adſperſa cotyledonibus (præter 2 Tentacula longiora quibusdam).
*Os* inter brachia, terminale.
*Oculi*? infra tentacula verſus corpus.
*Corpus* vagina excipiens pectus.

Octopodia. 1. S. corpore ecaudato, tentaculis nullis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 94. *
*Haſſelqv. act. upſ.* 1750. *p.* 33. Octopodia.
*Bell. aqv.* 330. *t.* 331.
*Rond. piſc.* 513. Polypus octopus.
*Jonſt. exſangv.* 5. *t.* 1. *f.* 1. Polypus.
*Habitat in* Mari Mediterraneo.
*In cibo apponi debet rubens ex ſuo condimento, quod coctione addito nitro in rubrum vertitur. Liſter. Aperto tantus effulſit ſplendor, ut remota tempore veſpertino candela, totum palatium ardere videretur. Barthol. act.* 5. *obſ.* 109.

officinalis. 2. S. corpore ecaudato marginato, tentaculis duobus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93.
*Faun. ſvec.* 1281. *Amœn. acad.* 1. *p* 325. * Sepia.
*Geſn. aqu.* 851.
*Aldr. exſangv.* 44.
*Bell. aquat.* 336.
*Rond. aqu.* 1. *p.* 498.
*Olear. muſ.* 97.
*Habitat in* Oceano.
*Continet os officinale & atramentum quo ſe occultat; eo literæ pinguntur. Congros ejus brachia rodere, ſed renaſci, ſicut Lacertis caudam, haud falſum. Plin.* IX: 29.

media. 3. S. corpore depreſſo caudato-ancipiti.
*Rond. piſc.* 508. Loligo parva.
*Habitat in* Pelago.
*Similis Sepiæ officinali, ſed latera membrana cincta. quæ membrana affigitur tantum lateribus ad dimidium, nec longitudinalis eſt.*

Loligo. 4. S. corpore ſubcylindrico ſubulato, cauda ancipiti-rhombea.
*Needhm. microſc.* 1. *t.* 12. *Olear. muſ* 44. *t.* 26. *f.* 2.
*Bell. aqv.* 339. *Rond. piſc.* 506. Loligo.
*Osbeck. iter.* 66. Sepia Loligo.
*Habitat in* Pelago.
*Aqua infuſcata effuſo atramento abſconditur & cauda extra aquam exſilit.*

Sepiola. 5. S. corpore poſtice alis duabus ſubrotundis. †
*Rond. piſc.* 519. *Jonst. aquat. t.* 1. *f.* 8. Sepiola.
*Habitat in M.* Mediterráneo.
*Parva, ad poſtica corporis utrinque alam ſ. auriculam rotundatam habet.*

## 263. MEDUSA. *Corpus* gelatinoſum, orbiculatum, depreſſum. *Os* ſubtus, centrale.

Porpita. 1. M. orbicularis ſupra plana; ſubtus convexiuſcula ſulcata villoſa.
*Chin. lagerſtr.* 43. *f.* 7, 8.
*Muſ. Teſſin.* 96. Meduſa parva figura porpitæ.
*Act. angl.* 301. *p.* 2051. Animalcula ex Yvica maris Mediterranei.
*Habitat in* India.

cruciata. 2. M. orbicularis, cruce alba.
*Habitat in* Oceano *Europæo.*

æquorea. 3. M. orbicularis planiuſcula, margine inflexo villoſo tentaculato. *Læſl.* †
*Habitat in* Pelago.



Meduſa *noctu vagatur; cis primum modex; contrahit ſe rigens ac praeternatanti piſciculo frondem ſuam ſpargit, complexuque devorat; vita et in radice ſic, excrementa per ſumma reddi.* Plin. IX: 45.

aurita. 4. M. orbicularis ſubtus quatuor cavitatibus.
*Fn. ſvec.* 1287. *It. œl.* 160. *It. wgot.* 172. *t.* 3. *f.* 2.
*Kalm. it.* 2 *p.* 109.
*Habitat in Mari* Balthico, Oceano.

capillata. 5. M. orbicularis convexa, margine ſedecies emarginato; ſubtus piloſa.
*Faun. ſvec.* 1286. *It. wgot.* 172. *t.* 3. *f.* 3.
*Habitat in* Oceano ſeptentrionali.

pilearis. 6. M. orbicularis: diſco capitato, limbo foraminibus octo; ſubtus forniculato-piloſa.
*Habitat in* Pelago.

marſupialis. 7. M. ſemiovata, margine tentaculis quatuor.
*Planc. rar.* 41. *t.* 4. *f.* 5. Urtica ſoluta marſupium referens.
*Habitat in M.* Mediterraneo.

pelagica. 8. M. hemiſphærico-concava, margine crenato-incurvato, tentaculis octo. *Lœfl.* †
*Habitat in* Oceano Americano.
Corpus *ſub diſco quadrilobatum.*

brachiata. 9. M. orbicularis margine brachiis novem: apicibus novem, extimo tentaculis novem. †
*Habitat in* Pelago.

Beroe. 10. M. ovata angulata, coſtis octo ciliatis.
*Brown. jam.* 384. *t.* 43. *f.* 2.
*Habitat in Mari* Americano.

Velella. 11. M. ovalis concentrice ſtriata, margine ciliato, ſupra velo membranaceo.
*Col. ecphr.* 20. *t.* 22. Urtica marina ſoluta.
*Habitat in* Pelago. *Lœfling. In Mari* Mediterraneo. *Brander.*
*Ovalis centro prominulo, lineis concentricis, margine ciliato; ſupra linea oblique transverſali; ſupra etiam membrana, dorſalem ſecans lineam inferiorem, rigidula, latitudine corporis.*

## 264. ASTERIAS. *Corpus* depreſſum: cruſta ſubcoriacea, tentaculis muricata. *Os* centrale, quinquevalve.

* *Integra.*

Luna. 1. A. integra ſemiorbicularis lunata.
*Habitat in* India.
Corpus *absque radiis, magnitudine imperialis, lunatum, compreſſum, punctis eminentibus undique adſperſum.*

* * *Stellatæ.*

rubens. 2. A. ſtellata radiis lanceolatis gibbis undique aculeata.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 95.
*Faun. ſvec.* 1285. *It. Wgot.* 172. Aſterias radiis quinis latiuſculis aſperis.
*Plot. oxf.* 85. *n.* 16. *t.* 2. *f.* 2, 3. *Pet. muſ.* 6. *n.* 20. Aſteria.
*Barr. rar.* 130. *t.* 1288. Stella marina læte rubens ſpinoſa.
*Olear. muſ.* 55. *t.* 28. *f.* 4.
*Link. ſtell. t.* 4 *f.* 5; *t.* 9 *f* 16; *t.* 10. *f.* 16; *t.* 14. *f.* 23, 25; *t.* 15. *f.* 18. 26; *t.* 34. *f.* 58; *t.* 40. *f.* 70; *t.* 30. *f.* 50; *t* 36. *f.* 62. Stella marina.
β. *Columun. aqu.* 5. *t* 6. Stella marina Cometa.
*Habitat in* Oceano *frequens.*

glacialis. 3. A. ſtellata radiis heptagonis: angulis aculeatis.
*Link. ſtell. t* 7. *f.* 9; *t.* 32. *f.* 52; *t.* 35. *f.* 60; *t.* 36. *f.* 61; *t* 38. *f.* 69. Stella marina.
*Habitat in* Oceano *ſeptentrionali.*

reticulata. 4. A. ſtellata radiis reticulato-aculeatis.
*Muſ. Teſſ.* 114. *t.* 19. *f.* 1. Aſterias radiata, centro dorſali nodis 5 circumvallato.
*Rumph. muſ. t.* 15. *f. D.*
*Link. ſtell. t.* 41. *f.* 72; *t.* 23. *f.* 36. Stella marina.
*Sloan jam.* 2. *p.* 272. Stella marina maxima reticulata.
*Habitat in M.* Indico.

nodoſa. 5. A. ſtellata radiis convexis longitudinaliter elevatis muricatis.
*Muſ. Teſſin.* 114. *t.* 9. *f.* 3.

*Grew. muſ.* 123. *t.* 8. Stella marina coronalis.
*Link. ſtell. t.* 3. *f.* 3; *t.* 7. *f.* 8; *t.* 26. *f.* 41; *t.* 25. *f.* 40. Stella marina.
*Rumph. muſ.* 39. *t.* 15. *f. A.* Stella marina quarta.
*Habitat in M.* Indico.

aranciaca. 6. A. ſtellata diſco tentaculis hiſpidis muricato, margine articulato, varie aculeato.
*Muſ. Teſſ.* 114. *t.* 9. *f.* 3.
*Barr. ic.* 1281.
*Link. ſtell. t.* 4. *f.* [illegible]; *t.* 5. *f.* 6; *t.* 8. *f.* 12; *t.* 23. *f.* 38; *t.* 27. *f.* 44; *t.* 36. *f.* 63.
*Habitat in* M. Mediterraneo.

equeſtris. 7. A. ſtellata diſco reticulato punctis pertuſo, tuberculis 5, margine ſubarticulato ſubtus ſimplici ſerie tentaculato.
*Barr. icon.* 1285.
*Link. ſtell. t.* 6. *f.* 13; *t.* 12. *f.* 21; *t.* 13. *f.* 22; *t.* 23. *f.* 37; *t.* 24. *f.* 39; *t.* 27. *f.* 45; *t.* 33. *f.* 53.
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Hæc etiam ſubtus diſco gaudet, non prior.*

lævigata. 8. A. ſtellata radiis ſemicylindricis obtuſe octagonis muticis.
*Rumph. muſ. t.* 15. *f. E.*
*Grew. muſ. t.* 8. *f.* 1, 2.
*Link. ſtell. t.* 28. *f.* 47. Stella marina lævior.
*Habitat in* M. Mediterraneo & Indico.
Radii *ſubcylindrici ſubtus ad rimam duplici ſerie dentati.*

* * * *Radiatæ.*

ophiura. 9. A. radiata radiis quinque, corpore orbiculato quinquelobo.
*Rumph. muſ.* 40. *t.* 15. *f. B. C.*
*Pet. amb. t.* 3. *f. C.* Stella marina V. ſcolopendroides.
*Barr. icon.* 131. *t.* 1295. Stella marina ophioctenos ſ. ophiurus.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 272. *t.* 244. *f.* 8, 9. Stella marina minor echinata purpurea.
*Mart. itin. ſpitzb. t. P. f. D.*
*Link. ſtell. t.* 2. *f.* 4; *t.* 11. *f.* 17; *t.* 22. *f.* 35. Stella marina.
*Habitat in* Oceano.

10. A.

pectina-ta. 10. A. radiata radiis duplicatis: ſuperioribus pinnatis, inferioribus filiformibus.
*Barr. rar. t.* 1282. *f.* 1. Stella marina decacnemos fimbriata.
*Columm. phytob.* 109. *t.* 29. Stella marina altera.
*Pet. gaz. t.* 4. *f.* 6. Stella chinenſis perelegans dupliciter radiata.
*Link. ſtell. t.* 37. *f.* 64, 66. Stella marina.
*Habitat in* M. Indico.

multira-diata. 11. A. radiata radiis palmato-multiplicatis pinnatis: inferioribus filiformibus.
*Link. ſtell. t.* 21. *f.* 33, *t.* 22. *f.* 34. Stella marina.
*Habitat in* M. Indico.
*Valde affinis A. pectinatæ, ſi non ſola varietas.*

Cáput meduſæ. 12. A. radiata radiis dichotomis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 95.
*Rumph. muſ.* 41. *t.* 16. Caput Meduſæ.
*Martenſ. ſpitzb. t. P. f. E.*
*Link. ſtell. t.* 18. *f.* 29; *t.* 19. *f.* 30, 31; *t.* 20. *f.* 32; *t.* 29. *f.* 48; *t.* 30. *f.* 49.
*Habitat in omni* Oceano, *imprimis* Pelagico.

## 265. ECHINUS. *Corpus* ſubrotundum, cruſta oſſea tectum, ſpinis mobilibus ſæpius aculeatum. *Os* quinquevalve ſubtus.

* *Regulares ano verticali.*

eſculen-tus. 1. E. hemiſphærico-globoſus; ambulacris denis; areis obſolete verrucoſis.
*Faun. ſvec.* 1289. Echinus ſubgloboſus, vertice plano.
*Liſt. angl.* 169. *t.* 3. *f.* 13. Echinus marinus aculeorum veſtigiis nonnihil eminentibus.
*Rumph. muſ.* 31. *t.* 13. *f. B.* Echinus eſculentus.
*Klein. echinod.* 16. *t.* 9. Cidaris miliaris.
*Habitat in Oceano* Europæo & Indico.
Teſta *punctis calloſis obſoletis; apertura ſubrotunda, nec* 10 *fiſſuris.* Spinæ *violaceæ apice albæ.*



Ideam *ſculpturæ Echinorum diſtincte formaturus, comparationem ejusdem inſtituat cum Horto in Areas ſive Pulvillos diviſo, Ambulacris diſtinctо.*

Globulus. 2. E. hemiſphærico-ſubgloboſus; ambulacris denis; areis latere muricatis, medio poroſis.
*Habitat in* O. Indico.

ſphæroides. 3. E. hemiſphærico-gibboſus; ambulacris denis, undique muricatis, medio poroſis.
*Habitat in* O. Indico.

Gratilla. 4. E. hemiſphærico-globoſus; ambulacris denis triplicatis; areis decuſſatim muricatis.
*Habitat in* O. Indico.

Lixula. 5. E. hemiſphæricus: ambulacris denis: paribus approximatis; areis transverſe punctatis muricatis.
*Habitat in* O. Indico.

ſaxatilis. 6. E. hemiſphærico-depreſſus: ambulacris denis: paribus approximatis: areis longitudinaliter verrucoſis.
*Rumph. muſ.* 31. *t.* 14. *f. A.* Echinus ſaxatilis.
*Klein. echinod.* 17. *t.* 2. *f. A. B.*
*Habitat in M.* Mediterraneo.

Diadema. 7. E. hemiſphærico-depreſſus: ambulacris quinis longitudinaliter verrucoſis; areis lanceolatis.
*Rumph. muſ. t.* 14. *f. B.*
*Pet. amb. t.* 8. *f.* 5. Echinus ſ. Diadema turcarum.
*Habitat in* M. Indico.

Cidaris. 8. E. hemiſphærico-depreſſus; ambulacris quinis repandis linearibus; areis alternatim bifariis.
*Rumph. muſ.* 33. *t.* 13. *f.* 3. Echinometra digitata 2 rotunda.
*Pet. amb. t.* 7. *f.* 2.
*Bonan. muſ. f.* 17.
*Gvalt. teſt. t.* 108. *f. D. E.*
*Argenv. conch. t.* 28. *f. F.*
*Klein. echinod.* 19. *t.* 7. Cidaris mamillata mauri.
*Habitat in* Oceano.

mamillatus. 9. E. hemiſphærico-ovalis: ambulacris denis flexuoſis; areis muricatis verrucoſis: anguſtioribus abbreviatis.
*Rumph. muſ.* 32. *t.* 13. *f.* 1. Echinometra digitata 1 oblonga.
*Gvalt. teſt. t.* 108. *f. C.*
*Argenv. conch. t.* 28. *f. E.*

*Klein. echinod.* 19. *t.* 6, Cidaris mamillata pauli.
*Habitat* . .

Lucunter. 10. E. hemiſphærico-ovalis; ambulacris denis flexuoſis, areis muricatis: anguſtioribus longitudinalibus.
*Gvalt. teſt. t.* 107. *f. C.*
*Habitat in* O. Indico.

atratus. 11. E. hemiſphærico-ovalis depreſſiuſculus: ſpinis truncatis breviſſimis obtuſiſſimis: marginalibus clavatis depreſſis.
*Habitat in* India; *e Muſeo Teſſiniano.*
Spinæ *breviſſimæ, obtuſiſſimæ, ſubcontiguæ tegunt teſtam; ſed marginales elongatæ, læves, depreſſæ.*

* * *Irregulares: apertura ani ſubtus uti os.*

ſpatagus. 12. E. ovatus gibbus: ambulacris quaternis depreſſis.
*Fn. ſvec.* 1290. Echinus ſubcompreſſus, vertice prominulo.
*Rondel. exſangv.* 580. *gall.* 416.
*Bonan. recr.* 1. *t.* 16. Echinus ſpatagus.
*Liſt. app.* 28. Echinus minor anguloſus ab utraque parte compreſſus.
*Rumph. muſ. t.* 14. *f.* 1.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 268. *t.* 242. *f.* 3, 4, 5. Echinus noſtra ſpatagus.
*Gvalt. teſt. t.* 109. *f. A.*
*Habitat in* Oceano *omni.*

lacunoſus. 13. E. ovatus gibbus; ambulacris quinis depreſſis.
*Rumph. muſ. t.* 14. *f.* 2.
*Gvalt. teſt. t.* 109. *f. C.*
*Breyn. echin.* 61. *t.* 5. *f.* 1. 2.
*Habitat in* O. Indico.

roſaceus. 14. E. planiuſculus ovato-ſubgloboſus: ambulacris quinis ovalibus, ſuperficie punctata.
*Rumph. muſ.* 36. *t.* 14. *f. E.* Echinus planus Zeeręalen dictus.
*Pet. amboin. t.* 1. *f.* 10.
*Bonan. recr.* 1. *t.* 33.
*Gvalt. teſt. t.* 110. *f. A. C.*
*Klein. echinod. t.* 17. *f.* 1.
*t.* 18. *f.* 1.
*t.* 19. *f. A. B.*
*Habitat in* O. Aſiatico.

reticulatus. 15. E. planiuſculus ovatus integer: ambulacris quinis ovalibus, ſuperficie reticulata.
*Sloan. jam. 2. p. . t. 212. f. 7-10.*
*Gvalt. teſt. t.* 110. *f. D.*
*Habitat in* O. Americano.

Placenta. 16. E. planus orbiculatus: ambulacris quinis bipartitis, ano marginali.
*Rumph. muſ. t.* 14. *f. G.*
*Pet. amb. t.* 11. *f.* 5.
*Gvalt. teſt. t.* 110. *f. G.*
*Breyn. echin.* 64. *t* 7. *f.* 7, 8.
*Klein. echinod. t.* 20. *f. A. B.*
*Habitat in Oceano* meridionali.

Orbiculus. 17. E. planus ſuborbiculatus: ambulacris quinis ovalibus, ano ſubremoto.
α. Foraminibus nullis pervius, lobatus.
*Gvalt. teſt. t.* 110. *f. F. F.*
*Klein. echinod. t.* 22. *f. E. F.*
β. Foraminibus duobus pervius, lobatus.
*Gvalt. teſt. t.* 110. *f. H. H.*
*Breyn. echin.* 64. *t.* 7. *f.* 5. 6.
*Klein. echin. t.* 22. *f. A. B.*
γ. Foraminibus quinque pervius, indiviſus.
*Pet. muſ.* 19. *f.* 125.
*Gvalt. teſt. t.* 110. *f. E. E.*
*Klein. echin. t.* 21. *f. C. D.*
δ. Foraminibus nullis pervius, indiviſus.
*Gvalt. teſt. t.* 110. *f. B.*
*Breyn. echin.* 64. *t.* 7. *f.* 1. 2.
*Habitat in M.* Indico.

III. TE-

# III. TESTACEA.

Animalia *Molluſca, ſimplicia, domo calcarea propria obtecta.*

## 266. CHITON. *Animal* Doris.

*Teſtæ* plures, longitudinaliter digeſtæ, dorſo incumbentes.

hiſpidus. 1. C. teſta ſexvalvi ſtriata.
*Habitat* . .

tuberculatus. 2. C. teſta ſeptemvalvi, corpore tuberculato.
*Muſ. Ad. Fr.* 1, *p.* 96. Chiton oſcabrion.
*Pet. gaz. t.* 1. *f.* 3. Oſcabrion.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 233. Patella oblonga articulata.
*Habitat in* America.

aculeatus. 3. C. teſta octovalvi ſtriata, corpore ſubaculeato.
*Rumph. muſ. t.* 10. *f.* 4. Limax marina.
*Habitat in* Aſia.

punctatus. 4. C. teſta octovalvi lævi, corpore excavato-punctato.
*Chin. Lagerſtr.* 46. Chiton corpore punctato, teſtis octo.
*Osbeck. iter.* 62.
*E. N. C.* 1727. *p.* 63. *t.* 1. *f.* 1, 2. Calva ſerpentis diadema.
*Habitat in* Aſia, Europa, America.

## 267. LEPAS. *Animal* Triton.

*Teſta* multivalvis, inæquivalvis.

Balanus. 5. L. teſta conica ſulcata, operculis acuminatis.
*Fn. ſvec.* 1349.
*Leuwenh. epiſt.* 82. *p.* 472. *t.* 465.
*Liſt. angl.* 196. *t.* 2. *f.* 41.
*conch. t.* 444. *f.* 287.
*Argenv. conch. t.* 30. *f. D.*
*Klein. oſtr. t.* 12. *f.* 94, 95.
*Habitat ad littora oceani* Europæi.

6. L.

Tintinnabulum. 6. L. teſta conica, rugoſa obtuſa.
*Lang. teſt.* 4. Balanus tintinnabuliformis lævis.
*Rumph. muſ. t.* 41. *f. A.*
*Gualt. teſt. t.* 106. *f. H.*
*Argenv. conch. t.* 30. *f. A.*
*Habitat* . .
*Valde affinis præcedenti, ſed pollice craſſior.*

Teſtudinaria. 7. L. teſta plano-convexa, radiis ſex excavatis ſtriatis.
*Bonan. kirch.* 1. *f.* 36.
*Rumph. muſ. t.* 40. *f. K.* Verruca teſtudinaria.
*Gualt. teſt. t.* 106. *f. M.*
*Pet. gaz. t.* 9. *f.* 9.
*amb. t.* 1. *f. XI.*
*Planc. conch. t.* 5. *f.* 2. 2.
*Klein. oſtr. t.* 12. *f.* 99.
*Habitat in Pelago, ſæpe in Teſtudinibus.*

Mitella. 8. L. teſta compreſſo-erecta ſeſſili difformiter ſtriata.
*Lang. t.* 4. Balanus tulipæformis ſtriatus.
*Rumph. muſ. t.* 47. *f. M.*
*Argenv. conch. t.* 30 *f. E.*
*Pet. gaz. t.* 6 *f.* 10. Balanus chinenſis ſtriatus.
*Klein. oſtr. t.* 12. *f.* 100.
*Habitat* . .

anatifera. 9. L. teſta compreſſa quinquevalvi lævi, inteſtino inſidente.
*Fn. ſuec.* 1330. Lepas teſta compreſſa baſi membrana cylindrica.
*Aldr. orn. c.* 20. *f.* 548. Concha anatifera.
*Bonan. recr.* 2. *f.* 2. Tellina pedata.
*Stalpart. obſ.* 2. *p.* 458. *t.* 15.
*Barth. cent.* 6. *p.* 271.
*Worm. muſ.* 256.
*Marcgr. braſ.* 188.
*Grew. muſ.* 148.
*Hoffm. inſ.* 2. *t.* 6.
*Seb. muſ.* 170. *n.* 2.
*Liſt. exerc. t.* 7. *f.* 4, 5.
*conch. t.* 440. *f.* 283.
*Gualt. teſt. t.* 106. *f. A-D.*

*Argenv.*

Lepadum *teſtæ diverſis diverſæ figura & numero valvularum, omnes fixæ, nec e loco mobiles.*

*Argenv. conch. t.* 30. *f. F. G.*
*Planc. conch. t.* 5. *f.* 4.
*Columν. phytob.* 110. *t.* 30.
*Bauh. pin.* 513. Arbor ex cujus ligni putredine vermes. 1. 2. 3.
*Needh. micr. t.* 7. *f.* 1. 2. & *t.* 6.
*Osb. iter.* 82. Lepas anatifera c. Tritone.
*Habitat in* Pelago.
*Duplex varietas:* lævis *quæ frequentior;* ſtriata *quæ ſæpius foſſilis obſervatur.*

## 268. PHOLAS. *Animal* . . .

Squamula. 188. A. teſta orbiculata integerrima plana margine altero gibba lævi.
*It. W.got.* 171. Patella.
*Habitat in Oceano* Svecico *ſuper Cancros, Fucos,*

ſcobinata. 189. A. teſta ſubrotunda lævi intus ſcabra, nate perforata.
*Gvalt. teſt. t.* 96. *f. A.*
*Habitat in* Pelago.

aurita. 190. A. teſta obovata ſtriata ſubaurita, nate perforata.
*Gvalt. teſt. t.* 96. *f. B.*
*Habitat* . .

retuſa. 191. A. teſta obovata ſtriata retuſa: convalle longitudinali, nate perforata.
*Habitat in pelago* Norvegico *ſupra Alcyonia. D. Pennant.*

Gryphus. 192. A. teſta oblonga lævi: altera plica laterali obſoleta: nate incurvata; altera brevi planiuſcula.
*Muſ. Teſſin.* 92. *t.* 5. *f.* 9.
*Olear. muſ.* 67. *t.* 33. *f.* 3.

*Liſt.*

*Liſt. angl.* 238. *t.* 4. *f.* 45.
*Columm. aqv.* 54. *t.* 52.
*Bonan. recr.* 2. *t.* 31.
*Habitat . . foſſilis.*

Pecten. 193. A. teſta ſemi-orbiculata depreſſa multiſtriata: valvula altera plana.
*Liſt. angl.* 243. *t.* 9. *f.* 49.
*Habitat . . foſſilis.*
*Teſta inferne ſ. margine cardinis linea recta ſ. transverſa.*

ſtriatula. 194. A. teſta ſubrotundo-dilatata utrinque gibba ſtriata, valvis æqualibus.
*Habitat . . foſſilis.*
*Teſta rotundata, ſed duplo latior quam longa, poſtice gibboſior, antice margine tenui.*

reticularis. 195. A. teſta cordata decuſſatim ſtriata: valvula breviore gibboſiore.
*Muſ. Teſſin.* 88. *t.* 5. *f.* 5.
*Habitat . . foſſilis.*
*Teſtæ latera prominula compreſſa. Natis planioris valvulæ parum prominens.*

Plicatella. 196. A. teſta dilatato-lunata plicata: ſulcis longitudinaliter ſtriatis media latiore.
*Habitat . . foſſilis.*
*Teſtæ latera ſubmucronata ſunt; Plicæ longitudinales, ſtriæ vero in Plicarum cavitatibus, plicis parallelæ ſ. longitudinales. Natis ſuperior admodum prominens.*

criſpa. 197. A. teſta dilatato-triangulari plicata ſulcis rugoſis: media latiore.
*Muſ. Teſſin. p. . . t.* 5. *f.* 7.
*Habitat . . foſſilis.*
*Teſta fere lunata, ſed natis ſuperior prominens. Sulci 5 ſ. 6 rugis arcuatis transverſis. Latera teſtæ ſubmucronata.*

lacunoſa. 198. A. teſta ſubrotunda multiſulcata: valvulis apice plicatis; altera breviore lacunoſa, apice quadridentata.
*Muſ. Teſſin. . . t.* 5. *f.* 6.
*Liſt. angl.* 249. *t.* 9. *f.* 57.

*Grew.*

*Grew. muſ. t. 19. f. 6.*
*Habitat . . foſſilis.*

fareta. 199. A. teſta ſubrotunda multiſulcata, valvulis convexis apice octodentatis.
*Habitat . . foſſilis.*

Caput ſerpentis. 200. A. teſta ovata lævi gibba: valvula altera apice longiore.
*Column. purp. 22. f. 2.*
*Habitat . . foſſilis.*
*Natium altera poſtice gibba perforata.*

Terebratula. 201. A. teſta obovata lævi convexa: valvula altera triplicata, altera biplicata.
*Column. purp. 22. f. 1.*
*Liſt. angl. 240. t. 8. f. 46.*
*Klein. oſtr. t. 11. f. 74.*
*Habitat . . foſſilis.*
*Natis alterius teſtæ prominens pertuſa eſt; extus plicæ duæ.*

angulata. 202. A. teſta baſi laterum compreſſa, antice plicata: medio tridentato.
*Muſ. Teſſ. 96. t. 5. f. 4.*
*Habitat . . foſſilis.*
*Teſta lævis, ſed antice plicata; numerus plicarum variat; dignoſcitur quod latera verſus baſin multum compreſſa.*

Hyſterita. 203. A. teſta dilatata lævi convexa ſtriata ſubtriloba, antice depreſſa, margine acuto.
*Muſ. Teſſ. 90. t. 5. f. 1, 2, 2.*
*Column. purp. 22. f. 3?* Trilobos.
*Wolff. haſſ. 29. t. 3. f. 3, 4, 5.*
*Worm. muſ. t. 83.*
*Habitat . . foſſilis.*

biloba. 204. A. teſta biloba æquali ſtriata.
*Habitat . . a D. Pennant.* Foſſilis.

Placenta. 205. A. teſta orbiculata plana pellucida, cardinum callis linearibus binis teſtæ interne adnatis.
*Liſt. conch. 3. B. ſ. 2. c. 2. t. 1.*
*Gvalt. teſt. t. 104. f. B.*
*Habitat in* Pelago.

280. MYTILUS. *Animal* Tethys.
*Teſta* bivalvis, rudis, ſæpius affixa Byſſo.
*Cardo* edentulus, diſtinctus, linea ſubulata excavata longitudinali.

* Paraſitici, *unguibus affixi.*

Criſta galli. 206. M. teſta plicata ſpinoſa, labro utroque ſcabro.
*Rumph. muſ. t.* 47. *f. D.* Oſtreum plicatum minus.
*Gualt. teſt. t.* 104. *f. C. D. E.*
*Argenv. conch. t.* 23. *f. D.*
*Habitat in O.* Indici *Gorgoniis.*
*Labra interiora marginum teſtarum punctis eminentibus ſcabra.*

Hyotis. 207. M. teſta plicata imbricata ſquamis compreſſis patulis, labro utroque lævi.
*Rumph. muſ. t.* 47. *f. C.* Oſtreum plicatum majus.
*Argenv. conch. t.* 23. *f. H.*
*Habitat in* Pelagi *Gorgoniis.*

Frons. 208. M. teſta plicata læviuſcula, labro altero ſcabro.
*Argenv. conch. t.* 22. *f. D.* Oſtreum ſylveſtre.
*Habitat in* Pelagi indici *Gorgoniis.*
*Cardo absque lacuna, unde diverſus ab Oſtrea Folio.*

* * Plani *ſ. compreſſi ut plani appareant & ſubauriti.*

margaritiferus. 209. M. teſta compreſſo-plana ſuborbiculata baſi transverſa imbricata tunicis.
*Bonan. recr.* 2. *t.* 1.
*Liſt. conch. t.* 223. *f.* 57.
*Rumph. muſ. t.* 47. *f. F.* Matrix perlarum.
*Gualt. teſt. t.* 84. *f. E. F. G.*
*Argenv. conch. t.* 23. *f. A.* Gallina guttata.
*Habitat in utriusque* Indiæ *oceano.*

Unguis. 210. M. teſta ſubrotunda longitudinaliter ſtriata pellucida ſubaurita.
*Habitat in M.* Mediterraneo.
*Magnitudo unguis humani.*

* * *

* * * Fragiles.

lithophagus. 211. M. teſta cylindrica utrinque extremitatibus rotundatis.
*Liſt. angl* 235. *t.* 8. *f.* 37.
*Bonan. recr.* 2. *t.* 28.
*Rumph. muſ. t* 46. *f. F.* Pholas.
*Gualt. teſt. t.* 90. *f. D.*
*Argenv. conch t.* 30. *f. L.*
*Habitat in* O. Indico, Europæo, Mediterraneo, *penetrans & exedens Marmora, Corallia &c.*
*Teſta indica mollior & fere coriacea; Europæa vero magis fragilis.*

bilocularis. 212. M. teſta cærulea ſtriata, umbonibus fornicatis diſſepimento albo. *M. L. U.*
*Habitat in* O. Indico.

exuſtus. 213. M. teſta ſtriata: ventre angulato, margine crenato.
*Habitat ad* Jamaicam.

barbatus. 214. M. teſta læviuſcula ferruginea apice barbata.
*Gualt. teſt. t.* 91. *f. H.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.

edulis. 215. M. teſta læviuſcula violacea, valvulis obliquis poſtice acuminatis.
*Fn. ſvec.* 1333. *It. œl.* 43. *It. wgoth.* 170.
*Liſt. angl.* 182. *f.* 28. *Rond. aquat.* 2. *p.* 48.
*conch.* 3. *t.* 362. *f.* 20. *Geſn. aquat.* 277.
*Bonan. recr.* 2. *t.* 30. *Bell. aquat.* 397.
*Gualt. teſt. t.* 91. *f. E.*
*Aldr. exſangu.* 512.
*Habitat in* O. Europæo, Indico & M. Balthico.
*Plebejis ſatiat, frequentius devoratus nocet; inter tropicos Maximus, intra arcticum Minimus, uti reliqua teſtacea. Habet more Pinnæ Byſſum exſerendam.*

ungulatus. 216. M. teſta lævi ſubcurvata violacea, margine anteriore inflexo, cardine terminali obtuliuſculo.
*Gualt. teſt. t.* 91. *f. E. duplex.*
*Kratzenſt. Regenſ.* 16. *t.* 4. *f.* 47.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*
*Valvulæ valde convexæ & juxta ſe poſitæ ungulas pecorum referunt. An prioris varietas?*

Modiolus. 217. M. teſta lævi margine dorſali dilatato, natibus gibbis, cardine ſublaterali.
*Rumph. muſ. t.* 46. *f. B.*
*Argenv. conch. t.* 25. *f. C.*
*Bradl. natur. t.* 3. *f.* 1.
*Habitat in* M. Mediterraneo.

cygneus. 218. M. teſta ovata antice compreſſiuſcula fragiliſſima, cardine laterali.
*Liſt. angl. app* 29. *t.* 1. *f.* 3. Muſculus latus maximus.
*conch. t.* 193. *f.* 8.
*Klein. oſtr. t.* 9. *f.* 26.
*Habitat in* Europa *ad oſtia fluviorum.*

anatinus. 219. M. teſta ovali compreſſiuſcula fragiliſſima margine membranaceo, natibus decorticatis.
*Fn. ſvec.* 1332.
*Liſt. angl. app.* 30. *t.* 1. *f.* 2.
*conch. t.* 154. *f.* 9.
*Habitat in* Europæ *aquis dulcibus.*
*Similis Myæ Pictorum, ſed fragilior & cardine diſtinctiſſimus, Anatum cibus.*

viridis. 220. M. teſta lævi ovata membranacea pellucida, cardine terminali. *M. L. U.*
*Habitat in* O. Meridionali.

ruber. 221. M. teſta rugoſa, valvulis obliquis poſtice dilatatis, margine cardinali apicem æquante.
*Argenv. conch. t.* 25. *f. Q?*
*Habitat in* O. auſtraliore.

Hirundo. 222. M. teſta lævi valvulis bilobis, lobo cardinali longiore tenuioreque.
*Liſt. conch.* 3. *B. ſ.* 1. *t.* 1. *f.* 2.
*Bonan. recr.* 2. *t.* 58.
*Rumph. muſ. t.* 46. *f. G.* Avicula.
*Gvalt. teſt. t.* 94. *f. A. B.*
*Argenv. conch. t.* 22. *f. B.*
*Klein. oſtr.* 8. *t.* 13.
*Habitat in* O. meridionali, Mediterraneo.
*Teſta baſi contracta, alterius valvulæ magis.*

281. PIN-

**281. PINNA.** *Animal* Limax.
*Teſta* ſubbivalvis, fragilis, erecta, emittens barbam Byſſinam
*Cardo* edentulus, coalitis in unam valvulis.

rudis. 223. P. teſta ſulcata: ſquamis fornicatis per ſeries digeſtis.
*Rumph. muſ. t.* 46. *f. L.* Pinna lata.
*Argenv. conch. t.* 25. *f. F.* Perna.
*Habitat in* O. Meridionali, Mediterraneo.
*Teſta rudior cornei coloris, longitudinaliter groſſe ſulcata ſ. rugoſa 5 ad 8 ſulcis, nec alba tenuiſſimis numeroſiſſimisque ſtriis P. nobilis.*

nobilis. 224. P. teſta ſtriata: ſquamis canaliculato tubuloſis ſubimbricatis.
*Bonan. recr.* 2. *f.* 24.
*Argenv. conch. t.* 25. *f. B.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.
Varietates *potius quam diſtinctæ ſpecies ſunt ſex priores hujus generis.*

muricata. 225. P. teſta ſtriata: ſquamis concavis ovatis acutis.
*Liſt. conch. t.* 370. *f.* 215. Pinna tenuis ſtriata muricata.
*Rumph. muſ t.* 46. *f. M.* Pinna lata altera.
*Gvalt. teſt. t.* 79. *f. D.*
*Haſſelqv. itin.* 417. *n.* 137. Concha Pinna.
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Hoſtis Sepia octopodia. cuſtos Cancer Pinnotheres: Amœn. acad.* 2. *p.* 48. *Haſſelqv. itin.* 449, 572.

rotundata. 226. P. teſta, ſquamis obſoletis, margine rotundata.
*Gvalt. teſt. t.* 79. *f. C.*
*Habitat in* O. meridionali.

ſaccata. 227. P. teſta lævi ſaccata erectiuſcula ſubfaſtigiata.
*Rumph. muſ. t.* 46. *f. N.* Pinna alba.
*Gvalt. teſt. t.* 79 *f. F.*
*Habitat in* M. Mediterraneo, Indico.



Pinnæ *neque vita fortaſſe poſſet ſervari a* Polypo octopodia, *niſi opera* Cancri Pinnotheris, *Amœn. acad.* 2, *p.* 48.

digitiformis. 228 P. teſta lævi tubuloſa digitiformi incurva, margine ſummo membranacea. *M. L. U.*
*Habitat in* O. Indico.

lobata. 229. P. teſta nuda lobata. *M. L. U.*
*Habitat in* O. Indico.
*Teſta membranacea, dum valvulæ explicantur obcordata: lobis lateralibus rotundatis latioribus; a cardine ad lobos nervus; a nervo lineæ laterales ductæ.*

pennacea. 230. P. teſta pellucida patula pennam referente. *M. L. U.*
*Habitat . .*
*Conſtat hæc unica valvula aperta ex canali obtuſo utrinque latius marginato præterquam baſi. Dubia mihi ob ſtructuram, pelluciditatem, flexibilitatem &c; aſſervata in Muſeo Ser. Reginæ* Ludovicæ Udalricæ, *illuſtriſſimique Senatoris Com. Teſſin.*

## 282. ARGONAUTA. *Animal* Sepia.
*Teſta* univalvis, ſpiralis, involuta, membranacea, unilocularis.

Argo. 231. A. carina ſubdentata.
*Bellon. aqu. t.* 380. Nautilus.
*Bonan. recr.* 1. *f.* 13. Nautilus ſ. Naupilius.
*Liſt. conch.* 4. *Naut. t.* 3. 4.
*Rumph. muſ. t.* 18. *f. A. B.* 1. 4. Nautilus tenuis.
*Gualt. teſt. t.* 11. 12. *f. A. B. C.* Cymbium.
*Argenv. conch. t.* 8. *f. A. B. C.*
*Klein. oſtr. t.* 1. *f.* 3. Nautilus ſulcatus.
*Teſſin. epiſt.* 1. *n.* 28. Cymbium.
*Habitat in* Pelago, M. Indico, Mediterraneo. *
Majorem *inter* & Minorem *ex multis ſpeciminibus limites non attingo.*
*Navigat emiſſa aqua exonerata ſentina ſupinus in ſumma æquorum, membranam miræ tenuitatis extendit, brachia duo retorquens, cæteris ſubremigans, velificat; demum hauſta ſe mergens aqua.* Plin. IX: 29.

232. A.

*Domunculam alienam, quemadmodum Cancer [illegible] ſ. Bernhardus, intraſſe Sepiam, cum non connexa ſit teſtæ, ſit adeo [illegible], qui crederet, niſi tot teſtes nos obſtringerent, qui propriis oculis viderunt Argonautam exeuntem?*

Cymbiū. 232. A. carina rugoſa mutica.
*Gualt. teſt. t. 12. f. D.*
*Habitat in M.* Mediterraneo, *minutus.*
*Magnitudo vix minimæ arenulæ oculo armato luſtranda.*

## 283. NAUTILUS. *Animal* Sepia? *Rumph.*
*Teſta* univalvis, iſthmis perforatis concamerata, polythalamia.

* Spirales *rotundati.*

Pompilius. 233. N. teſtæ apertura cordata, anfractibus contiguis obtuſis lævibus.
*Bellon. aqu. t.* 382. Nautilus alter.
*Jonſt. aquat. t.* 10. *f.* 1, 2, 7.
*Liſt. conch.* 4. *Nautil. t.* 1. *f.* 1, 2, 3.
*Rumph. muſ. t.* 17. *f. A. B. C.*
*Bonan. recr.* 1. *f.* 1, 2.
*Gvalt. teſt. t.* 17, 18.
*Argenv. conch. t.* 8. *f. E. F.*
*Pet. amb. t.* 3. *f.* 7.
*gaz. t.* 99. *f. D.*
*Breyn. polyth.* 14.
*Klein. oſtr. t.* 1. *f.* 1, 2.
*Habitat in* India.
*Teſta pulchre pictura decorticata elaborata, præparata, ad pocula aquæ potatorum orientalium.*

Criſta. 234. N. teſtæ apertura orbiculata, anfractibus contiguis, articulis annulatis dorſo ſpinoſis. †
*Rœſ. inſect.* 3. *p.* 599. *t.* 97. *f.* 7.
*Habitat in* Germaniæ *paludibus*; *minutus.*

Calcar. 235. N. teſtæ apertura lineari, anfractibus contiguis, geniculis elevatis.
*Planc. conch.* 12. *t.* 1. *f.* 3, 4.
*Gvalt. teſt. t.* 19. *f. C. B.*
*Habitat in* M. Adriatico, *minutus.*

criſpus. 236. N. teſtæ apertura ſemicordata, anfractibus contiguis, geniculis crenatis.
*Planc. conch.* 10. *t.* 1. *f.* 2.
*Gvalt. teſt. t.* 19. *f. A. D.*
*Habitat in* M. Mediterraneo, *minutus.*

Beccarii. 237. N. teſtæ apertura obovata, anfractibus contiguis toruloſis, geniculis inſculptis.
*Planc. conch. 8. t. 1. f. 1.*
*Gvalt. teſt. t. 19. f. H. H. I.*
*Habitat in* M. Adriatico, Mediterraneo. ***D. D. Kæbler***; *minutus.*

umbilicatus. 238. N. teſtæ apertura compreſſo-lineari, anfractibus contiguis compreſſis, umbilico concavo.
*Columm. phytob. 2. t. 38. f. E.*
*Habitat* Liburni. *D. D. Kæbler: minutus.*
*Teſta ſulcis tranſverſis ſecundum diſſepimenta oblique articulata eſt, præſertim carinæ propius.*

Spirula. 239. N. teſtæ apertura orbiculari, anfractibus disjunctis cylindricis.
*Bonan. kirch. 1. f. 39.*
*Liſt. conch. 4. Naut. t. 1. f. interior.*
*Argenv. conch. t. 29. f. K.*
*Gvalt. teſt. t. 19. f. E.*
*Rumph. muſ. t. 20. f. 1.*
*Breyn. polyth. 21. f. 2.*
*Klein. oſtr. t. 1. f. 6.*
*Habitat in* America.

* * Elongati *erectiuſculi.*

Semi-Lituus. 240. N. teſta recta, apice incurvato-ſpirali, anfractibus contiguis. †
*Columm. phytob. 2. t. 38. f. D.* Semi-Lituus.
*Habitat* Liburni; *minutus.*

obliqvus. 241. N. teſta recto-ſubarcuata, articulis oblique ſtriatis. †
*Gvalt. teſt. t. 19. f. N.*
*Habitat in* M. Adriatico, Mediterraneo. *Minutus.*

Raphaniſtrum. 242. N. teſta recta ſubcylindrica, articulis toroſis: ſtriis elevatis duodenis, ſiphone centrali regulari.
*Habitat in* M. Mediterraneo. *Cl. C. Allioni.*
*Teſta longitudine unguis, adeoque & inter minimos maximus. Differt a N. Raphano numero ſtriarum, magnitudine, ſiphone regulari, quodque verſus apicem vix attenuatus.*

243.

Nautili *plurimi minimum in abyſſo pelagi latent; varii horum tam parvi, ut armatis oculis examinandi, exceptis Pompilio, Orthocerate & Spirula.*

Raphanus. 243. N. teſta recta attenuata, articulis toroſis: ſtriis elevatis ſedenis, ſiphone ſublaterali obliquo.
*Planc. conch. t. 1. f. 6.*
*Gvalt. teſt. t. 19. f. L.*
*Habitat in* M. Adriatico, Mediterraneo, *minutus.*

Granum. 244. N. teſta recta ovato-oblonga, articulis toroſis: ſtriis elevatis octonis interruptis, ſiphone obliquo.
*Habitat in* M. Mediterraneo. *M. Kæhler M. D. Minutus.*
*Differt a N.* 243. *quod fere ovata nec longiuſcula; ſtriis tantum* 8, *iisque ad articulorum genicula contractis admodum & fere interruptis, unde teſta reticulata apparet; ideoque vix varietatem dicerem; quamvis Siphone conveniat.*

Radicula. 245. N. teſta recta oblongo-ovata, articulis toroſis glabris. †
*Planc. conch.* 14. *t.* 1. *f.* 5.
*Habitat in* M. Adriatico. *Minutus.*

faſcia. 246. N. teſta recta, articulis ſtriatis, geniculis lævibus elevatis.
*Gvalt. teſt. t.* 19. *f. O.*
*Habitat in* M. Adriatico. *Minutus.*

Sipunculus. 247. N. teſta recta lævi, articulis cylindricis remotis, geniculis attenuatis cylindricis. †
*Gvalt. teſt. t.* 19. *f. R. S.*
*Habitat in* freto Siculo, *minutus.*

Legumen. 248. N. teſta recta compreſſa articulata hinc marginata, ſiphone laterali.
*Planc. conch.* 8. *t.* 1. *f.* 7.
*Gvalt. teſt. t.* 19. *f. P.*
*Habitat in* M. Adriatico; *minutus.*

Orthocera. 249. N. teſta recta: anfractibus carinato-ſtriatis.
*It. œl.* 140.
*Muſ. Teſſin.* 86. Nautilus rectus.
*Scheuch. helv.* 7. *f.* 8. *Diluv.* 938. Alveolus.
*Gmelin. act. petrop. vol.* 3. *p.* 246.
*Gron. lap.* 71.
*Habitat in alto* Pelago? *Foſſilis.*

*Teſta frequentiſſima petrificata in montibus noſtris calcareis, inter omnia foſſilia nobis nota ſæpe longiſſima, non dum viſa immutata.*

## 284. CONUS. *Animal* Limax.

*Teſta* univalvis, convoluta, turbinata.
*Apertura* effuſa, longitudinalis, linearis, edentula, baſi integra.
*Columella* lævis.

* Truncati *ſ. Spira fere truncata.*

marmoreus. 250. C. teſta conica fuſca, maculis ovatis albis, ſpiræ anfractibus canaliculatis.
*Bonan. recr.* 3. *f.* 123.
*Rumph. muſ. t.* 32. *f. N.* 1.
*Gvalt. teſt. t.* 22. *f. D.*
*Argenv. conch. t.* 15. *f. O.*
*Pet gaz t.* 47. *f.* 11.
*Kratzenſt. Regenſ.* 20. *t.* 5. *f.* 53.
*Habitat in* Aſia.
*Teſta ſæpe coronata atra maculis trigono-ovatis albis.*

imperialis. 251. C. teſta albida: faſciis lividis cingulisque linearibus albo fuſcoque articulatis.
*Rumph. muſ. t.* 34. *f. H. I.*
*Gvalt. teſt. t.* 22. *f. A.*
*Argenv. conch. t.* 15. *f. F.*
*Kratzenſt. Regenſ.* 12. *t.* 3. *f.* 35.
*Habitat* .
*Teſta ſæpius coronata, albida maculis confluentibus cæſiis.*

litteratus. 252. C. teſta conica alba, punctis fuſcis.
*Bonan. recr.* 3. *t.* 363.
*Rumph. muſ. t.* 31. *f. D.* V. muſicalis.
*Gvalt. teſt. t.* 22. *f. F.*
*t.* 21. *f. O. G.*
*Argenv. conch. t.* 15. *f. I. Q.*
*Kratzenſt. Regenſ.* 12. *t.* 3. *f.* 29. & *t.* 4. *f.* 46.
*Habitat in* O. Aſiatico.
*Teſta nivea faſciis obſoletis flavis, maculisque ſparſis purpuraſcentibus.*

253. C.

Virgo. 253. C. teſta conica baſi cærulcſcente.
*Rumph. muſ. t. 31. f. E.*
*Kratzenſt. Regenſ. t. 8. f. 19.*
*Habitat . .*
*Similis litteratis colore lacteo aut rubro maculata, baſi ſemper violacea margine acuto. Spira exquiſita eſt.*

Capitaneus. 254. C. teſta conica glabra baſi fuſca, ſpira convexiuſcula.
β. *Gvalt. teſt. t. 20. f. I.*
γ. *Rumph. muſ. t. 33. f. X.*
*Gvalt. teſt. t. 22. f. M.*
*Bonan. recr. 3. t. 139.*
*Argenv. conch. t. 15. f. K.*
*Pet. gaz. t. 27. f. 11.*
*Kratzenſt. Regenſ. t. 7. f. 7.*
δ. *Rumph. muſ. t. 33. f. Y.*
*Kratz. Regenſ. 26. t. 6. f. 65.*
*Gvalt. teſt. t. 20. f. G.*
ε. *Bonan. recr. 3. t. 361.*
*Habitat in* Aſia.
*Teſta cæſia faſciis 2 ſ. 3 albis fuſco-maculatis.*

Miles. 255. C. teſta conica rudi baſi fuſca, ſpira convexa.
*Rumph. muſ. t. 33. f. W.*
*Habitat in* India.
*Teſta ignobilis pallido teſtacea faſciis fuſco-ferrugineis.*

* * Pyriformes *baſi rotundata, ſub-cylindrica quam ſpira ſesquilongiore.*

Princeps. 256. C. teſta flava: lineis fuſco-purpureis longitudinalibus ramoſis. *M. L. U.*
*Habitat . .*
*Lineæ latæ purpureo-fuſcæ longitudinales ſubramoſæ.*

Ammiralis. 257. C. teſta baſi punctato ſcabra.
*ſummus.* β. *C. teſta incarnata faſciis albis: media cingulis tribus nigris articulatis.*
*Rumph. muſ. t. 34. f. B.*
*Argenv. conch. t. 15. f. N.*
*Pet. gaz. t. 28. f. 4.*



Ammiralium *257 & 275 varietates nitidas*, Turbinis *ſcalaris &* Oſtreæ Mallei *177 æmulas nobilitavit docta ignorantia, pretiavit quam patiuntur opes ſtultitia, emitavit barbara luxuria.*

*ordinarius.* γ. *C. teſta teſtacea maculis albis acutis: faſciis tribus albis ſubreticulatis, media cingulo articulato.*
*Rumph. muſ. t. 34. f. C.*

*occidentalis.* δ. *C. teſta teſtacea albo maculata: faſciis quatuor flavis reticulatis cingulo articulato.*
*Rumph. muſ. t. 34. f. D.*
*Habitat in* O. Americæ meridionalis.

Senator. 258. C. teſta conica lævi glabra, ſpiræ anfractibus obtuſis ſcriptis.
*Habitat* . .

nobilis. 259. C. teſta ſubcylindrica lævi glabra.
*Argenv. conch. t. 15. f. M.* Tigris lutea.
*Habitat* . .

gennanus. 260. C. teſta cingulis linearibus albo fuſcoque articulatis.
*Rumph. muſ. t. 34. f. G.*
*Bonan. recr. 3. t. 337.*
*Habitat* . .

glaucus. 261. C. teſta baſi emarginata ſtriata, ſpiræ inermis anfractibus contiguis.
*Rumph. muſ. t. 33. f. G. G.*
*Habitat in* Aſia.

Monachus. 262. C. teſta gibba fuſco cæruleſcente nebulata acuta, baſi ſtriata.
*Bonan. recr. 3. t. 126.*
*Rumph. muſ. t. 33. f. C. C.*
*Kratzenſt. Regenſ. t. 12. f. 68.*
*Habitat* . .

Minimus. 263. C. teſta cineraſcente punctis oblongis cincta.
*Argenv. conch. t. 15. f. A.*
*Habitat* . .

Ruſticus. 264. C. teſta ovata, baſi rugoſo muricatoque ſcabra, ſpira conico convexa.
*Rumph. muſ. t. 32. f. R.*
*Gvalt. teſt. t. 25. f. R.*
*Argenv. conch. t. 15. f. D.*

*Habi-*

Coronatæ *teſtæ vocantur quarum anfractus ſuperne tantum notantur tuberculis ſ. mucronibus; inter teſtas coronatas & calvas nulla datur differentia ſpecialis.*

*Habitat in* Africa.
*Teſta livida faſcia albido-nebuloſa.*

Mercator. 265. C. teſta ovata alba, faſciis reticulatis flavis.
*Argenv. conch. t. 15. f. P.*
*Habitat . .*

betulinus. 266. C. teſta baſi ſubemarginata rugoſa, ſpira planiuſcula mucronata.
*Gvalt. teſt. t. 21. f. B.*
*Habitat . .*

figulinus. 267. C. teſta baſi emarginata rugoſa, ſpira acuminata: anfractibus planiuſculis.
*Rumph. muſ. t. 31. f. V.*
*Kratzenſt. Regenſ. t. 10. f. 47.*
*Habitat . .*

ebræus. 268. C. teſta ovata alba: faſciis nigris ex maculis transverſis.
*Bonan. recr. 3. t. 122.*
*Rumph muſ. t. 33. f. B B.*
*Gvalt. teſt. t. 25. f. T. Q.*
*Argenv. conch. t. 15. f. G.*
*Pet. gaz. 99. f. 12.*
*Habitat in* India.

Stercus muſcarum. 269. C. teſta baſi emarginata ſtriata, ſpiræ anfractibus canaliculatis.
*Rumph. muſ. t. 33. f. Z. A. A* V. arenata.
*Gvalt. teſt. t. 25. f. N. O. P.*
*Argenv. conch. t. 15. f. S.*
*Pet. gaz. t. 75. f. 1.*
*Kratzenſt. Regenſ. t. 7. f. 2.*
*Habitat in* Aſia.

varius. 270. C. teſta elongata muricata, ſpira coronata acuta.
*Argenv. conch. t. 15. f. R.*
*Habitat . .*

ſpinoſus. 271. C. teſta lineolis rubris cincta coronata ſubplicataque ſpinis argutis, ſpira aculeata.
*Gualt. teſt. t. 55. f. E.*
*Habitat . . e Muſeo Teſſiniano.*

*Sta-*

Locus *in plerisque Teſtaceis, etiamnum in arte deficit; Pauci certe Coni Europæi.*

*Statura Volutæ veſpertilionis, ſed baſis minime emarginata, & columella non plicata; Lineolæ purpuraſcentes parallelæ numeroſæ cingunt teſtam albidam, ſuperne angulatam & ſpinis argutiſſimis validis coronatam.*

* * * Elongati *baſi rotundata, cylindro duplo longiore quam ſpira.*

clavus. 272. C. teſta ſtriis convexis lævibus, baſi cæruleſcente.
*Habitat . .*

Nuſſatella. 273. C. teſta ſubcylindrica rubra inermi ſtriis tuberculatis ſcabra.
*Rumph. muſ. t. 33. f. EE.*
*Liſt. conch. 4. ſ. 10. c. 6. t. 3. f. 2.*
*Gvalt. teſt. t. 25. f. L.*
*Argenv. conch. t. 16. f. P.*
*Habitat ad* Nuſſatello *Inſulam Aſiæ.*
*Teſta pallida reliquis longior ſtriis punctis fulvis ſcabris.*

granulatus. 274. C. teſta ſcabra inermi: ſtriis ſulcatis lævibus.
*Rumph. muſ. t. 32. f. T.* Voluta granulata.
*Gvalt. teſt. t. 25. f. H.*
*Habitat in* O. Africano.
*Teſta magis rubra magisque ſulcata quam in reliquis faſcia alba una alterave & puncta purpurea ad ſtriâs.*

Auriſiacus. 275. C. teſta incarnata lævi faſciis albidis, anfractuum ſummis canaliculatis.
*Rumph. muſ. t. 34. f. A.*
*Argenv conch. t. 15. f. H.*
*Pet. amb. t. 7. f. 7.*
*Habitat . .*
Ammiralis *hic ſ* Cedo nulli *differt teſta magna lævi, anfractibus ſupra canaliculatis.*

Magus. 276. C. teſta ſubcylindrica: faſciis longitudinalibus albo-punctatis.
*Rumph. muſ. t. 32. f. Q.*
*Gvalt. teſt. t. 20. f. F.*
*Habitat . .*

ſtriatus. 277. C. teſta ovato-oblonga gibba nebuloſa: ſtriis tenuiſſimis parallelis fuſcis.
*Rumph. muſ. t. 31. f. F.*

*Gvalt.*

*Gvalt. teſt. t. 26. f. D.*
*Argenv. conch. t. 16. f. C.*
*Pet. gaz. t. 98. f. 9.*
*Kratzenſt. Regenſ. t. 8. f. 16.*
*Habitat verſus littora* Hitœ.

Textile. 278. C. teſta venis reticulatis luteis, maculis luteis fuſcisque.
*Rumph. muſ. t. 32. f O. P.*
*Gvalt. teſt. t. 25. f. X. AA.*
*Bonan. recr. 3. t. 135.*
*Argenv. conch. t. 16. f. D. I.*
*Kratzenſt. Regenſ. 26. t. 6. f. 62.*
*Habitat ad* Bandam *Aſiæ.*

auticus. 279. C. teſta venis reticulatis faſciisque longitudinalibus, fuſcis interruptis.
*Bonan. recr. 3. t. 133.*
*Rumph. muſ. t. 33. f. 4.*
*Gvalt. teſt. t. 25. f. Z. V.*
*Argenv. conch. t. 16. f. G.*
*Kratzenſt. Regenſ. t. 8. f. 25.*
*Habitat in* Aſia.
*Varietas forte præcedentis.*

* * * * Laxi *ventricoſi, in dorſum conjecti ſuper menſam tinnitantes.*

Spectrũ. 280. C. teſta cæruleſcente flavo-nebuloſa punctis ſtriisque albo-luteis.
*Rumph. muſ. t. 32. f. S.* Voluta ſpectrorum.
*Gualt. teſt. t. 25. f. S.*
*Habitat in* Aſia.

bullatus. 281. C. teſta flava albo-nebuloſa.
*Gvalt. teſt. t. 26. f. C.*
*Habitat . .*

Tulipa. 282. C. teſta oblonga gibba lævi, apertura dehiſcente.
*Rumph. muſ. t. 34. f. K. L.*
*Argenv. conch. t. 16. f. B.*
*Kratzenſt. Regenſ. 8. t. 2. f. 20.*
*Habitat . .*
*Simillimus Geographo, ſed minime coronatus; cæterum teſta laxe convoluta.*

Geographus. 283. C. teſta oblonga gibba coronata, apertura dehiſcente.
*Bonan. recr. 3. t. 319.*
*Rumph. muſ. t. 31. f. G.* Nubecula.
*Gvalt. teſt. t. 26. f. E.*
*Argenv. conch. t. 16. f. A.*
*Klein. ostr. t. 5. f. 90.* Nubecula Tulipa gallorum.
*Liſt. conch. 4. ſ. 10. c. 7. t. 3. f. 2.*
*Habitat in* Indiis.

Terebellum. 284. C. teſta cylindrica, ſpira ſubulata.
*Bonan. recr. 3. t. 57.*
*Liſt. conch. 4. ſ. 10. c. 6. t. 1.*
*Rumph muſ. t. 30. f. S.*
*Pet. amb. t. 13. f. 24.*
*Argenv. conch. t. 14. f. G.*
*Habitat in* Aſia.

## 285. CYPRÆA. *Animal* Limax.

*Teſta* univalvis, involuta, ſubovata, obtuſa, lævis.

*Apertura* utrinque effuſa, linearis, utrinque dentata, longitudinalis.

* Subturbinatæ.

Mappa. 285. C. teſta ſubturbinata characteribus inſcripta, macula longitudinali ramoſa.
*Rumph. muſ. t. 38. f. B.* Porcellana montoſa.
*Argenv. conch. t. 21. f. B.*
*Pet. gaz. t. 96. f. 6.*
*amb. t. 16. f. 2.*
*Habitat in* O. Africæ.
*Differt a ſequenti lateribus lævibus pallidis immaculatis.*

arabica. 286. C. teſta ſubturbinata characteribus inſcripta, macula longitudinali ſimplici.
*Rumph. muſ. t. 38. f. M.* Porcellana literata ſ. arabica.
*Barrel. rar. t. 1325. f. 20.*
*Gvalt. teſt. t. 16 f. V.*
*Liſt. conch. 4. ſ. 9. c. 2. t. 1. f. 1.*
*Habitat in* India orientali, *ad* Fretum Sunda.
*Differt a præcedenti lateribus incraſſatis fuſco-maculatis.*

**Argus.** 287. C. teſta ſubturbinata ſubcylindrica adſperſa ocellis ſubtus maculis quatuor fuſcis.
*Bonan. recr.* 2. *f.* 263.
*Barr. rar. t.* 1325. *f.* 25.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f. D.* Argus.
*Gvalt. teſt. t* 16. *f. T.*
*Argenv. conch. t.* 21. *f. D.* Argus magnus.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 6. *t.* 9.
*Pet. gaz. t.* 97. *f.* 6.
*Kratzènſt. Regenſ.* 20. *t.* 5. *f.* 57.
*Habitat in* O. Africæ.
*Subtus maculæ utrinque duæ magnæ fuſcæ.*

**teſtudinaria.** 288. C. teſta obtuſa ſubcylindrica, extremitatibus depreſſis.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 5. *t.* 6.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f.* 6. F. teſtudinaria.
*Pet. amb. t.* 8. *f.* 7.
β. *Liſt. conch.* 4. *ſ.* 10. *c.* 8. *t.* 1. *Larva eſt.*
*Habitat* . .
*Hæc in ſuo genere maxima & reliquis longior; variat cum & absque ſpira antice manifeſta.*

**ſtercoraria.** 289. C. teſta ſubturbinata gibba livido teſtaceoque maculata, utrinque marginata, ſubtus plana.
*Gualt. teſt. t.* 15. *f. S, T.*
*Habitat* . .
*Teſta ſubovata gibba ſubturbinata undato-glauca maculis griſeis fuſcisque temere adſperſa; antice juxta ſpiram macula fuſca; poſtice depreſſo marginata deflexa; ſubtus plana; Labro interiore poſtice valde retuſo; apertura antice valde gibba.*

**Carneola.** 290. C. teſta ſubturbinata pallida, faſciis incarnatis, ore violaceo.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f. K.* Carneola.
*Pet. gaz. t.* 80. *f.* 8.
*Habitat in* Aſia.
*Teſta tenuis oblonga, apertura ſæpe ſubviolacea.*

**Zebra.** 291. C. teſta turbinata cinerea faſciis fuſcis.
*Habitat* . .
*Statura Carneolæ ſed duplo major; ſpira majore evidentiore quam in reliquis. Denticuli aperturæ fuſci.*

292. C.

Talpa. 292. C. teſta ſubturbinata ſubcylindrica teſtacea faſciis pallidis, ſubtus incraſſata fuſca.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f. I.* Talpa.
*Gvalt. teſt. t.* 16. *f. N.*
*Argenv. conch. t.* 21. *f. H.* Talpa.
*Pet. amb. t.* 16. *f.* 1.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 4. *t.* 3. *f.* 2.
*Barrel. rar. t.* 1325. *f.* 19.
*Kratzenſt. Regenſ. t.* 10. *f.* 37.
*Habitat in* Aſia.

amethyſtea. 293. C. teſta ſubturbinata lateralibus gibbis corticatis, dorſo violaceo.
*Bonan. recr.* 3. *t.* 255.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. Q.* Achatina.
*Pet. gaz. t.* 32. *f.* 10.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 3. *t.* 4. *f.* 3.
*Habitat in* Madagaſcar.

lurida. 294. C. teſta ſubturbinata lurida ſubfaſciata, extremitatibus luteis nigro-bimaculatis.
*Gvalt. teſt. t.* 13. *f. I.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.

Vanelli. 295. C. teſta ſubturbinata maculata punctis luteſcentibus, extreminatibus fuſco maculatis, fauce rufa.
*Pet. gaz. t.* 95. *f.* 9.
*Habitat* . .
*Apertura inter dentes rufa.*

Lota. 296. C. teſta ſubturbinata alba, denticulis ſubulatis.
*Habitat* . .

fragilis. 297. C. teſta turbinata ovata glauca teſtacea undata ſubfaſciata.
*Gvalt. teſt. t.* 16. *f. Q.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Teſta ſtructura C. arabicæ, ſed picta undis longitudinalibus griſeis & faſciis pallidis cincta, cæterum reliquis magis tenuis eſt.*

* * Obtuſæ *absque ſpira manifeſta.*

Caput ſerpentis. 298. C. teſta obtuſa triquetro-gibba, poſtice obtuſiuſcula.
*Bonan. recr.* 3. *t.* 258.

*Rumph.*

*Rumph. muſ. t.* 38. *f. F.* Caput ſerpentis minus.
*Pet. gaz. t.* 76. *f.* 9.
*amb. t.* 12. *f.* 7.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 6. *t.* 7. Concha veneris maculis quaſi reticulatis.
*Gvalt. teſt. t.* 15. *f. O.*
*Habitat in* Mauritio.

mauritiana. 299. C. teſta obtuſa triquetro-gibba, poſtice depreſſo acuta; ſubtus nigra.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f. E.* Caput ſerpentis majus.
*Pet. gaz. t.* 96. *f.* 8.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 6. *t.* 8.
*Habitat in* Mauritio.
*Hæc magna ſubtus fuſca; prior parva ſubtus albida.*

Vitellus. 300. C. teſta obtuſa livida maculis albis.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 4. *t.* 8. *f* 2.
*Bonan. recr.* 3. *f.* 254.
*Rumph. muſ.* 115. *t.* 38. *f.* P. ſalita.
*Habitat ad* Sundam *Aſiæ.*

Mus. 301. C. teſta obtuſa retuſa gibba cinerea: faſcia longitudinali fuſca, denticulis nigricantibus.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. S.*
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 1. *t.* 2.
*Argenv. conch. t.* 21. *f. E?*
*Habitat ad* Carthagenam.

Tigris. 302. C. teſta obtuſa ovata, poſtice obtuſa, antice rotundata.
*Bonan. recr.* 3. *f.* 264, 231, 232.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f. A.* Porcellana guttata.
*Gvalt. teſt. t.* 14. *f. I. H. L.*
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 5. *t.* 1.
*Pet. gaz t.* 96. *f.* 7.
*Barr. rar. t.* 1325. *f.* 23. & *t.* 1326. *f.* 4.
*Habitat in* Madagaſcar.
*Variat colore:* albida & purpuraſcens.

Lynx. 303. C. teſta oblongo-ovata punctis fuſcis lineaque flaveſcente, poſtice acutiuſcula, ore rufo.
*Gvalt. teſt. t.* 14. *f. C.*
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 4. *t.* 9. *f.* 1.
*Pet. gaz. t.* 80. *f.* 9.

*Habitat ad* Madagaſcar.
*Praecedenti ſimilis nitidaque, ſed parva.*

Iſabella. 30·. C. teſta obtuſa cylindrica, extremitatibus luteis.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. G.* Iſabella.
*Argenv. conch. t.* 21. *f. P.*
*Pet. amb.* 16. *f.* 16.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 2. *t.* 2. *f.* 2.
*Habitat in* Mauritio, Madagaſcar.

* * * Umbilicatæ.

Onyx. 305. C. teſta umbilicata, ſubtus fuſca, ſupra albida.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f. G.*
*Gvalt. teſt. t.* 15. *f. N.*
*Habitat in* Aſia.
*Teſta magnitudine pollicis, ſubtus atrata; ſupra lutea, albido-flava, ſimilis cæterum Capiti Serpentis; an mutata?*

ſuccincta. 306. C. teſta umbilicata, labio interiore utraque extremitate rotundato.
*Habitat* . .

Ziczac. 307. C. teſta umbilicata, ſubtus lutea punctis fuſcis, extremitatibus maculis duabus fuſcis.
*Bonan. recr.* 3. *t.* 242.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 3. *t.* 1. *f.* 1. Concha ven. undatim depicta.
*Habitat* . .

Hirundo. 308. C. teſta umbilicata ſupra cæruleſcente, extremitatibus maculis duabus fuſcis.
*Pet. gaz. t.* 30. *f.* 3.
*Habitat* . .

Aſellus. 309. C. teſta umbilicata alba: faſciis tribus fuſcis.
*Bonan. recr.* 3. *f.* 236.
*Barrel. rar. t.* 1326. *f.* 27.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. M.* Aſellus.
*Argenv. conch. t.* 21. *f. T.*
*Gvalt. teſt.* 15. *f. M.*
*Pet. gaz. t.* 97. *f.* 11.
*amb. t.* 16. *f.* 18.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 6. *t.* 3. *f.* 2.
*Habitat in* Maldivis.

cribraria. 310. C. teſta umbilicata lutea: punctis rotundis albis.
*Argenv. conch. t.* 21. *f. X.*
*Pet. gaz. t.* 80. *f. K*; *an t.* 8. *f.* 3?
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 6. *t.* 3. *f.* 2.
*Kratzenſt. Regenſ. t.* 12. *f.* 74.
*Habitat* . .

errones. 311. C. teſta umbilicata: macula teſtacea æquali.
*Habitat* . .

* * * * Marginatæ.

Moneta. 312. C. teſta marginato-nodoſa albida.
*Bonan. recr.* 3. *f.* 233.
*Barrel. rar. t.* 1326. *f.* 26.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c* 8. *t.* 1. *f.* 3, 4. Moneta nigritarum.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. C.* Thoracium vulgare ſ. Cauricum.
*Gvalt. teſt. t.* 14. *f.* 4, 5.
*Argenv. conch. t.* 21. *f. K.*
*Pet. amb. t.* 16. *f.* 14.
*gaz. t.* 97. *f* 8. Concha veneris africana ſ. Moneta nigritarum.
*Habitat ad* Africam, *in M.* Mediterraneo.
*Hæc Moneta Nigritarum. Amœn. acad.* 3. *p.* 239.

Caurica. 313. C. teſta margine gibbo inæquali albido fuſco-punctato, dorſo nebulato-teſtaceo.
*Habitat* . .

Annulus. 314. C. teſta marginata, dorſo annulo flavo circumdato.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. D.* Thoracium quadratum.
*Gvalt. teſt. t.* 14. *f.* 1, 2.
*Pet. gaz. t.* 11. *f.* 6, 8.
*Habitat ad* Amboinam *frequens.*

eroſa. 315. C. teſta deroſo-marginata flava albo-punctata, lateribus macula ſubfuſca.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. A.* Thoracium oculatum.
*Gvalt. teſt. t.* 15. *f. X.*
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 6. *t.* 2. *f.* 1.
*Habitat in* Mauritio *&* *inſula* Adſcenſionis.
*Labium exterius transverſe profunde ſulcatum, macula ferruginea in utroque latere.*

helvola. 316. C. teſta marginata triquetro-gibba albo punctata, poſtice eroſa, ſubtus flava immaculata.
*Habitat . .*

ſpurca. 317. C. teſta ſubmarginata luteſcente luteo irrorata, lateribus fuſco punctata.
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Teſta ovata, lævis, luteſcens punctis pallidioribus aut ſaturatioribus confertim aſperſa; margo ſupra crenulatus colore fuſco; labium interius poſtice reflexo apice, quod huic proprium.* Teſta *interdum occurrit livida immaculata diaphana, non dum dentes adepta, ſed tamen magnitudine juſta, unde apparet has ſenectam exuere. p.* 728.

ſtolida. 318. C. teſta marginata cinerea teſtaceo quadrato variegata.
*Argenv. conch. t.* 21. *f. T.*
*Habitat . .*

ocellata. 319. C. teſta ſubmarginata lutea: ocellis nigris.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *t.* 696. *f.* 43.
*Pet. gaz. t.* 9. *f.* 7.
*Habitat . .*

flaveola. 320. C. teſta eroſo-marginata fulva albo punctata.
*Habitat . .*

poraria. 321. C. teſta marginata ſubviolacea albo punctata.
*Habitat . .*

Pediculus. 522. C. teſta transverſim ſulcata.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 7. *t.* 1.
*angl.* 168. *t.* 3. *f.* 17. Concha veneris exigua alba ſtriata.
*Rumph. muſ. t.* 39 *f. P.* Pediculus.
*Gvalt. teſt. t.* 14. *f. P.* & *t.* 15. *f. P. R.*
*Argenv. conch. t.* 21. *f. L.*
*Pet. amb. t.* 16. *f.* 22.
*Barr. rar. t.* 1326. *f* 28.
*Habitat in* Jamaica, Europa.

Nucleus. 323. C. teſta utrinque marginata rugoſa: ſupra punctata tuberculis, ſubroſtrata.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. I.* Nux avellana granulata.

*Gvalt.*

*Gvalt. teſt. t.* 14. *f. S.*
*Argenv. conch. t.* 21. *f. V.*
*Pet. amb. t.* 16. *f.* 11.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 8. *t.* 2. *f.* 3.
*Habitat in* O. Indiæ orientalis.

ſtaphylæa. 324. C. teſta, punctis elevatis ſine ſtriis, ſubroſtrata, extremitatibus luteis.
*Habitat* . .

Cicercula. 325. C. teſta utrinque roſtrata, adſperſa punctis elevatis.
*Gualt. teſt. t.* 14. *f. T.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.

Globulus. 326 C. teſta utrinque roſtrata lævi.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f. L.* Globulus.
*Gvalt. teſt. t.* 14. *f. M.*
*Pet. amb. t.* 16. *f. O.*
*Barrel. rar. t.* 1326. *f.* 31.
*Habitat in* Aſia.

## 286. BULLA. *Animal* Limax.

*Teſta* univalvis, convoluta, inermis.
*Apertura* ſubeffuſa, oblonga, longitudinalis, baſi integerrima.
*Columella* obliqua.

Ovum. 327. B. teſta ovata obtuſe ſubbiroſtri, labro dentato.
*Bonan. recr.* 2. *t.* 252.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f. Q.* Ovum.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 9. *t.* 1. *f.* 4.
*Gvalt. teſt. t.* 15. *f. A.*
*Argenv. conch. t.* 21. *f. A.*
*Pet. gaz. t.* 94. *f.* 7.
*amb. t.* 8. *f.* 6.
*Habitat in* O. Aſiatico.
*Hæc media inter Cypræas & Bullas; Labro exteriore præcedentibus convenit, interiore lævi ad ſequentes accedit.*

Volva. 328 B. teſta biroſtri, roſtris elongatis ſtriatis acutis.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 9. *t.* 1. *f.* 1.

*Argenv. conch. t.* 21. *f. I.*
*Habitat ad* Jamaicam.

Spelta. 329 B. teſta oblonga utrinque attenuata æquali, labro arcuato: margine incraſſato.
*Gvalt. teſt. t.* 15. *f.* 4.
*Habitat in* M. Mediterraneo. *F. Logie.*
*Teſta alba, levis, ſemine Tritici duplo major, vix biroſtris, ſed magis patula. Apertura longitudinalis, lunata: cum denticulo obſoleto ad apicem columellæ. Spira externa omnino nulla.*

verrucoſa. 330. B. teſta transverſe angulata, aucta utrinque puncto oſſeo.
*Rumph. muſ. t.* 38. *f. H.*
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 9. *t.* 2. *f.* 3.
*Gvalt. teſt. t.* 16. *f. F.*
*Argenv. conch. t.* 2 . *f. M.*
*Pet. gaz. t.* 99. *f.* 2.
*amb. t.* 16. *f* 23 Gibba.
*Habitat in* India Orientali

gibboſa. 331. B. teſta angulata: cingulo elevato.
*Column. purp.* 29 *t.* 30. *f.* 5.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c* 9. *t.* 1. *f.* 2, 3.
*Bonan. recr.* 3. *t.* 249, 339.
*Gvalt. teſt. t.* 15. *f.* 3.
*Argenv. conch. t.* 21. *f. Q.*
*Pet. gaz. t.* 15. *f.* 5.
*Habitat in* Braſilia.

Naucum. 332. B. teſta rotundata pellucida transverſim ſubſtriata utrinque umbilicata.
*Rumph. muſ. t.* 27. *f. H.* Bulla.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 10. *t.* 1. *f. ult.*
*Gvalt. teſt. t.* 13. *f. GG.*
*Argenv. conch. t.* 20. *f. Q.*
*Habitat in* Aſia.

Hydatis. 333. B. teſta rotundata pellucida longitudinaliter ſubſtriata, vertice umbilicato.
*Gvalt. teſt. t.* 13. *f. DD.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Magnitudo ſæpius Piſi minoris.*

334. B.

Ampulla. 334. B. teſta rotundata opaca, vertice umbilicato.
*Bonan. recr.* 3. *f.* 3.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 10. *t.* 1. *f. penult.*
*Rumph. muſ. t.* 27. *f. G.*
*Gualt. teſt. t.* 12. *f. E, H, I.*
*Grew. muſ. t.* 9. *f.* 7, 8.
*Pet. gaz. t.* 50. *f.* 13.
*t.* 99. *f.* 14.
*Kratzenſt. Regenſ.* 20. *t.* 5. *f.* 58. & *t.* 8. *f.* 21.
*Habitat ad inſ.* Mauritii, Jamaicam, Barbados.

lignaria. 335. B. teſta obovata oblongiuſcula transverſe ſtriata, vertice ſubumbilicato.
*Habitat . . e muſeo Teſſiniano.*
*Teſta ſtatura fere Ampullæ, ſed magis verſus apicem anguſtata, minus umbilicata, colore fere ligni; intus alba & columella flexuoſa, ut oculo aditus pateat ad verticem usque.*

Phyſis. 336. B. teſta rotundata pellucida lineis criſpata, ſpira retuſa.
*Argenv. conch. t.* 20. *f. I.*
*Habitat . .*

Amplustre. 337. B. teſta ſubrotunda, ſpira elevata obtuſa, faſciis incarnatis.
*Gualt. teſt. t.* 13. *f. FF.*
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 9. *c.* 10. *t.* 2. *f. exterior.*
*Habitat in* Aſia.

pallida. 338. B. teſta cylindrica, ſpira elevata acuta.
*Habitat . .*
*T. livida, longitudinaliter griſeo undulata.*

canaliculata. 339. B. teſta cylindrica, ſpiræ anfractibus canaliculatis.
*Habitat . .*
*T. teſtacea pallido nebulata.*

Fontinalis. 340. B. teſta ovata pellucida ſiniſtrorſa, ſpira obſoleta, apertura ovato-oblonga.
*Fn. ſvec.* 1302. *It. wgoth.* 49.
*Habitat in* Lacuum *plantis ſubaquaticis.*

Hypnorum. 341. B. teſta ovata pellucida ſiniſtrorſa, ſpira prominente, apertura ovato-lanceolata.

*Fn. ſvec.* 1303.
*Habitat in* Europæ *Muſcis humentibus.*

Cypræa. 0. B. teſta ovata, ſpira obliterata apice prominulo, apertura poſtice dilatatiore, columella torta.
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Magnitudo Glandis & ultra.*
*Hic poſui ne teſta confundat, quæ demum labia approximat, dentesque acquirit* 317.

tornatilis. 342. B. teſta ovata ſubſtriata, ſpira elevata acutiuſcula, columella uniplicata.
*Habitat* . .
*Teſta rubicunda, faſciis albis.*

achatina. 343. B. teſta ovata, apertura obovata apiceque ſanguineis, columella lævi.
*Column. aquat. t.* 15. Buccinum exoticum.
*Liſt. conch. t.* 579.
*Bonan. recr.* 3. *t.* 192.
*Gualt. teſt. t.* 45. *f. B.*
*Argenv. conch. t.* 13. *f. E.*
*Klein. oſtr. t.* 3. *f.* 60.
*Habitat in* O. Americano. *Media inter Helices & Bullas.*

* *Columella dentata.*

Auris Midæ. 344. B. teſta ovali-oblonga, ſpira rugoſa, columella bidentata.
*Bonan. kirch.* 3. *t.* 412.
*Liſt. conch. t.* 32. *f.* 30.
*Rumph. muſ. t.* 33. *f. HH.*
*Gualt. teſt. t* 55. *f. G.*
*Argenv. conch. t.* 13. *f. G.*
*Klein. oſtr. t.* 7. *f.* 122.
*Habitat* . .
*Hæc, antecedens & inſequens, quaſi mediæ Bullas inter & Helices.*

Auris Judæ. 345. B. teſta oblonga, ſpira lævi, columella tridentata.
*M. L. U.*
*Habitat* . .

ſolidula. 346. B. teſta oblongo-ovata opaca ſtriata, ſpira elevata acutiuſcula, columella biplicata.

*Bonan.*

*Bonan. recr.* 3. *t.* 143.
*Habitat* . .
*Teſta albo griſeoque longitudinaliter lineata.*

livida. 347. B. teſta ovato-cylindrica, ſpira ſubelevata obtuſiuſcula, columella quinque-plicata.
*Gvalt. teſt. t.* 25. *f. B.*
*Habitat in* Africa.
*Teſta livida faſciis transverſis, pallidis, obſoletis.*

coffea. 348. B. teſta ovata lævi, ſpira obtuſa, apertura utrinque dentata.
*Habitat* . .
*Teſta lurido-livida, facie Coni, ſed apertura poſtice coarctata.*

## 287. VOLUTA. *Animal* Limax.

*Teſta* unilocularis, ſpiralis.
*Apertura* effuſa, ecaudata, baſi emarginata.
*Columella* plicata: Labio interiore aut umbilico nullo.

* Cylindroideæ *ſ. ſubcylindricæ.*

porphyria. 349. V. teſta cylindroide lævi, ſpiræ baſi oblitterata, labro medio retuſo.
*Liſt. conch. t.* 727.
*Rumph. muſ. t.* 39. *f.* 1.
*Gualt. teſt. t.* 24. *f. O. P.*
*Argenv. conch. t.* 16. *f. K.*
*Kratzenſt. Regenſ.* 8. *t.* 2. *f.* 15.
*Habitat* . .
*Affinitas tanta cum ſequenti, ut potius varietas, quam diſtincta ſpecies, quamvis pretium eam nobilitaverit.*

Oliva. 350. V. teſta cylindroide lævi, ſpiræ baſi reflexa.
*Liſt. conch.* 4. *ſ.* 10. *c.* 1. *t.* 2.
**Rumph. muſ. t.* 39. *f.* 2-5.
*Gualt. teſt. t.* 23. *f. B.*
*Argenv. conch. t.* 16. *f. R.* Litterata.
*Kratzenſt. Regenſ.* 2. *t.* 1. *f.* 2.
*Habitat in* M. Indico.

*Varietates coloribus infinite ludentibus; Litterata præfertur.*

Iſpidula. 351. V. teſta cylindroide lævi, ſpira prominente margine unico.
*Rumph. muſ. t. 39. f. 6, 7.*
*Pet. gaz. t. 59. f. 8.*
*Habitat . .*

* * Ovatæ *ſ. obovatæ.*

Perſicula. 352. V. teſta ovata lævi, ſpira retuſo-umbilicata, columella ſeptemplicata, labro marginato crenato.
*Pet. gaz. t. 8. f. 10, 2.*
*Barrel. icon. 1326. n. 33.*
*Gvalt. teſt. t. 28. f. C. D. E. & varietas B.*
*Klein. oſtr. t. 5. f. 92.*
*Habitat in* O. Africano.
*Variat colore: alia Cingulata ſtriis rubris; alia Punctata maculis ſanguineis.*

monilis. 353. V. teſta obovata alba, ſpira oblitterata concolore.
*Habitat in* China, *unde Armillæ & Monilia.*

miliaria. 354. V. teſta obovata alba, ſpira oblitterata flaveola.
*Habitat in* M. Mediterraneo *frequens.*
*Simillima præcedenti, ſed minor, brevior, glaberrima; ſpiræ anfractibus lineola flava.*

Faba. 355. V. teſta ovata lævi ſubplicata, ſpira prominente, columella quadriplicata, labro marginato crenulato.
*Gvalt. teſt. t. 28. f. Q.*
*Habitat in* O. Africano.
*Teſta poſtice vix emarginata, ſed margine tenuiore & arcuato notata.*

glabella. 356. V. teſta ovata lævi, ſpira lævigata, columella quadriplicata, labro antice gibbo marginato denticulato.
*Gvalt. teſt. t. 28. f. L.*
*Habitat in* O. Africano.
*Teſta poſtice vix ac ne vix quidem emarginata, ſed margine undique craſſo circumdata.*

mercatoria. 357. V. teſta ovata ſtriata ſcabriuſcula, ſpira obtuſata, columella retuſa, labroque introrſum gibbo denticulato.
*Pet. gaz. t. 9. f. 4.*
*Gvalt. teſt. t. 43. f. L.*

*Habi-*

*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Simillima inſequenti, a qua differt, quod craſſior, brevior, nitidius colorata albo luteoque, ſæpe etiam cingulo ferrugineo articulato notata, ſed imprimis, quod tranſverſim ſtriata, ſtriis elevatis ſubtuberculatis.*

ruſtica. 358. V. teſta ovata læviuſcula, ſpira prominula, columella retuſa labroque introrſum gibbo denticulato.
*Gualt. teſt. t.* 43. *f. G. H.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Differt a Præcedente quod non ſtriata; convenit columella planiuſcula utrinque denticulata & labro introrſum gibbo; ludit coloribus variis, ſed triſtioribus.*

paupercula. 359. V. teſta ovata læviuſcula baſi ſtriata, ſpira prominula, columella quadriplicata, labro obtuſato.
*Gvalt. teſt. t.* 54. *f. L.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Teſta ferruginea, nigra lineis albis, longitudinalibus, ſubrepandis.*

mendicaria. 360. V. teſta ovata ſubſtriata, ſpira obſolete granulata, columella ſubedentula, labro introrſum gibbo attenuato denticulato.
*Pet. gaz. t.* 11. *f.* 5.
*Gvalt. teſt. t.* 52. *f.* E.
*Habitat in* Aſia.
*Teſta magnitudine ſeminis Phaſeoli, atra, obſolete ſcabra. Anfractus ventris faſciis* 3 *flavis. Spira linea unica aſcendente, anfractibus ſubnodoſis; neque columella neque Labrum dentatum eſt.*

* * * Fuſiformes.

Tringa. 361. V. teſta oblonga lævi, ſpira prominente detrita, columella triplicata, labro introrſum gibboſiore ſcabro.
*Gvalt. teſt. t.* 43. *f. B.*
*Habitat in* M. Mediterraneo.
*Teſta nitida, lutea, albo nebuloſa. Spiræ mucro in omnibus, quotquot vidi, detritus. Labrum exterius minime marginatum, in medio vero introrſum gibbum, ſed minus quam in præcedentibus.*

Cornicula. 362. V. teſta oblonga lævi cornea, ſpira longiuſcula, columella quadriplicata, labro æquali mutico.

*Gvalt.*

*Gvalt. teſt. t. 43. f. N.*
*Habitat in Mari* Mediterraneo.
*Similis antecedenti, ſed ſpira magis elongata; teſta tota colore cornu; Labrum minime dentatum aut incraſſatum; variat colore totius atro.*

Caffra. 363. V. teſta fuſiformi lævi.
*Gvalt. teſt. t. 53. f. E.*
*Habitat . .*

Sangui-ſuga. 364. V. teſta fuſiformi ſulcata transverſe ſtriata.
*Pet. gaz. t. 4. f. 5.*
*Rumph. muſ. t. 29. f. V.*
*Gvalt. teſt. t. 53. f. T.*
*Kratzenſt. Regenſ. 2. t. 1. f. 5.*
*Habitat in M.* Mediterraneo.
*Faſciæ anfractuum e punctis ſanguineis diſtantibus.*

Vulpecula. 365. V. teſta fuſiformi ſubangulata inermi transverſim ſtriata.
*Rumph. muſ. t. 29. f. R.* Turricula.
*Gualt. teſt. t. 54. f. B. C.*
*Habitat in* O. Aſiatico.

plicaria. 366. V. teſta fuſiformi angulata, angulis anticis ſubſpinoſis.
*Bonan. recr. 3. t. 65.*
*Rumph. muſ. t. 29. f. S.* Turricula plicata.
*Gvalt. teſt. t. 54. f. F.*
*Argenv. conch. t. 12. f. Q.*
*Habitat in* O. Aſiatico.

pertuſa. 367. V. teſta fuſiformi ſtriata punctis pertuſis, labro denticulato.
*Gvalt. teſt. t. 54. f. H.*
*Habitat . .*

Mitra. V. teſta fuſiformi lævi, labro denticulato.
*epiſcopalis.* 368. *Bonan. recr. 3. f. 120.*
*Rumph. muſ. t. 29. f. K.*
*Gvalt. teſt. t. 53. f. G.*
*Argenv. conch. t. 12. f. C.*
*Kratzenſt. Regenſ. 12. t. 5. f. 33.*
*papalis.* 369. *Liſt. conch. t. 839. f. 67.* Buccinum dentatum.
*Bonan. recr. 3. t. 119.* Turbo Thiara.

*Rumph.*

*Rumph. muſ. t. 29. f. I.*
*Gvalt. teſt. t. 53. f. I.*
*Argenv. conch. t. 12. f. E.*
*Kratzenſt. Regenſ. t. 1. f. 1.*
*Habitat in* O. Aſiatico.

Muſica. 370. V. teſta fuſiformi, anfractibus ſpinis obtuſis, columella octoplicata.
*Bonan. recr. 3. t. 296, 297.*
*Gvalt. teſt. t. 28. f. X. Z.*
*Argenv. conch. t. 17. f. F.* Papyrus muſica.
*Habitat in* O. Americæ *ad* Jamaicam, Barbados.

Veſpertilio. 371. V. teſta fuſiformi, anfractibus ſpinis acutis, columella quadriplicata.
*Bonan. recr. 3. t. 294.*
*Rumph. muſ. t. 32. f. H.* Veſpertilio.
*Gvalt. teſt. t. 28. f. G.*
*Habitat in* O. *utriusque* Indiæ.

Hebræa. 372. V. teſta fuſiformi, anfractibus ſpinis ſubacutis, columella plicis quinque validioribus tribusque obſoletis.
*Bonan recr. 3. t. 293.*
*Rumph. muſ. t. 32. f. I.*
*Gvalt. teſt. t. 28. f. I.*
*Argenv. conch. t. 17. f. D.*
*Habitat in* O. Aſiatico.

* * * * Ventricoſæ.

æthiopica. 373. V. teſta ventricoſa, ſpira coronata ſpinis fornicatis, apice papillari, columella quadri-plicata.
*Bonan. recr. 3. t. 1.* Latina.
*Rumph. muſ. t. 31. f. A. B.*
*Gvalt. teſt. t. 29. f. H. I.*
*Argenv. conch. t. 20. f. F.*
*Habitat in* M. Perſico, & Key Aſiæ.

Cymbiũ. 374. V. teſta ventricoſa, ſpira anfractibus canaliculato-marginatis, apice papillari, columella biplicata.
*Column. purp. 29. t. 30. f. 3.* Cochlea altera magna.
*Bonan. recr. 3. t 6.*
*Gvalt. teſt. t. 29 f. B.*
*Habitat in* M. Iberico.

375. V.

